VOLVMEN TERTIVM.

DE SACRA SCRITVRA,

AD ILL.^m SACRAE FIDEI PATRONVM Catholici Regis à sacris confessionibus sacrum antystitem.

AVCTORE

Fr. Antonio Perez Monacho Benedictino.

Cum duplici indice rerum notabilium, & verborum Scripturæ sacræ.

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI.

APVD VIDVAM ILDEPHONSI MARTIN.

Anno M. DC XX.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM Mag. D. Fr. Luisium de Aliaga, supremum in rebus Fidei Hispaniarum, & Indiarum Præsidem: & à Confessionibus sacris Philippi D. N. sacrum Antistitem, &c.

Fr. Antonius Perez Salutem.

Ambros. epist. 86.
SCRIPTVRAE Pretium (ait D. Ambrosius) Fides nostra est. Tibi autem Illustrissime Præses, Fidei nostræ intemerata puritas, non sine superno Consilio demandata fuit. Tùm, quia Fides nostra Dei virtus, & sapientia cum sit (iuxta quæ habet Paulus) probum ac sapientem eximiè Mœcenatem requirit. Tu autē probitatis ergo, vel ipsius Terræ sanctæ Præpositus Prouincialis adolescēs creatus es: sapiētiæ verò causa, vel in tua Prædicatorū familia Magisterij laurea insignitus: & in Academijs publicis publicus Theologię professor Pręceptorq; exercitatus. Tū, quoniā Fides nostra victoria mundi cum sit (vt testatū habemus à Ioanne) iure victorem mundi in sui tutamen exposcit. Tu autem potiora mundi, vtiquè vel ipsos Valentiæ, atque etiam Cæsaraugustæ (patriæ amantissimę tibi) opulentissimos Archiepiscopatus, non semel, sed sæpè oblatos non semel, sed sæpè spreuisti. Tùm, quia Fides nostra Catholica cùm sit, Catholicum per omnia propugnatorem vendicat. Tu autem Catholici Regis à sacris ipsis confessionibus es, & à summis arcanis. Si igitur (quod initio retuli) Fides nostra pretium scripturarum est, iure tibi FIDEI PATRONO Scripturarum sacrarum patrocinium direxi: quia pretium rei, & res pro eodem sunt. Vale.

1. Cor. 1.

1. Can. 15. v. 4.

VOLV-



VOLVMEN DE SACRA SCRIPTVRA:

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ dignitas: & vtilitas huius materiæ.*

2 *Scripturæ semper vacandum.*

1 Scripturæ dignitas, & huius materiæ vtilitas.

ABSOLVTIS Duobus alijs de Ecclesia, atque de Concilijs tractatibus, tertius de sacris literis in eundus est, qui dignitate dulcedine simul & vtilitate reliquos antecellit. Est enim scopus illius *Scriptura sacra.* De cuius dignitate sic D. Petrus: a *Hoc primum scientes quòd omnis Scriptura prophetiæ propria interpretatione non fit, sed Spiritu Sancto inspirante.* De suauitate illius Ezechiel. b *Comedi volumen: & factum est in ore meo sicut mel.* Item Euangelista Ioannes: c *Accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce.* Denique de vtilitate illius ipse Christus Dominus: d *Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam haberi.* Et Apostolus Paulus: e *Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.*

a 2. Petri 1. n. 2. 5.
b Ezechiel 3. nu. 2.
c Apocal. 10. n. 8. 9.
d Ioan. 5. nu. 39.
e 2. Ad Timot. 3. num. 16.

2 Scripturæ semper vacandum.

Propter hæc iniunctum à Domino erat: f *Non recedet volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaueris in eo cunctis diebus ac noctibus.* Et Hieron. monitum habemus: g *Scripturas sacras sæpius lege, imò nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur.* Et iterum: h *Tenenti codicem somnus obrepat, & cadentem faciem pagina sacra suscipiat.* Omni ergo commendatione dignus iste tractatus proditur. In quo de Scripturis sacris (si Deus vota secundet) quinque examinare conabor, videlicet, an sint? quæ sint? quid sint? qualia sint? & ad quid sint? Antea verò, quasi proœmij vice, aliquid de illarum nomine exagitandum est; vt sic à capite & calce rem omnem absoluamus, non solùm quantum ad rem, sed etiam quantum ad nomen.

f Iosue num. 9.
g Hier. tom. 1. epistol. ad Nepot.
h Idem epist. ad Eustochium.

AD ILLVSTRSSIMVM DOMINVM Mag.D.Fr.Luisium de Aliaga, supremum in rebus Fidei Hispaniarum,& Indiarum Præsidem:& à Confessionibus sacris Philippi D.N.sacrum Antistitem,&c.

Fr. Antonius Perez Salutem.

SCRIPTVRAE Pretium (ait D. Ambrosius) Fides nostra est. Tibi autem Illustrissime Præses, Fidei nostræ intemerata puritas, non sine superno Consilio demandata fuit. Tùm, quia Fides nostra Dei virtus, & sapientia cum sit (iuxta quæ habet Paulus) probum ac sapientem eximiè Mœcenatem requirit. Tu autē probitatis ergo, vel ipsius Terræ sanctæ Præpositus Prouincialis adolescēs creatus es: sapiētiæ verò causa, vel in tua Prædicatorū familia Magisterij laurea insignitus: & in Academijs publicis publicus Theologię professor Pręceptorq; exercitatus. Tū, quoniā Fides nostra victoria mundi cum sit (vt testatū habemus à Ioanne) iure victorem mundi in sui tutamen exposcit. Tu autem potiora mundi, vtiquè vel ipsos Valentiæ, atque etiam Cæsaraugustæ (patriæ amantissimę tibi) opulentissimos Archiepiscopatus, non semel, sed sæpè oblitos non semel, sed sæpè spreuisti. Tùm, quia Fides nostra Catholica cùm sit, Catholicum per omnia propugnatorem vendicat. Tu autem Catholici Regis à sacris ipsis confessionibus es,& à summis arcanis. Si igitur (quod initio retuli) Fides nostra pretium scripturarum est, iure tibi FIDEI PATRONO Scripturarum sacrarum patrocinium direxi: quia pretium rei,& res pro eodem sunt. Vale.

Ambros. epist. 86.

1.Cor.1.

1. Can. 5.v.4.

VOLV-

VOLVMEN DE SACRA SCRIPTVRA:

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ dignitas: & vtilitas huius materiæ.*
2 *Scripturæ semper vacandum.*

1 Scripturæ dignitas, & huius materiæ vtilitas.

ABSOLVTIS Duobus alijs de Ecclesia, atque de Concilijs tractatibus, tertius de sacris literis incundus est, qui dignitate dulcedinę simul & vtilitate reliquos antecellit. Est enim scopus illius *Scriptura sacra.* De cuius dignitate sic D. Petrus: *a Hoc primum scientes quòd omnis Scriptura prophetiæ propria interpretatione non fit, sed Spiritu Sancto inspirante.* De suauitate illius Ezechiel. *b Comedi volumen: & factum est in ore meo sicut mel.* Item Euangelista Ioannes: *c Accepi librum de manu Angeli, & deuorauit illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce.* Denique de vtilitate illius ipse Christus Dominus: *d Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam haberi.* Et Apostolus Paulus: *e Omnis Scriptura diuinitus instillata vtilis est, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.*

a 2. Petri 1. n. 2. 5.
b Ezechiel 3. nu. 2.
c Apocal. 10. n. 9.
d Ioan. 5. nu. 39.
e 2. Ad Timot. 3. num. 16.

2 Scripturæ semper vacandum.

Propter hæc iniunctum à Domino erat: *f Non recedet volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaueris in eo cunctis diebus ac noctibus.* Et Hieron. monitum habemus: *g Scripturas sacras sæpius lege, imò nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur.* Et iterum: *h Tenenti codicem somnus obrepat, & cadentem faciem pagina sacra suscipiat.* Omni ergo commendatione dignus iste tractatus proditur. In quo de Scripturis sacris (si Deus vota secunder) quinque examinare conabor, videlicet, an sint? quæ sint? quid sint? qualia sint? & ad quid sint? Antea verò, quasi procemij vice, aliquid de illarum nomine exagitandum est; vt sic à capite & calce rem omnem absoluamus, non solùm quantum ad rem, sed etiam quantum ad nomen.

f Iosue num. 9.
g Hier. tom. 1. epistol. ad Nepot.
h Idem epist. ad Eustochium.

DVBIVM PRIMVM.

Vtrùm sacræ literæ germanum aliquod sibi nomen vendicent?

SVMMARIVM.

1 *Varia sacræ paginæ nomina, vtique Scriptura, Scripturæ.*
2 *Sacra pagina appellatur litera, & literæ sacræ, pagina, liber.*
3 *Scriptura appellatur testamentum.*
4 *Sacra pagina appellatur instrumenta sacra, & diuina, & plura alia.*
5 *Cur sacra pagina tot abundet nominibus?*
6 *Scriptura sacra multiformis.*
7 *Nomina pro officijs relata.*
8 *Cur Scriptura appelletur sacra pagina? & de scripturarum necessitate.*
9 *Mendacia in Christum.*
10 *Cur Scriptura sacra dicatur Scriptura Dei?*
11 *Cur dicatur Scriptura veritatis?*
12 *Quid sit præuaricare?*
13 *Quisnam spiritus Scripturas dictauerit? & illius effectus & encomia.*
14 *Cur Scriptura dicatur inspirata diuinitus? Scriptura Prophetarum, & Scriptura domus Israel?*
15 *Cur Scriptura dicatur in plurali numero, Scripturæ?*
16 *Cur appelletur Scriptura populorum?*
17 *Cur dicatur Scripturæ sanctæ?*
18 *Cur Scriptura nuncupetur literæ?*
19 *Alia ratio ad idem.*
20 *Tertia ad idem ratio.*
21 *Cur Scriptura appelletur literæ sacræ?*
22 *Quid sonet ly sacrum?*
23 *Cur Scriptura nuncupetur liber? & librorum grande momentum?*
24 *Iterum cur Scriptura dicatur liber? & de librorum significatione.*
25 *Cur Scriptura dicatur in singulari liber?*
26 *Cur Scriptura nuncupetur liber grandis?*
27 *Cur Scriptura nominetur libri in numero plurali?*
28 *Cur sacra Scriptura nuncupetur testamentum? & de testamenti etymologia, & natura.*
29 *Cur in Scriptura duplex testamentum sit? cum tantùm sit vnus testator Christus semel mortuus.*
30 *Cur Scriptura nominetur fœdus?*
31 *Cur Scriptura sacra vocetur instrumentum? & quid sit ly instrumentum?*
32 *Alia ratio ad idem: & alia instrumenti acceptio.*
33 *Alia ad idem ratio: & alia instrumenti acceptio.*
34 *Cur Scriptura nominetur Pandecta? & quid ly Pandecta?*
35 *Scriptura sacra, vt manna omne delectamentum refert: & cur D. Thomæ doctrina dicatur Angelica?*
36 *Cur Scriptura Bibliotheca dicatur, & Biblia?*
37 *Quodnam germanius Scripturæ nomen?*
38 *Spiritus Sanctus appellatur Scriba velox.*
39 *Scriptura sacra dicitur per antonomasiam Scriptura.*

¶ Hoc dubium excitatur propter varia nomina quibus sacræ literæ gaudent.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Nomina sacræ Scripturæ apud sacras literas.

Varia sacræ paginæ nomina, vtiq; scriptura, atque scripturę.

1 IN Primis enim appellatur, *scriptura*, in sacra pagina; iuxta illud Ioannis, *a Et crediderunt Scripturæ*; appellatur etiam Scriptura Dei, iuxta illud Exod. *b Scriptura quoq; Dei erat sculpta in tabulis.* Item Scriptura veritatis, iuxta illud Danielis: *c Quod expressum est in scriptura veritatis.* Rursum Scriptura diuinitus inspirata, iuxta illud Pauli: *d Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est.* Similiter Scriptura Prophetarum, iuxta illud Marc. *e Vt impleretur Scriptura Prophetarum.* Insuper Scriptura domus Israel, iuxta illud Ezechiel: *In Scriptura domus Israel non scribetur.*

Deinde appellantur Scripturæ in plurali: iuxta illud Ecclesiast. *Narrantes carmina Scripturarum.* Et illud Matth. *f Numquam legistis in Scripturis?* Appellantur etiam Scripturæ populorum, iuxta illud Psal. *g Dominus narrauit in Scripturis populorum*: & Scripturæ sanctæ, iuxta illud Pauli: *h Quod antea promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis.*

Tertio appellantur literæ, & literæ sacræ, iuxta illud Pauli: *i Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem.* Item ex illo Ioan. *K Quomodo hic literas scit, cum non didicerit.*

a Ioan. 2. nu. 22.
b Exod. 32. n. 16.
c Daniel 10. n. 21.
d 2. Ad Tim. 3. num. 16.
e Marc. 14. n. 49.
f Matth. 21. 42.
g Psal. 86. ver. 7.
h Rom. 1. nu 5.
i 2. Ad Timoth. 3. num. 5.
K Ioan. 7. nu. 5.

Sacra pagina appellatur literæ, & literæ sacræ, pagina, liber.

2 Quartò nuncupatur sacra pagina liber, iuxta illud *l* Psal. *In capite libri scriptum est de me.* Et liber grandis, iuxta illud Esaiæ: *m Sume tibi librum grandē.* Et liber mandatorum Dei, iuxta illud Baruch. *n Liber mandatorum Dei.* Et lex quæ est in æternum, & liber testamenti Domini, iuxta illud Machab. *o Libros legis combuserunt, & apud quoscumque inueniebantur libri testamenti Domini, trucidabant eos.* Libri similiter in numerali voce appellati sunt, vt patet. Tùm ex testimonio nouissimo: tùm ex illo eiusdem libri: *p Expanderunt libros legis.* Et libri sancti dicti sunt, iuxta illud eiusdem: *q Habemus solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.*

l Psal. 39. vers. 8.
m Esai. 8. num. 2.
n Baruch. 4. 1.
o 1. Machab. 1. 59.
p 1. Machab. 3. 48.
q 1. Mach. 12. 9.

Scriptura appellatur testamentū.

3 Quintò nuncupari solet sacra pagina nomine testamenti, iuxta illud Psal. *r Disposui testamentum electis meis.* Et Ecclesiast. *s In lege testamenti Domini glorietibitur.* Inde arca fœderis dicebatur arca testamenti, vtpotè, quod sacra pagina *t* (quam arca illa continebat) dicebatur testamentum. Et calix consecratus dicitur, *v* calix sanguinis noui & æterni testamenti. Et Prædicatores nouæ legis dicuntur *x* ministri noui testamenti, vtpotè interpretes, & præcones literarum sacrarum.

Deniq; sacra pagina dicitur fœdus, iuxta illud Exod. *y Assumens volumen fœderis legis.* Et iuxta illud Deuter. *z In libro legis, ac fœderis cōtinetur.* Et Iosue: *a Quando videris arcam fœderis,* id est, arcam; in qua sacra pagina concludebatur.

r Psal. 88. vers. 4
s Eccles. 39. 12.
t 1. Reg. 6. 15.
v Lucæ 22. n. 20.
x 2. Corinth. 3. num. 6.
y Exod. 24. n. 7.
z Deuter. 29. 21.
a Iosue 3. num. 3.

CAPVT SECVNDVM.

Nomina sacræ paginæ apud sanctos Patres.

Sacra pagina appellatur instrumēta sacra, & diuina etiā & plura alia apud sāctos Patres.

4 VLtra resecēsita ex sacris monumētis nomina, extant egregia multa, quibus sacrę honestantur literæ. Etenim Tertul. *a* Hier. *b* Rufin. *c* Cassia. *d* & alij vocant illas modò instrumentum absolutè, modò instrumēta sacra, modò instrumenta diuina, Cassiod. *e* & Beda, *f* nostri vocant illas pandectem, alij autem Bibliotecā; ex quo etiā illud Alcuini nostri. *g*

Nomine Pandectæ proprio vocitare memento
Hoc corpus sacrum lector in ore tuo.
Quod nunc à multis constat Bibliotheca dicta,
Nomine non proprio, vt lingua Pelasga docet.

Frequentissimum sacræ paginæ nomen est illud quo ipsa inscribitur, videlicet, Biblia sacra, hoc est, libri sacri: ly enim Biblia est genericum nomen, carens singulari, & tantum plurali gaudet: inflectitur enim Biblia, orum, hoc est, vt prædixi, libri librorum. Huic nomini accedit aliud etiam vulgatissimum, videlicet, sacra pagina. Sic enim frequenter nominamus nos sacras literas, licèt inscriptio illarum, potior sit sacra Biblia. Ex quo illud Chrysost.

a Lib. de Pudicitia, cap. 10. & libr. 4. contra Marc. cap. 13. & lib. 5. cap. 13 & lib. de Corona militis, cap. 3. & 7.
b In Esaiā 16. & in cap. 22. & 42. Ezech.
c Lib. 2. inuectiu.
d Collat. 14.
e Lib. 1. insti. c. 15.
f Lib. de sex ætatibus ad finem.
g Præfat. in Bibl. correct. ab eo.

Homil. 3. ad Colossens. b Comparate vobis biblia medicamenta animæ, id est, nullus absq; sacræ paginæ inueniatur libris, in quibus animæ salus eminentissimè continetur.

CAPVT TERTIVM.

Ratio cur sacræ paginæ tot sint indita nomina.

5 NEC Mirum tantis, tanquam proceribus sacram paginam nominibus decorari: est enim (vt quidam notauit) *Illa vestis Ecclesiæ commendata ex filamentis auri ophir sericis versicoloribus intertexta, quam non secus, atq; Phrygia cyclade sponsa Christi decoratur, dùm inter varios gestorum veterum colores aureæ œconomice Christi intexta segmenta irradiãt.* Hoc enim alludit ad illud Psal. a *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circundata varietate.* Vbi ly *circumamicta varietatibus*, Hebræi interpretantur *vestibus Phrygianis*, quæ varijs segmentis erant elaboratæ: Phrygijs enim hoc indumentum tribuitur. Vnde *phrygiones*, dicti sunt huiusmodi vestium artifices. Videantur de re ista Plinius, b Nonius c Marc. & Alex. ab Alexand. d D. Hier. e legit *vestibus scutulatis*; circa quod est consulendũ Anton Nebrisensis. f

Cur sacra pagina tot abũdet nominibus.

a Psalm. 44. vers. 10.
b Lib. 8. cap. 48.
c In dict. Phrygia vestis.
d Lib. 4. cap. 8.
e Sup. Psal. 44.
f In quinquag. c. 38.
g 1. p q. 13. a. 4.
h 7. Æneid. v. 337.
i Lib. 11. aduersar. cap. 19.

6 Itaq; quoniam Scriptura sacra multiformis est, multaq; frugis ad multa, ideò multa, variaq; sortitur nomina encomij & dignitatis plena: sicut quia Deus Optimus Maximus infinitis gaudet perfectionibus, infinitis etiam nominibus nuncupatur: & verè infinitis, quoniam vt D. Thom. g ostendit, licet Deus sit vna simplicissima entitas, & omnimoda formalitas, adhuc multis nominibus, quæ verè synonyma non sunt, gaudet, eo quod nos ea, quæ sũt in Deo concipimus, & rimamur ex his, quæ sunt in creaturis, in quibus sapiẽtia, v.g. distinguitur à bonitate, & vtraque à potentia. Imò Lacodæmon ipse multa nomina obtinet: quia multi apud illum nocendi & damnificandi artes non secus, atque ille cui Virgilius dixit. h

Scriptura sacra multiformis.

Tibi nomina mille, mille nocendi artes.

7 Circa quæ ait Turnebus: i *Non sine causa id à Marone dictum est: nam in precationibus, cuius numinis potentia magna erat, eius vires commemorabant & pro officijs nomina attribuebant, quorum enumeratione dignitas* Dei *crescere videbatur: sed & in quadam inscriptione legimus; Isidi Myrionimæ sacrum, id est, diuæ habenti mille nomina. Et* Cicer. *in Thimeo,* K *Mũdus igitur & cœlum, siue quo alio nomine gaudet, hoc vocatus esto. Et in inuocatione deorum apud Macrob.* l *Dis Pater siue Iouis manes, siue quo alio nomine fas est vocare.*

Nomina pro officijs relata.

K Cicero in Thymeo.
l 3. Satur. cap. 9.

Vt igitur Christianus populus, in precibus, quas fundit ad sacratissimam Virginem varijs eam titulis, & nominibus salutare contendit, inquiens: *Sancta Virgo Virginũ; sancta Dei genitrix, &c.* Ita antiqui varijs insctiptionibus Deos suos falsos honorabant, vt eos sibi magis propitios haberẽt. Est ergo diuersarũ perfectionũ clarissima nota diuersorũ nominũ eidẽ rei acommodatio. Et ideò quoniam sacræ literæ multis abundant encomijs, multis etiam nominibus præclarissimis honestantur, tàm in voluminibus sacris, quàm etiam in Sãctorum codicibus.

CAPVT QVARTVM.

Ratio nominum, quæ sacra pagina sibi ipsi attribuit.

CAusæ autem particulares particularium nominũ (quæ cap. 1. retulimus in sacrarum literarũ encomiũ) collectione difficiles nõ sunt, præsuppositis his, quæ aliqui ante me collegerunt, atq; eruditè cõpilarunt, a quibus nos modò alias opere pretij dignas subijcere.

Cur Scriptura appelletur sacra pagina, & de Scripturarũ necessitate.

a Salmeron. tom. 1. prolegom. 21. Serar. cap. 25. in Prolog. Bibliorũ
b Tom. 1. lib. 1. soli loquiorũ, cap. 1 & tom. 2. epis. 1.

8 In primis autem quod, *sacra pagina*, nuncupetur Scriptura in causa est, quod verè literis exarata, & condita habetur: sic autem est tradita, vt melius consuleretur labili memoriæ hominum, alijsque innumeris indigentijs nostris. Est enim Scriptura (vt August. b inquit) *Subsidium memoriæ, & aliarum vi-*

rium. Et rursus: *Quod scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cũ vacat legenti: nec onerosum fit præsens, quod cum voles, sumetur, cum voles, ponitur.* Vnde dixit Bernar. c *Nouit Cẽturio vim medẽdi efficacẽ in verbo: ideò dicit; Dic tãtũ verbo, & sanabitur puer meus. Bonũ est si dicatur verbũ, sed nihilominus bonũ est si scribatur: volat enim irreuocabile verbũ nisi scripto mãdetur: scriptura verbũ & stabile facit & visibile mãdatũ pagi næ reposcetur, cũ voles: bonus depositarius est liber, integre quid acceperis resignãs, cũ voles sumes, vbi voles leges, quãdiu voles moraberis, Scriptura memoriæ reparatrix est, quia verbi repræsentatrix est, tuto verbi medicamenta illic condis: seruantur enim illæsa. Si verbũ medẽdi vim habet, cùm dicitur, cur nõ habet cùm legitur?* Hactenus Bern. Mellifluus: qui etiam subiunxit, quod quia verbum est animæ cibus: & præcipimur operari cibum, qui non perit, ideò consultissimum est verba literis mandari & consignari, ne pereant. Inde illud Ouidij: d *Carmina morte carent.* Et illud Senecæ: e *Nomen Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt: superna super nos altitudo temporis veniet, parua ingenia caput exerent.* Scilicet illa, quæ literis sunt prodita. Hæc causa aliqua scripto tradendi verbum Dei.

c Serm. 47. in Cant.

d Eleg. 15.

e Epistol. 21.

Mendacia in Christum

9 Est etiam alia: videlicet, vt sic occurratur fortius, commodiusq; aduersariorũ calumnijs: multi enim ex infidelibus & paganis multa in nostros de Catholica fide calumniati sunt: siquidem (vt refert Aug. f) ai. qui illorum disseminabant, quod Christus ad Apostolos scripsisset libros magicis artibus imbutos, vt illorum præsidio res mirandas patrarẽt. Et Porphyrius apostata ille ausus fuit affirmare, quod nusquàm Christus se Deum prædicauit, aut prædicandum per Apostolos voluisse. Quæ tam horribiles imposturæ, & similes aliæ repentè concidunt Scripturæ sacræ mucrone. Per illam enim constat, quid Christus prædicandum præceperit, quid credendum iusserit, quid operandũ monuerit: & denique quibus signis suam confirmauit doctrinam. Inde illud August. dicentis: g *Doctis pariter & indoctis scriptura vtilis est;* vt potè quòd per illam omnes reportant varia emolumenta & commoda.

f Lib. 1. de Consens. Euang. c. 10.

Cur Scriptura sacra dicatur Scriptura Dei.

g Tom. 2. epist. ad Volus.

10 Additur in sacra pagina, quod Scriptura ista sit: Dei vtiq; quia habet authorẽ Deũ, qui locutus est per Prophetas: quare crebro in Scripturæ verbis inculcantur illa verba: *Hæc dicit Dominus; Verbum Domini; Dixit Iesus, &c.*

Cur dicatur Scriptura veritatis.

11 Additur etiam de Scriptura ista, quod sit Scriptura veritatis: nimirũ ad differentiam aliarum Scripturarum, quæ falsitatibus sunt obnoxiæ. Ex quo illud Psalm. h *Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideò dilexi testimonia tua.* Vbi est notandum ly *præuaricantes*: præuaricari enim dupliciter sumi potest. Primò, ita vt sit idẽ quòd ex vtraq; parte consistere, modò asseuerando, modò negando, patrocinando prius vni parti, posteà verò oppositæ: & constat quòd ita præuaricantiũ validæ Scripturæ non sunt: & proinde non admittendæ. Secundò pro eo quod est legem transgredi: & constat quod transgessoris legis fidelia verba non putantur: quoniam vt dixit Seneca, i ex Græcorum prouerbio: k *Talis hominibus est oratio qualis vita.* (Prouerbium hoc tribuitur Soloni, & Platoni.) Vnde Dauid dixit, quod dilexit testimonia Dei, vt potè dicta à veracitate summa, in qua & est summa bonitas, & summa veritas.

h Psalm. 118.

12 Quid sit præuaricare?

Quisnã spiritus sacrã scripturã dictauit, & illius effectus, & encomia

i Epistol. 21.

k Lipsius apud Senecam, vbi sup.

13 Dicitur similiter Scriptura veritatis: quia spiritus, qui dictauit illam dicitur, l *Spiritus veritatis*: & quia per seipsum est speculum veritatis: vtpotè quæ nemini blanditur, & neminẽ seducit vt Bernar. notauit, ita inquiens: m *Talem in ea se quisq; reperiet, qualis fuerit, vt nec ibi timore trepidet, vbi non est timor, nec lætetur cùm malefecerit: quare scriptura Iacobi dictũ est* n *Si quis auditor est verbi, & non factor, comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo.* Quæ verba optimè cõsonant cũ illis Gregorij Magni, ita dicentis: o *Sacra Scriptura mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, vt interna facies nostra in ipsa videatur, ibi fœda, ibi pulcra nostra cognoscimus.*

l Ioan. 15. nu. 16.

m Sup. Euangel. Matth. de septem panibus, cap. 15.

n Iacob. 2.

o 2. Moral. capi. 1.

Cur Scriptura dicatur inspirata diuinit' Scriptura Prophetarũ, & scriptura domus Israel.

14 Nuncupatur prætereà Scriptura diuinitus inspirata: quia eloquiòrum Dei ad homines instillatio Spiritui Sancto ascribitur iuxta illud Petri: p *Spiritu Sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines.* Et iuxta illud Symboli: q *Credo in Spiritum Sanctum, qui loquutus est per Prophetas.* Propter quod etiam

p 2. Petri 2.

q Symbol. Nicænum.

aa 3 appellata

r Heb.1.nu.1. appellata est scriptura Prophetarum. Etenim vt scriptum est: r *Multifariam multisque modis loquens Deus Patribus in Prophetis.* Et quia sermo illorum ad domum Israel destinabatur potissimum, & ad commodum, atque vtilitatem illius, ideò dicebatur scriptura domus Israel: nec mirum, nam etiam Deus ipse nuncupatur Deus Israel, vt sic discerneretur ab alijs falsis dijs.

15 Secundò, quod sacra pagina in plurali dicatur Scripturæ, in causa est, quod non solum multifariam, multisq; modis loquutus est Deus Patribus in Prophetis, nouissimeq; loquutus est nobis in filio; nimirũ sermone & verbo: verum etiam scripto nos docuit per veteris testamẽti, nouiq; ministros, qui varia vndequaq; nobis volumina ediderunt. Hinc Sapiens de sapientia sua: s *Ecce descripsi eam tibi tripliciter*, hoc est (iuxta interpretationem Iansenij, t & aliorũ) multifariã, & multipliciter, ternarius enim numerus indefinitus est. Cur Scriptura dicatur in plurali numero Scripturæ.

s Prouerb.22.nu.20.
t Iansenius ibi.

16 Dicuntur etiam Scripturæ populorum, id est, Scripturæ vniuersales vniuersum hominum genus concernentes: non secus atque ipsum rationis lumen, quod ostendit nobis bona. Vnde inquit Hieron. v appositam esse inscriptionem istam ad designandum discrimen inter doctrinam Platonis & similium, qui scripserunt paucis, non verò populis; & inter Scripturas sacras, quæ omnium vtilitati consulunt, & ad vniuersos pertinent. Vnde scriptum est: x *Pertransibunt multi, & multiplex erit scientia.* Cur appelletur Scriptura populorum.

v Psalm.86.
x Dan.12.4.

17 Dicuntur etiam istiusmodi Scripturæ sanctæ, ad differentiam (inquit D. Thom. y) scripturarũ Gentilium, quæ sunt prophanæ: & quia sanctitatẽ continẽt, vtpotè quod scriptũ est: z *Confitemini memoriæ sanctitatis eius.* Et quia sanctificant nos, iuxta illud Christi Domini ad Patrem, a *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est.* Cur dicãtur Scripturę sanctæ.

y Lect. 2. sup. ad Rom.
z Psalm.29.vers.5.
a Ioan.17.ver.17

18 Tertiò vocantur literæ; primò quia litera apud priscos authores aliquando significat elementum & notam singularem, quæ simplicissima est dictionis pars, iuxta illud Cicer. b *Literæ posteritatis causa repertæ sunt.* Quo etiã pacto sumitur in sacro volumine, iuxta illud Lucæ de Crucis inscriptione: c *Erat autem hæc subscriptio posita, scripta literis Hebraicis, Græcis, & Latinis.* Cõuenienter autem sacra pagina nuncupatur hoc modo nomine literarum: siquidem in illa nec iota aliquod est, quod non sit profundi mysterij. Propter quod Chrysost. dixit: d *Neque enim vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus.* Vnde non solùm Scriptura nominanda venit sacra pagina, sed etiam meritò nuncupatur literæ: quoniam quælibet apud illam est magni momenti. Cui consonat illud Manilij. e Cur Scriptura nũcupetur literæ.

b Pro Syll.
c Lucæ 23. num. 38.
d Hom.20. in Genes.

Hic & scriptor erit fœlix, cui litera verbum est.

e Lib.4. astro.

Literæ autem sacræ paginæ non solùm habent quod sint verba, sed etiã quod sint verborum & sacramentorum thesaurus: meritò ergo sigillatim numerantur, & literæ dicuntur.

19 Insuper litera apud Priscos authores idem est, quod epistola: iuxta illud Cicer. f *Hodie tuas literas expectabamus matutinas.* Et iuxta illud Ouid. g *Lecta litera.* Scriptura autem diuina (vt ait August.) h idem est ac literæ missæ de cœlo ad nos in hac vita peregrinantes, quæ nos hortantur, vt benè viuamus, & quibus renunciantur nobis, quæ in patria illa geruntur, ac gerenda sunt apud nos. Quibus cõsonat illud nostri Greg. i *Quid est scriptura sacra, nisi quædam epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam?* Iure ergo volumina sacra literæ dicuntur, id est, epistolæ. Alia ratio ad idẽ

f Ad Atticum.
g Epist.48.
h Tom. 2. epist. 48. & epist. 110. & to. 8. conc. 2. sup. Psalm. 90. & tom. 9. serm. 56. ad fratres in eremo.

20 Litera præterea (vt habet thesaurus k linguæ Latinæ) dicitur quasi, *legitura* eo quod legenti præbeat iter, vel quia in legendo iteretur: constat autem vtrumq; hoc congruere sacræ paginæ: quia & nuncupatur, *via mandatorum Dei.* Et frequenter legi, ac relegi oportet iuxta superius dicta. l Tertia ad idẽ ratio.

i Lib.4. registri, epist. 84.
k Verbo litera.
l Sup. prologo huius tractatus.

21 Nec solùm *literæ*, verum etiam *literæ sacræ* volumina sacra dicuntur, eo quòd sanctum, idem est quòd venerabile & veneratione dignum: iuxta illud Claud. dicentis: m *Vulgus sacrum*, id est, *populus grauis, & venerabilis.* Et iuxta illud Exod. n *Fecerunt & laminam sacræ venerationi de auro purissimo.* Constat autem scripturam diuinam eximiè venerabilem esse, ita vt ipse Christus Cur Scriptura appelletur literæ sacræ.

m Lib. de Raptu Proserpinæ.
n Exod.39.n.29.

recitatu-

recitaturus quoddam testimonium eius, o surrexit, vt legeret; & stans legit, ac relegit illud. Et (vt narrat Iosephus p) disserens Ptolomæus Rex Aegypti cum Demetrio, & rogans ab eo; quid factum sit, vt admirandarum legum Pentateu, nec historicus vllus nec Poeta mentionem fecisset: Respondit Demetrius neminem ausum eas attingere, quas constaret diuinas esse, & punitos esse quosdam à cœlesti numine, qui illas temere attrectare veriti non fuerant. Adeò venerabilis diuina Scriptura est, & proinde sacra.

o *Lucæ* 8.
p *Lib.* 12. *Antiquit. cap.* 2.

Quid sonet ly sacrum?

22 Dicitur etiam sacrum idem, quod Deo sacratum; iuxta illud Virgil. q *Sustulit os te sacrũ cœlo.* Et iuxta illud Plau. *At ego te sacrã coronam subripuisse scio.* Constat autem volumina Dei esse consecrata illi, tanquam eloquia eius, vt pote index rectissimus demonstrans iter ad eum: inde Dauid: r *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce.* Hoc autem fit ministerio Scripturæ sacræ.

q 8. *Aeneid.*
r *Psalm.* 24. *nu.* 4

Cur Scriptura nũcupetur liber, & librorũ grãdemomentũ?

23 Tertiò vocatur sacra pagina, *liber*; primò quia liber ex pluribus cõcinatur chartis, talis autem est sacra pagina. Secundò, quia liber habetur pro pretiosissima supellectili, adeò vt propter hoc (referente Hieron. s) *Purpureis mẽbranis auro, argentoque distinctis libri ornarẽtur olim.* Et rursum idem Hieron. testatur: t *Sacros libros deauratos & purpuratos, atque gemmatum varietate distinctos in custodiam Rom. venisse.*

s *Præfation: in Iob.*
t *Idem sup. Zachariam.*

Iterum cur Scriptura dicatur liber, & de librorum significatione.

Ex quo sequitur, quod meritissimè sacra pagina hoc nomine libri decorata est: siquidem liber sonat pretiosam supellectilem, iuxta illud Ouid. ad suũ librum. v

Nec te purpureo velent vacinia succo
Non est conueniens luctibus ille color.

v 1. *Trist. eleg.* 1.

Martialis præterea ad suum x

Nondum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus.

x *Lib.* 8. *Epigr.* 72.

Cur Scritura dicatur in singulari liber.

Et Plutar. y refert de Alexandro, quòd Iliadem Homeri semper tenebat cũ pugione sub puluino. Et rursum sic: z *Delato ad eum scriniolo, quo nulla inter opes Darij sumptuosior & ornatior, amicos sciscitatur, quidnam in illo pretiosum dignè collocaretur? Multisque eius vsus alijs demonstrantibus. Hoc optimè* (inquit) *Iliadis Homeri custodiæ dabitur.* Hæc Plutarch. consonat instituto nostro Dauidicũ illud: a *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Vtpotè quòd sacra pagina tanti apud pios sit, vt veluti spoliũ ingẽti victoria cõparatũ æstimetur.

y *In Alexand. num.* 15.
z *Idem ibidem, num.* 55.
a *Psalm.* 118. *nu.* 162.

Cur Scriptura nũcupetur liber grãdis.

24 Iterum in causa est, quod liber est quid implexum, atq; inuolutum: cõstat autem Scripturam sacram adeò inuolutã esse, vt propterea dicatur apud Esai. b *Liber signatus.* Apud Daniel. c *Liber clausus.* Et in Apocalyp. d ita obseratus, *Vt solus Leo de tribu Iudâ potuerit aperire illum.* Quamobrem vniuersi Patres æquè sentiunt sensum diuinæ Scripturæ absque mentis illustratione diuinitus facta percipi nullatenus posse.

b *Esai.* 29. 12.
c *Daniel* 12. 4.
d *Apocal.* 5. 4.

Cur Scriptura nominetur libri in numero plural.

25 Dicitur autem in numero singulari liber, quia (vt notauit Hier. e) *Ab vno & eodem spiritu omnino ordinatus est: & omnia, quæ habentur in eo ad eundem scopum destinantur. Moris est Scripturæ* (addit Hieron.) *quamuis plures libros, si inter se non discrepent & de eadem re scribantur, vnum volumen dicere; siquidem, & Euangelium lex Domini conuertens animas singulariter appellatur.*

e *Tom.* 4. *sup. Esaiæ* 29. *& sup. Ezech.* 12.

Cur sacra Scriptura nũcupetur testamẽtũ, & de testamẽto eymologia, & natura.

26 Inde quia iste liber magna & maxima continet, *Liber grandis appellatur.* Et grandis esse oportebat liber, in quo sacramẽta maxima scribenda erãt, & quia simul mandata Dei & eius testamentum retinet liber iste, ideò *liber mandatorum Dei, & testamentum Dei nuncupatur.*

Esai. 8. *ver.* 1.

27 Nuncupatur etiã in numero duali, vel plurali, *libri*: quia varia volumina cõprehendit; nimirũ leges, Prophetas, & agiographa, vetus deniq; & nouum Testamentum: quæ volumina, licet ab eodem sint, & ad eundẽ destinata finẽ: quia tamen varia, ac diuersa continent, meritò libri nũcupantur.

28 Quartò, quod vocetur Sacra pagina testamentũ, in causa est: primò, *Quod testamentum est mentis testimonium.* Constat autem quod sacræ literæ testatam

 nobis

f *Psalm. 24. vers. 13.* g *Matth. 25.* h *Colloss. 3. 24.* i *Hebr. 4.* K *5. Etym. cap. 24.* l *Malach. 3. 6.* m *Iacob. 1. 7.* n *2. Corinth. 1. 18. 20.* o *Psal. 110. vers. 15.*

nobis faciunt mentem diuinam: ex quo illud Psal. f *Testamentum ipsius, vt manifestetur illis.* Secundò, quia generatim in huiusmodi libris legat Deus hæreditatem hominibus, tanquã filijs. Ex quo Matth. illud: g *Venite possidete paratum vobis regnum.* Seu vt habetur in Græco *Kleronomeste*, id est, *hereditate adite*, vel, *possidete paratum vobis regnum* Et iuxta illud Paul. h *A domino accipietis retributionem hereditatis.* Tertiò, quia testamentum est instrumentum irreuocabilis voluntatis, quod testatoris morte in hominibus confirmatur. Et confirmari debet, vt valeat: alioquin (vt inquit Paulus i) *Nondum valet, quandiu viuit, qui testatus est.* Quare Isidorus dixit: K *Testamentum vocatur, quia non valet nisi post mortem testatoris.* Scripturæ autem diuinæ irrefragabiles sunt: nam quod in hominibus mors, hoc præstat in Deo eius immutabilitas. De qua scriptum est: l *Ego dominus & non mutor.* Et iterum: m *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obũbratio.* Et rursum: n *In eo non est, est & non est.* Vnde Dauid: o *Mãdauit in æternum testamentum suum.* Sed & adhuc ipsius testatoris morte, vtiquẽ Christi Domini, promissiones Scripturæ roboratæ sunt, vnde meritò sibi vendicant nostri testamenti.

p *Sup. 1. Corinth. 11. & lib. de Cain & Abel, cap. 7.* q *Epistola contra Petrobrusianos.*

Cur in Scriptura duplex testamentum sit: cum tantum sit vnus testator Christus semel mortuus.

29 Quæri tamen potest, cur in Scriptura duplex assignetur testamẽtum? Cũ semel tantũ Christus pro nobis mortuus sit. Respondetur tamen cũ Ambrosio, p Christum semel in typo, & iterum in veritate mortuum fuisse. Hoc est (vt notauit Petrus Cluniacen q) semel Christus mortuus est typice in sacrificijs & holocaustis antiquæ legis: & semel in veritate, secundùm realem & veram corporis exanimationem. Vnde vetus testamentum vituli morte & sanguine dedicatum est: nouum vero reali morte Christi typice figurata in vitulorum mactatione.

r *Gen. 4. 15. 6. & 9. & 24. 1. Paral. 15.*

Cur Scriptura nominetur fœdus.

30 Deniq; quod Scriptura sacra appelletur fœdus, in causa est, quod continet plurimarum pactionum & conuentionum inter Deum & homines volumina; continet enim pactum, quod Deus pepigit r cum Chaim, & cũ Abraham, & cum Moyse. & cum Noe, & cum plurimis alijs. Propter quod arca testamenti dicebatur arca fœderis, id est, arca cõtinens volumen fœderis Dei cũ hominibus, siue tabulas fœderis. Hæc ratio nominum quæ sacræ literæ pro seipsis continent.

CAPVT QVINTVM.

Ratio nominum, quæ à sanctis Patribus Scripturæ tribuuntur, id est, cur vocentur instrumentum Pandectæ, Bibliotecæ, & Biblia.

a *Ad Brutum.* b *Lib. 4. Variorũ, cap. vltimo.*

Cur Scriptura sacra vocetur instrumentum? & quid sit lyinstrumentũ?

31 QVod à sanctis Patribus prætereaScriptura sacra instrumentum vocetur, in causa est primò, quod instrumẽtum idem in primis sonat, ac omne illud quo quis ad operandũ vtitur, vt scriptor calamo, pictor pennicillo, &c. quod subsidij & adiutorij genus Græci vocant *organon*, vt notauit Cicero. a Constat autem Deum vti literis sacris tanquam instrumento ad docendum nos ea per quæ itur ad eum. Vnde Cassiodorus b noster de lectione literarum sacrarũ: *Hinc virtutum omnium sumitur manifesta cognitio; hic sapientia veritatis sapore conditur; hic ad omnia redditur humilis, quẽ imbuit doctrina cœlestis.* Vnde sicut, quia Logica est instrumẽtum cognitionis (vtpotè cuius finis est inquisitio veritatis) appellatur à Logicis organum scientiarum, hoc est, instrumentum ad comparandas vniuersas scientias; ita sacræ literæ dicuntur instrumentum: quia medijs illis vniuersas quæ nobis conducunt, veritates assequitur.

c *Lib. 2. sent.* d *ff. de fide instr.* e *Lib. 5.* f *2. Ad Timoth. 3.*

Alia ratio ad idem, & alia instrumenti acceptio.

32 Deinde instrumentum significat omne id, per quod docemur, & inscribimur, iuxta quæ notarunt I. C. Paulus, c & ex eo Iustinian. d Propter quod à Quintiliano dicituros e *Instrumentum litis*, id per quod litigator ad litẽ instruitur & munitur. Constat autẽ, quod diuinis literis instruimur de rebus omnibus, quæ sunt magni momenti: siquidem *omnis Scriptura diuinitus inspirata*

vtilis

vtilis est ad hoc, vt homo bene instructus sit, & ad omne opus bonum paratus: iuxta quæ Paulus asserit.f f 2. ad Thim. 3.

33 Alia ad idem ratio, & alia instrumenti acceptio.

Instrumenti etiam nomine aliquando intelligitur monumentum scripturarum ad res gestas, gerendásve pertinentium: iuxta illud Suetonij. g *Instrumentum Imperij pulcherrimum ac vetustissimum confecit, quo continebantur pene ab exordio Vrbis Senatusconsulta & plebiscita de societate & fœdere ac priuilegio.* Et alia infrequenter tàm Latino, quàm etiam sermone vernaculo scripturæ, quibus pactiones, conuentionesque continentur, ac signantur, vt ratæ ac solidæ habeantur, instrumenta dicuntur. Constat autem scripturam sacram pactionibus esse plenam, iuxta superius dicta: & quidem cum addito, vtiq; *instrumenta sacra, vel etiam diuina, aut cœlica,* g In Vespas. c. 8.

34 Cur Scriptura nominetur Pandectæ, & quid ly Pandectæ?

Deinde quod dicantur Pandectæ, in causa est, quod Pandectæ sonant volumina nihil non continentia, ex quibus possis quod velis, velut è cornucopia depromere: vt *Pandectæ* legum, quæ omne ius complectuntur: dictæ à dictione Græca *Pan*, quod sonat idem quod *omne*, & ab alia dictione, *Diomai*, quæ significat idem, atque *capio* & *suscipio*. Vnde sic Aulus Gellius, h *Tullius Tiro Ciceronis libertus libros scripsit, quos Græco vocabulo Pandectas (id est promiscua, & multifaria continentes) nominauit tamquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes.* Cum igitur, *omnis scriptura diuinitus instillata vtilis sit ad docendum & arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in via*: vt testatur Paulus, i consequens est, quod iure *Pandectæ* nuncupentur. h Lib. 12. i 2. Thim. 3. 16. k Sap. Psal. 147.

35 Scriptura sacra vt manná delectamentū refert. Et cur D. Thomæ doctrina dicatur angelica.

Inde est quod Hieron. K sacrarum literarum studium ac meditationem comparauit cum cœlesti illo manna: de quo scriptum habemus, l quod *omne delectamentum continebat.* Propter quod *Angelorum panis dictum est*. Sicut propria doctrina *D. Thom.* appellatur doctrina Angelici Doctoris, quia scripta eius omnem desiderabilem continent disciplinam; sicuti apud nos sermone vulgari aqua illa instillata dicitur Angelica, quæ confecta habetur ex mixtione, & confluxu aliarum aquarum, quæ in pretio habentur, propter eximiam, & variam fragrantiam odoris. l Sap. 16. 20.

Tertiò, quod bibliotheca dicatur, in causa est, quod bibliotheca significat insignem supellectilem librorum. *Est* enim Scriptura sacra (vt notauit Chrysost. m *Armamentarium & thesaurus librorum locupletissimus*. Inde etiam biblia dicuntur, quia biblia sonant idem quod libri. *De* his autem supra satis, ac superquè dictum est. n m Chrysost. n Sup. 4. in 3. vocabulo.

36 Cur Scriptura bibliotheca dicatur, & biblia.

CAPVT SEXTVM.

Quale ex recensitis nominibus sit germanius literis sacris?

37 Quodnā germanius Scripturæ nomen.

RΕcensitis Scripturæ nominibus, eorumq; potioribus causis, sequitur, aperiamus, quod nam ex illis magis congruatur? Ad quod ego existimo, quod ly *scriptura* absolutè, & sine addito prolatum, est germanius sacrarum literarum nomen. Moueor, ad hoc primò ex eo, quod familiarius & frequentius nomine isto sacræ literæ decorantur, non tantùm apud sanctos Patres, atque etiam apud Theologos, sed etiam in ipsis sacris literis: verbi gratia Ecclesiast. ita habetur, a *Narrantes carmina scripturarum*: & Matth. b *Numquam legistis in scripturis*: & iterum: c *Erratis nescientes scripturas*: & rursum: d *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ*: Ioan. 5. f *Scrutamini scripturas*: & iterum: g *Non ne scriptura dicit*: & alibi: h *Nondum enim sciebat scripturas*: & Act. 8. i *Locus scripturæ, quam legebat*. Vnde cum alia nomina rarò sacris literis tribuantur, hoc verò frequētissimè nuncupetur, signum mihi est illud esse diuinis literis germanius. a Eccles. 44. b Matth. 21. 42. c Idem 22. & 29. d Et c. 26. 54 & e ibid. num. 56. f Ioannis 5. 39. g Et num. 42. h & cap. 20. 9. i Actor. 8. ca. 18

38 Spiritus Sanctus appellatur scriba velox.

Deinde moueor ex eo, quod Spiritus Sanctus, qui est scripturarū author, absolutè dicitur scriba: iuxta illud Psalm. K *Lingua mea calamus scribæ*: & subiungitur, k Psalm. 44. v. 2

iungitur: *Velociter scribentis*, vtique per figuram metonimiam, qua significatur, quod afflati numine isto scriptoris superni, quàm celerrime scribunt, adeo vt verbis Marcialis possimus dicere:

Currant verba licèt, manus est velocior illis:
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Vtpotè quod Spiritus Sanctus vbertim, ac celerrime dictat, mittens tamquam imbris eloquia sapientiæ suæ, & vnico verbo claudens mysteria multa, virtutemq; calamo tribuens, vt vel vno apice designet ea. Exemplum est
Daniel. 4. 24. in illis Daniel. *Mane, Thecel, Phares. Mane*, significabat idem, quod numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. *Thecel*, idem quod appēsus es in statera & inuentus es minus habens. Ly denique *Phares*, idem quod diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis, vt habet ibi textus sacer. Ecce quot sententias pariat vna litera sacra, quantisq; mysterijs abundet.

Denique moueor ex eo, quod cum sacra pagina reipsa scriptura sit, & quidem longò interuallo supergrediens, ac superexcellens vniuersas scripturas, consequēs est, vt iure nuncupetur scriptura, & quod antonomaticè scriptura dicatur, tamquam scripturarum culmen suo authore dignum vtique Spiritu Sancto. 15

Scriptura Sacra ditur per antonomasiam Scriptura.

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrùm aliquando extiterit vera aliqua sacra Scriptura?

SVMMARIVM.

1 *Qui veram Scripturam negauerunt?*
2 *Arguitur primò Scripturam mortiferam esse.*
3 *Arguitur secundò, magisteriū hominis solius Dei esse.*
4 *Arguitur tertiò pro parte negatiua ex eo, quod Deus olim scripturis non vtebatur.*
5 *De fide ostenditur pars affirmatiua quæstionis.*
6 *Secundò probatur eadem pars affirmatiua ex scripturis.*
7 *Tertiò probatur idem tamquam de fide.*
8 *Quartò probatur idem ad idem.*
9 *Quintò probatur eadem pars affirmatiua ex Ecclesia, Concilijs, & Patribus.*
10 *Probatur pars affirmatiua ex ingēti remuneratione pro sacrarum literarum cultoribus.*
11 *Eadem pars affirmatiua ostenditur ex pœnis, quas dederūt diuinitus sacrarum literarum violatores.*
12 *Ostenditur eadem pars affirmatiua authoritate Christi.*
13 *Item eadem authoritate ostenditur.*
14 *Dictorum irrefragabilitas.*
15 *Grauiter torsi diuinarum literarum contempteres.*
16 *Diocletianus punitus propter odium contra literas sacras.*
17 *Hieronymus aliquando cæsus propter fastidium inelegantiæ sacrarum scripturarum.*
18 *Quid sit apud Paulum litera occidēs, cum Scriptura sacra sit litera viuificans & lætificans?*
19 *Literæ vt sic non onere, leuamino sunt & oblectamento.*
20 *Litera occidens est iam testamentum vetus.*
21 *Lex vetus congrue appellatur litera, & cur?*
22 *Cur legis veteris litera occidens secūdum aliquos dicatur?*
23 *Præsidium præcedentis sententiæ.*
24 *Interpretum verba.*
25 *Arguitur cōtra explanationem prædictam numero præcedenti. 22.*

26 Occur-

26 *Occurritur, obiectioni numeri praecedentis*

27 *Aliorum interpretatio, cur lex vetus dicatur litera occidens.*

28 *Obijcitur contra explanationem numeri praecedentis.*

29 *Occurritur praecedenti obiectioni.*

30 *Alia ratio, cur testamentum vetus appelletur litera occidens.*

31 *Sententia authoris, cur testamentum vetus dicatur litera occidens.*

32 *Origenis verba ad sententiam istam.*

33 *Quomodo litera occidit?*

34 *Explicatur a capite locus Pauli.*

35 *Fauet litera Graeca expositioni praedictae.*

36 *Respondetur primo argumento numeri secundi.*

37 *Tertulliani expositio, cur dicatur quod litera occidit? vbi argumentũ numeri primi acuitur.*

38 *Haeretici abutuntur scripturis.*

39 *Haeretici omnia reijciunt praeter scripturas.*

40 *Scriptura dicitur ab haereticis Haereticorum liber, & nasus cereus.*

41 *Eluditur argumentum numeri 37. & explicatur qualiter citra imperfectionis notam Scriptura sit occasio errandi tenebrionibus.*

42 *Abusus alicuius rei non arguit prauitatem in ea.*

43 *Impudenter appellatur Scriptura liber haereticorum.*

44 *Non est culpa literarum sacrarum, sed animorum deprauatorũ, quod haeresum causa fiunt.*

45 *Deus est potissimus hominum Doctor ministeriales verò plures à Deo.*

46 *Christus non per se: sed per aliorum scripta Euangelium docuit.*

47 *Magnum literarum encomium.*

Res huius dubij est, an scripto Deus aliqua aliquando instillauerit, quae scripto tradi voluerit & pro verbo illius haberi; sicuti solent homines scripto cum hominibus loqui: quod pertinet ad quaestionem, an est?

CAPVT PRIMVM, Authores, & argumenta partis negatiuae.

1 A Parte negatiua quaestionis referuntur quidam haeretici dicti Libertini, & alij similis notae, qui apud Bellarm. *a* reijciunt omnem Scripturam sacram, tamquã omnino fabulosam, ac prorsus indignam, vt à fidelibus habeatur tamquam verbum Dei, aut tamquam sermo & doctrina illius: quia dicunt verbum scriptum apud Deum esse literam occidentem, & solum spiritum eius interno occultoque magisterio docere orthodoxos.

Qui veram scripturã negauerit?

a Tit. 1. lib. 1. de V. D. capit. 1.

2 Primum & potissimum argumentum pro deliramento isto conficiunt sibi ex illis verbis Pauli, *b Litera occidit, Spiritus autem viuificat.* Vbi reijci videtur Scriptura tamquam mortifera & lethalis, & sola illustratio interna commendari, tamquam viuifica & vitalis; & proinde respui Scriptura à ratione verbi Dei: quoniam verbum Dei est verbum vitae, non verò mortis.

Arg. 1. Scripturam mortificam esse.

b 2. Cor. 3. v. 9.

3 Deinde argumentantur ex alijs Scripturae verbis, quibus magisterium Dei desideratur tamquam vnicũ ad institutioné nostram, vt scriptũ est. *Vias tuas Dñe demonstra mihi, & semitas tuas edoce me*: & alibi: *d Audiam quid loquatur in me dominus Deus*: & rursum, *e Qui docet hominem scientiam*: & iterũ: *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*: Sapientiae: *f Sensum autem tuum quis scit? nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis, vt quae tibi placent didicerint homines*: Sapien. *g Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: & dedit illi scientiam Sanctorum.* Ioan. *h Scriptum est in Prophetis erunt omnes docibiles Dei*: Quod est illud Esaiae: *i Ponam vniuersos*

Arg. 2. magisterium hominũ solius Dei esse.

c Psal. 24. 4. d Psal. 84: 9. e Psal. 93. 12. f Sapien. 9. 17 g Sap. 10. 10. h Ioan. 6. 45. i Esaiae 54. nu. 12.

K Hierem. 31. vniuersos filios tuos doctos à Domino. Hieremiæ: k *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Hoc est, non atramento, aut signo aliquo, vel etiam charactere sensibili; sed interno quodam spiritali documento, quo spiritus hominis de supernis ac diuinis diuinitus instruatur. Ex his igitur colligere volunt boni illi interpretes, scripturam omnem repellendam irià ratione magisterij diuini; & tantum admittendam esse inspirationem internam pro exacta & vera cognitione Dei.

3 Arg. pro parte negatiua ex eo quod De' olim scripturis nō vtebatur.

4 Tertiò argumentantur ex eo, quod Deus olim per se ipsum in veteri testamento Patribus, Prophetisq; loquebatur, absq; ministerio scripturæ, sed tantùm per internam illustrationem ac suggestionē, l vel etiam per somnium. m Quo etiam instruendi genere in testamento nouo vsus est, vt patet Matth. 1. de Ioseph admonito in somnis ab Angelo: & in illis Magis, qui Christum adoraturi accesserant: moniti enim in somnis ab Angelo per aliam viam reuersi sunt. Et Christus ipse, qui vnus & vnicus est magister omnium, iuxta illud eiusdem apud Matth. n *Nolite vocare vobis magistros super terram: vnus est enim magister vester Christus.* Is igitur nihil scripto, sed omnia verbo tradidit, & iussit discipulos suos in vniuersum orbem proficisci prædicaturos Euangelium Dei, vt sic doceret omnes gentes: non autem scripto tradituros doctrinam Euangelicam.

l Gen. 25. Iud. 1. 1. Reg. 3. 2. Reg. 2. 5. & 20. m Ge. 28. & 31 n Matth. 23. 8.

His & similibus argumentorum machinis impetere, atque deturbare conantur hostes prædicti mysticam illam turrim Dauid: *Quæ ædificata est cum propugnaculis:* & à qua o *Mi le clypei pendent: simul cum omni armatura fortium:* vtiq; Scripturam sacram, vt sic armis detractis inermes relinquamur ad inimicorum insanas doctrinas profligandas.

o Cant. 4. 4.

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur de fide pars affirmatiua fidelibus.

De fide ostēditur pars affirmatiua quæstionis.

5 His tamen non obstantibus affirmatiua pars fides exploratissima est: vt liquet in primis ex illis verbis Exod. a *Scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis:* & ex illis Leuit. b iuxta antiquiores codices, licèt non iuxta recentiores Sixti V. *Custodite omnia, quæ scripsi vobis, vt sim Deus vester:* & iuxta illud Oseæ. c *Scribam ei* (scilicet Ephraim) *multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt.* Vbi palam Deus authorem Scripturæ se prædicat: vtiquè quia instillauerit eam. Propter quod dixit David, d *Dominus narrauit in scripturis populorum.* Nimirum, quia Scripturæ illæ Domini narrationes erant, quas dictauerat ipse.

a Exod. 32. 16. b Leuit. 12. 2. c Oseæ 8. 12. d Psalm. 86. v. 6

Secundò probatur eadē pars affirmatiua ex scripturis.

6 Deinde probatur ex illo Esaiæ: e *Dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, citò prædare:* & iterum: f *Nunc ergo scribe super buxum, & in libro diligenter exara:* & ex illo Abacuc: g *Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit:* & ex illis Apocalyp. h *Quod vides scribe in libro: scribe ergo quæ vidisti: scribe, beati qui ad cœnam agni vocati sunt: scribe; beati mortui qui in Domino moriuntur.* Ecce qualiter Deus impulit, adigitque scribas suos, vt literis sua dicta mandarent.

e Esaiæ 8. nu. 1. f Esaiæ 30. n. 8. g Abacuc. 2. n. 2 h Apoc. 1. n. 13. & 19. & ca. 19. num. 9.

Tertiò Probatur idem tanquam de fide.

7 Tertiò probatur ex illo Iosue, i *Non recedet volumen legis huius ab ore tuo vt custodias & facias eas, quæ scripta sunt.* Cui simile est illud Prouerb. K *Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis:* item ex illo Malach. l *Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Oreb, ad omnem Israel præcepta & iudicia.* Constat autem legem latam à Deo Moysi, non solùm scriptam fuisse, sed etiam scriptam in tabulis lapideis, vel ipso digito Dei: & proinde constat Deum aliquando scripturam aliquam condidisse, quæ vere sit sermo eius, ac verbum illius: & proinde Scriptura sacra.

i Iosue 1. 8. K Prouer. 3. 21. l Malach. 4. 4.

Quartò probatur idem ad elogio idem,

8 Quartò probatur verbo illo passim repetito, & inculcato apud vniuersos Prophetas, videlicet: *Hæc dicit Dominus: Verbum Domini:* Hoc enim

elogio

elogio oſtendunt ſcripta, & vaticinia ſua, eloquia Domini eſſe, & in perſona Domini tamquam mentem illius euulgari, vt ſic fideles agnoſcerent, quid Deus ab illis optaret, & quid ab eo ſperandum, ac petendum foret.

5. probatur eadē pars affirmatiua ex Eccleſiæ Concilijs & Patribus.

9 Denique probatur tàm vniuerſalis Eccleſiæ, quàm etiam Conciliorum ac Sanctorum Patrum calculis, ac decretis: quoniam vniuerſalis Eccleſia ſimul cū Concilijs, & ſanctis perpetua eſt in ſenſu literarum ſacrarum, atq; etiam in veneratione & obſequio illarum, tamquam in religióne, & cultu eloquiorum Dei. Eccleſiæ enim ſunt illæ voces, *Reſurrexit ſecundum ſcripturas*; *Credo in Spiritum, qui loquutus eſt per Prophetas*. Concilia item omnia, m ſunt in conſulendis literis ſacris pro fide, dogmatum diffinitionibus: ſanctorum etiam Patrum ſtudia, & lucubrationes eo tendunt; vt percutrant volumina ſacrá, & nobis explanent, vt ſic certiores nos reddant de diuinis oraculis. m *Symb. Nicen.*

CAPVT TERTIVM.

Oſtenditur eadem pars de fide contra hæreticos.

10 Probatur pars affirmatiua ex ingenti remuneratione pro ſacrarū literarū cultoribus.

PAucis expedita re cum orthodoxis, ſequitur, vt verius eādē cauſam proſequamur contra hæreticos: & in primis probare illam poſſumus argumento deducto ex commendatione & laude ſimul, ac præmio, quibus abundantiſsimè cumulati ſūnt apud Deum, qui ſacra ſcripta ſunt venerati, tamquam diuina eloquia: & iuxta præſcriptum illarum religionis cultum inſtituerunt, vt Pſaltes Regius, qui primo Paralipomenon commendatur, eoquod præciperet Sacerdotibus, vt offerrent holocauſta, *a iuxta ea, quæ in lege Domini ſcripta erant*: & 2. Paralip. laudatur Ioſaphath, eo quod erudierit populum, *b Iuxta librum legis Domini*: & in eodem libro laudatur Ezechias, eo quod iuſsit Furiphaſe, *c Sicut ſcriptum erat in lege*: & iterum laudatur propterea, quod conſtituerat Sacerdotium, & ſacrificia quotidiana, *d iuxta eiuſdē legis ſcriptum*. & adeò laudatur propter hæc, vt dicat textus ſacer: e quòd *Fecit bonū, & rectum coram Domino in vniuerſa cultura miniſterij domus Domini, iuxta legem & cæremonias, & quod id fecit valens requirere Deum ſuum in toto corde ſuo*. Zorobabel præterea Princeps, & Nehemias, f Ioſue Sacerdos & Eſdras legis peritus commendantur, eo quod poſt exitum Babilonicum religionem & cultum ad ſacræ paginæ normam reſtituerunt, vel inſtituerunt; & ſingulariter Eſdras ipſe laudatur, quòd cathedræ lignæ inſiſtēs legerit librum legis coram vniuerſa Eccleſia, & ad normam ſcriptæ legis feſtum tabernaculorum indixerit. Signum ergo eſt huiuſmodi legis volumina voluntatem Dei continere, & eius decreta enunciare. Si quidem his tantum apud Deum commendabilis, & præmio dignus redditur, cui eius monitis paret, ac decretis obſequitur.

a 1. *Paral.* 26. 40
b 2. *Paralt.* 17. 9
c 2. *Paral.* 30. 5.
d *Ibid.* 20. & 21
e *Eſdras* 2. *nu.* 2.
f *Nehem.* 8.

Eadem pars affirmatiua oſtenditur ex pœnis quas dederūt diuinitus ſacrarum literarū violatores.

11 Deinde ad idem poſſumus argumentum conficere ex obiurgatione & punitione, quibus proſequutus eſt declinantes, vel recedentes ab huiuſmodi ſcripturarum elogijs: etenim ſcilicet, g quod Nadab, & Abiu filij Aarō igne abſumpti perierunt ſubitò, eo quod obtulerunt coram Domino ignem alienū, id eſt, ignem alienū ab igne, quem præſcripſerat Deus pro ſacrificijs conficiendis: & alibi habetur, h quodq; Gedeon fecit Ephod (hoc eſt ſuperhumerale aliàs amiculum, vel ſuperindumentum) *Factū eſt illi, & omni domui eius in ruinam*; vtique quia cautum erat, i quod extra tabernaculum fœderis ſacra non fierint. Item refertur, k quod Ieroboam pertulit iacturam præſtantiſsimæ partis regni ſui: propter quod *Deum non coluit iuxta ſermonē Dauid Patris ſui*. Qui iam iam moriturus, ita ad Salomonem filium ſuum affatus eſt, l

g *Leui.* 10. 1.
h *Iud.* 8. 27.
i *Leuit.* 17.
k 3. *Reg.* 11. 13.

3. Reg. 3. est, l Ego ingredior viam vniuersæ carnis; obserua, vt custodias vias Domini, & cæremonias eius, & præcepta & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi, vt confirmet Dominus sermones tuos. Vtiq; sermones de stabilitate regni sui. Si igitur Deus sic sæuit in illos, qui leges illas scriptas etiam cæremoniales, tamquam diuina oracula non custodiunt: sequitur planè esse diuinas, & diuino imperio, atque magisterio prolatas; & proinde scripturam illarum diuinam esse.

12 Tertiò, Christus Dominus non semel induxit scripturas Prophetarũ tamquam verbum Dei, à quo penitus recedendum non erat, nec latum vnguem declinandum; vt cũ tentatori dixit apud Matthæum: m Scriptum est nõ tentabis Dominum Deum tuum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: & rursum ad alios: n Scriptũ est domus mea domus orationis est: vos autẽ fecistis eam speluncam latronum. Et rursum de se ipso, o Filius hominis vadit sicut scriptum est de illo. Vtique spontaneus vadit ad mortem, quia scriptum est in capite libri, Ecce venio. (Ostenditur eadẽ pars affirmatiua authoritate Christi.) (m Matth. 4. n Idem. 21. 23. o Idem 26. 24. Psal. 39. v. 9.)

13 Item multa fecit & pertulit, vt voluntas Dei in scriptura manifestata impleretur. Iuxta illud Christi ad Petrum nitentem eum à comprehensoribus liberare: p Calicem quem dedit mihi Pater non vis vt bibam illum? Quomodò ergo implebũtur Scripturæ. Et alibi idem Dominus ad discipulos in Emaunta pergentes: q O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ, non ne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Oportuit vtique propter præscriptum Patris: de quo apud Esaiam, r Dominus voluit conterere eum in infirmitate & propter multa alia, quæ Christus ipse eisdẽ aperuit discipulis: s si quidem incipiens à Moyse & Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et sæpe Euangelistæ referunt, Christum Dñm aliqua notatu digna fecisse, & pertulisse, vt adimplerentur scripturæ. Quare cũ Christus Dominus non voluntatem suam humanam, sed eius qui misit eum perpetuo peregisset, consequens est omnia facta, & gesta illius consona semper fuisse voluntati Patris: & proinde quod scripturæ huiusmodi acta exigentes, erant paterna monita, atque diuina oracula: & ex consequenti sacra Scriptura. (Idem eadem authoritate ostenditur.) (p Matth. 26. 24. q Lucæ 24. v. 26. r Esai. 53. 10. s Lucæ 24. v. 27.)

14 Quod si pudore abiecto aliquis aduersariorum posuerit os suum in cœlum & testimonia ista iudicauerit commentitia, atque indigna irrefragabilis fidei; consequens est, vt eadem fronte possit negare natiuitatem, mortem & aduentum Christi: & proinde ab inferis reuocare Apiones, Cælsos, Porphyrios, Plinios, Thrugos, Lucretios, Iulianos, Lucianos, & similes iniurios & blasphemos prorsus in Deum ipsum: interim tamen admissa euangelica historia (vt admittere debent, qui Christiano nomine gaudent) inficias ire non valent, vel hæretici ipsi, quin Deus scripto aliqua hominibus intimauerit, per literasque ad eos, vt solet homo ad hominem, loquutus fuerit: quod est thesis nostræ scopus. (Prædictorum irrefragabilitas.)

15 Deniq; Deo vindice & vltore grauissimè torsi sunt diuinorum librorũ contemptores. Signum ergo est, quod Deus causam suam iudicans probauerit diuinos libros se authore esse editos. Sanè quia Nabuchodonosoris satellites, & administri libros legis cõbusserant, ipse Nabuchodonosor quasi fera, & immanis bellua septem annis Regno, hominũ consortio, menteq; priuatus incessit: t & eius furores imitatus Antiochus Epiphanes diutissimas etiam pœnas dedit. Etenim fœde ex Perside fuga lapsus est, & infandis doloribus consumptus, Deo sacrilegis vices rependente. (Grauiter torsi diuinarum literariũ contemptores.) (t Daniel. 4.)

16 Diocletianus item, & Maximianus horrendis mortibus perierunt, quod (præter alia scelera) flammis sacra templa, voluminaq; consumpsissent: iuxta quæ Eusebius, v & alij asserunt. Theopompus quidam similiter (vt authores sunt ipse Eusebius, x atque Aristeas, y) volens aliqua ex lege Moysis secreta in historiam suam audacius transferre, ac in vulgus proijcere, triginta diebus mentis perturbatione corripitur: quare illum efficaciter postea (Diocletianus punitus propter odiũ cõtra literas sacras) (v Lib. 4. historiæ x Idem de præparatione Euã. li. 8 y De Septuaginta duo interpretibus. Ebr. Ard. supr. 1. Auth.)

postea suæ temeritatis pœnituit. Theodectus quoque tragœdiarũ scriptor literis proditur se literis captum fuisse, dum quædam ex huiusmodi libris in suũ prophanum poema vellet transcribere.

Hieronymus aliquando cæsus propter fastidiũ inelegãtiæ Scripturarũ sacrarũ.

17 Imò Hieronymus ipse maximus in exponendis sacris Scripturis Doctor, grauissimas pœnas luit, vel eo tantùm nomine, quod illi horreret post Ciceronis lectionem luculentissimam sacrorum librorum incultus sermo: vt narrat de seipso ipse. Signum ergo est, Deum huiusmodi scripta tamquã propria tueri: & proinde quod aliquando medio scripturarum ministerio verba ad homines fecerit, diuinaque scripta eructauerit. Vide pro gentilibus infra z

z Dub. 5. cap. 3.

CAPVT QVARTVM.

Respondetur argumento primi capitis: & ostenditur, quidnam sit illud Pauli, litera occidit; spiritus autem viuificat?

Quid sit apud Paulum litera occidens? ẽn Scriptura sacra sit litera viuificãs & lætificans.

18 IAm argumenta contraria diluenda sunt: & in primis primum illud desumptum ex testimonio Pauli dicentis: *Litera occidit; spiritus autem viuificat.* Quod procul dubio omnino extra rem est, eo quod ibi Paulus nomine literæ occidentis nullatenus subintellexit scripturam sacram: quoniam hæc potius habet rationem literæ viuificantis, quàm occidentis: siquidem (vt ipse Paulus monuit a) *Per scripturam, patientiam, & consolationẽ spemque habemus.* Constat autem, quod spes non mortificat, sed viuificat potius habentem, animumque demissum erigit & subleuat. Et Christus ipse ad Iudæos: b *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere.* Quare discipulos in Emaunta pergentes penè animo iam consternatos, ob conceptum dolorem de morte Christi Domini, Christus Dominus obuiã eis factus, subleuauit, robustosque reddidit & igneos sola scripturarum sacrarum narratione, atque expositione: iuxta id quod ipsi ad inuicem dixerunt, c *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret scripturas?* & apud Machabæos scriptum legimus: d *Ionathas summus Sacerdos, & seniores, & reliquus populus Iudæorum Spartanis fratribus salutem: nos enim cùm nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.* Quasi dixisset, sacrorum librorum lectio assidua & meditatio, non solũ non deprimit nos, aut mole sua grauat, sed potius ita omnino leuat, vt illa sola (omnibus alijs rebus posthabitis) contenti simus. Non ergo per literam, occidentem sacram Scripturam intellexit Apostolus.

a Rom. 10.
b Ioan. 5. 39.
c Lucæ 24. 27.
d Machab. 15. n. 5.

Literæ vt sic nõ oneri sed leuamini sunt, & oblectamento.

Literarum encomia.

17 Sed neque intelligere potuit literas absolutè sumptas: quoniam literæ & scripturæ potiùs in subsidium hominum, & in oblectamentum illorũ, quàm in pondus & onus institutæ sunt. Habent enim rationem exigui supplementi linguæ, cuius interuentu remoti amici, & familiariter coniunguntur, atque conuersantur, & mortui cum viuis perpetuos sermones conserũt. Inde illud Plutarchi, e *Literas in quibus fœlicitas posita est, & quæ prudentiæ sunt authores, non solum vni familiæ, vel ciuitati, vel genti frugiferas; sed vniuerso mortalium generi reperias:* & Cicero f *Si ex literis delectatio tantum peteretur, tamen hanc animi aduersionem humanissimam & liberalissimam iudicaremus: nam cæteræ res neque temporum sunt, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant: aduersis perfugium, ac solatium præbent delectant domi, non impediunt foris: pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur, quod si ipsi, neque attingere, neque sensu nostro degustare possimus; tamen ea mirari debemus, etiam cum in alijs videamus.* Hæc Cicero. Sanè in huiusmodi re homines esse debent elephantorum more, qui cum natare non possint, impensè tamen amnibus delectantur: quod obseruauit Plinius: g ita qui literas nesciunt, inter eruditos tamen & literatos versari debent alacriter & illos vehementer mirari, atque venera-

e Cõment. de musica.
f Pro Archia Poeta.
g Lib. 8. cap. 1.

ri: sunt ergo literæ laboris, atque laborum leuamen, laborantiumq; oblectamentum; & proinde non labor, nec dolor nedum mors & neces.

b Rom. 7. num. 6

20 Non igitur Paulus *b* per literā occidentē subintelligere voluit Scripturam sacram, vel etiam Scripturam, vt sic; sed Scripturā aliquā in particulari: non quidem quia Scriptura, sed quia talis. Subintellexit enim legem veterē, quam alibi vetustatem literæ, & legem mortis vocauit: vt ad Rom. inquiens, *Nunc soluti sumus à lege mortis*, (id est à seruitute legis Moysi: vt habent interpretes *i*) *in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate literæ*; id est, (iuxta eosdē interpretes) nō secundū veterē legē. Appellatur autē lex vetus litera, primô absoluté & secundū se: vtique quia reipsa lex vetus literis constabat ac notis. Erat enim lex scripta, vel in tabulis lapideis stylo ferreo, vel in chartis & mēbranis atramento exarata, vt exarari necessario debent vniuersæ leges positiuæ, quæ ad arbitrium Principis feruntur. Nisi enim scribantur, vim legis non obtinent, sed ad summum habebunt vim præcepti, & mandati pro definito aliquo tempore obligantis. Secūdò relatiue & comparatiuè ad leges naturæ & gratiæ: de quibus supra dixi, *K* quod per se loquendo, ac iuxta naturam suam scribi, ac literis prodi non exigunt; vtpotê quæ non tâm oculis carnis, quâm mentis intimantur atque proponuntur, & quæ propriam sedē in corde, & in intellectus lumine, non autē in mēbranis habent, licêt per accidens & ad maiorem abundantiam, & ob aliquorum indigentiā scripto etiā sint traditæ, & sensibilibus caracteribus exaratæ.

i Theod. Ambr. D. Tho. sup. num. 7.

k Supr. tract. de Concilia dub. 15. 13.

Litera occidēs est iā testamentum vetus.

21

Lex vetus congrue appellatur litera, & cur?

22 Quare autem lex ista vetus dicatur à Paulo *Litera occidens*, non vna mēs est. Sanê relati Patres, videlicêt, Theodoretus, Ambrosius, *D.* Thom. *l* & alij asserunt, *m* legem veterem dici legem, vel literam occidentem: quia transgressoribus suis mortem irreparabiliter interminabatur: iuxta illud Pauli: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur*. Sed certê cûm lex noua etiam transgressoribus suis interminetur, nō solùm mortem, sed æternam mortem: si quidem scriptum est. *n Qui non crediderit condemnabitur*, & iterum, *o Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis*: consequens est, vt etiam lex noua possit dici litera occidens: quod tamē negat Paulus, dum apponit inter vtramq; legem discrimen, literæ occidentis & spiritus viuificantis.

l Ibid. 2. Cor. 3.
m Aug. com. 3. lib. de spiritu & litera.

n Marc. vlt.
o Matth. 5.

Cur lex vetus litera occidens, secundū aliquos dicatur.

23 Fateor obiectionem istam non multum efficacem esse contra sanctos Patres: quoniam ipsi passim distinguunt in lege noua, id quod est primum & potissimum in ea, videlicet, gratiām iustificantem, & adiuuātem: & quod est secundarium & minus principale, videlicet, dogmata, documenta & præcepta: & hac præmissa distinctione, dicunt, quod lex noua supponit pro gratia iustificante & adiuuante, potius quâm pro documentis & præceptis: & ideò licêt documenta & præcepta aliquando interminentur transgressoribus mortem, & verê sit litera occidens, nō ideô lex noua potest dici occidēs, eô quod gratia iustificans & adiuuans nulli infert & minatur mortem, sed potius omnibus præstat vitam: & licêt documenta & præcepta, quæ sunt secūdaria pars Euangelicæ legis interminentur mortem, adhuc non merentur dici litera occidens, eo quod habent adiunctum spiritum viuificantem.

Præsidiū præcedētis sententiæ.

24 Verba D. Tho. erga rem istam sic habent: *p Ad legem nouam duo pertinent, vnum principaliter scilicet gratia Spiritus Sancti, interius data; & quantum ad hoc lex noua iustificat: aliud secundariò, scilicet documenta fidei & præcepta & quantum ad hoc lex noua non iustificat: vnde Apostolus: Dicit litera occidit, spiritus autem viuificat. Vnde etiam litera Euangelij occideret. nisi adesset interius gratia fidei sanans*. Hæc D. Thom. qui sententiam suam sententia Augustini corroborat. Is enim ita inquit. *q Doctrina quippe illa qua mandatum accipimus continenter, rectéq; viuendi, litera est occidens, nisi adsit viuificans spiritus*: & rursum: *r Legis litera, quæ docet nō esse peccandum, si spiritus viuificans desit, occidit: sciri enim facit peccatum, potiusq; caueri*: Et iterum, *s* asserit expresse præcepta decalogi esse, dicique ab Apostolo litera occidentem. Quocirca Gabriel Vazquez, *t* explicans eundem istum locum

p 1. 2. q. 106. articu. 2.

Interpretum verba.

q Vbi sup. cap. 3. 4. &c.
r Idem ibi cap. 5.
s Idem ibid. c. 14
t 1. 2. disp. 189. num. 15.

locum Pauli, dicit idem esse ac si dixisset: *Litera cuiusq; legis si ex se sola consideretur sine spiritus interius adiuuante ad obseruationem virtute, potius est causa mortis, nempe peccati: spiritus autem fidei & gratiæ, qui in terris subministratur, præstat vitam in obseruatione ipsius legis.*

Arg. contra explanationē prædictā num. 22. 25 Nihilominus, si rectè ista perpendantur, nihil discriminis relinquitur, aut relinqui videtur inter nouum & vetus testamentum: quod tamen videtur esse contra mentem *Pauli*, vel ab ipsis sanctis Patribus in hoc loco explicatam. Dicunt enim, quod in his verbis intendit Paulus exponere differentiam inter legem & Euangelium. Constat autem, quod in vtroq; statu omnia documenta & præcepta, mortem transgressoribus interminantia, sunt litera occidens; quia quatenus talia documenta & præcepta requirebant opus arduum; virtutem autem & spiritum ad operis exequutionem nō imprimebant. Constat etiam, quod in vtroq; fœdere conferebatur gratia, tā iustificans, quàm adiuuans ad præceptorum impletionem. Licèt enim multū discriminis sit inter sacramenta veteris & nouæ legis, quātum ad gratiæ causationem; adhuc tamen certum est, quod ad præsentiam sacramentorum antiquæ legis conferebatur gratia iustificans, & adiuuans: modò sacramenta illa concurrerent tamquam causæ per accidens ad talem gratiam (vt voluit magister Soto, v) modò tamquam protestationes fidei passionis Christi, vt voluit D. Th. x de quibus videri potest Gabriel Vazquez. y Si ergo documenta & præcepta legis nouæ dici non possunt litera occidens, quoniam adiunctam habent Spiritus sancti virtutem, consequens est, quod neq; præcepta, & leges veteris testamenti dici non possint litera occidens, cùm etiam haberent adiunctam Spiritus sancti gratiam: & similiter quod tàm lex antiqua, quā noua sit spiritus viuificans, quia potissimum vtriusq; legis est gratia iustificans; secundarium verò dogmata & præcepta, secundùm quæ nullus accipit virtutem ad operandum iuxta exigentiam illorum.

v In 4 d. 1. quæs. 2. a. 4 ad 5.
x 3. p. q. 61. art. 6.
y 1. 2. d. 184.

Occurritur obiectam numeri præcedentis. 26 His occurrere possemus dicendo esse latissimam differentiam inter vtrumque testamentum penes maiorem & minorem gratiæ perfectionem & plenitudinem, sicut verè distinguntur hæc duo testamenta penes maiorem & minorē notitiā Christi & Dei: de quo videri potest D. Tho. z & cum eius doctrina quiescendum, vt sic sanctorum PP. sententiam obtineat, ignorantiaq; nostra nullum sententiæ illorum negotium facessat.

z Vbi sup.

Aliorum interpretatio cur lex vetus dicatur litera occidens. 27 Alij dicunt legem veterem vocari literam occidentem, quia lex illa grauis adeò & molesta erat, propter quod Petrus, a exurgens contra quosdam, qui mordicus asseuerabant etiam cum lege noua veterem seruandam iri, dixit: *Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres nostri, neque nos portare potiumus?* Nec mirum nam 613. numerantur apud Genebrardum b præcepta legis antiquæ, vtique ccxl. viij. affirmatiua, ccc. lx. verò negatiua. Quare August. c vocauit legem illam: *Intollerabilem sarcinam præceptorum*: & cum Christus dixit: *Iugum meum suauè est, & onus meum, leue*: notauit Hilarius, d quod fecit allusionem ad legem veterem, tamquā ad legem insuauem & incomportabile onus. Et hæc potest esse ratio cur in numero singulari dicatur lex vetus, *litera occidens*, non verò in plurali; *literæ occidentes*: quia omnia ad literæ rigorem obseruanda erant, & (vt minus Latinè dici solet) ad pedem literæ.

a Actum. 15. 10.
b In chronologia Hebræorū fol. 8
c Serm. 9. de verbis Domini.
d Cano 11. in Matth.

Obijcicitur cōtra explanationē numeri præcedētis. 28 Sed adhuc ratio ista eandē quam præcedens calumniam patitur: nā etiā præcepta legis gratiæ sunt, non solùm grauia & dura secundùm se considerata, sed etiam ex parte grauiora, quàm præcepta legis antiquæ (vt argumentatur Hieronymus. e) Et probari potest exemplo de dilectione inimicorū, & de confessione sacramentali auriculari, vt interim aliqua prætereamus: cùm tamen Christus ipsi palàm dixerit, f *Iugum meū suaue est, & onus leue*. Vtpotè propter subsidiū & adiutoriū gratiæ iustificantis & adiuuantis illatum diuinitus, ad ferendum onus Euangelicum, iuxta illud Ioānis, g *Hæc est charitas Dei, vt mādata eius custodiamus: & mandata grauia non sunt, quoniam, omne quod natū est ex Deo, vincit mundū*: id est, eo iugum Christi, grauissimum aliàs, suaue redditur & fit

e Sup. Matt. 11.
f Matth. 11.
g Sup. Ioā. 15. 25

bbb quoniam

quoniam Dei charitas diffusa in cordibus nostris, robustos & alacres nos reddit ad ferendum illud. Constat etiã, quod tempore legis antiquæ dabatur etiã gratia iustificans & adiuuans ad tantorum præceptorum obseruationẽ. nam etiã tunc, *h Multi erant iusti apud Deum incedentes in omnibus mãdatis eius, sine querela.* Vt de parentibus Baptistæ legitur, & de Moyse, Iosue, Abrahã, & similibus constat: & colligitur ex illo Psalm. *i In Deo faciemus virtutem*: id est, Deo opitulante, & opem ferente virtutum opera exequemur: & ex illo etiam Psal. *k In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis: non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me: saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti: in Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in secula.* Id est, non viribus aut virtutibus nostris, sed diuinis potius egregia quæque peregimus: quapropter non nobis, sed nomini Domini danda gloria est. Consequens ergo fit, vt si propter spiritualia subsidia Euãgelicum iugum, aliàs graue, factum est suaue & leue, quod etiam propter eadẽ adminicula legis scriptæ onus leue redderetur, & fieret: & proinde immune ab inscriptione & nota literæ occidentis.

h *Lucæ 1. v. 6.*
i *Psalm 59. 14.*
K *Psalm. 43. n. 6*

29 Hanc igitur calumniã patitur ratio ista: sed eodem quo præcedens poterit subterfugio muniri: dicẽdo vtique, quod quia auxilia gratiæ vberiora sunt in nouo, quã in veteri testamento, ideò onus Euangelicum eximitur à nota oneris grauis: non verò onus Mosaicũ; sicut quælibet ponderosissima sarcina eximitur à nota ponderis, quando vegetioribus humeris baiulatur.

Occurritur præcedenti obiectioni.

30 Tertia ratio sit, legem veterẽ propterea dici à Paulo literã occidens, quia ex tunc lex vetus non solum mortua, sed mortifera erat, dicente eodem Paulo, *l Si circũcidimini, Christus nihil vobis proderit*: & iterum, *m Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini; à gratia excidistis*: & rursum ad idem, *n Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et idem est de alijs præceptis cæremonialibus. Quare seruare legalia, iudaicum omnino est & mortale, vt absoluit D. Thom. & reliqui etiã Patres. Sensus ergo nostri testimonij est. Testamẽtũ nouũ dicitur nouum, & est; quia non continet vetustatem literæ, iã antiquatã & mortiferã: sed potius nouitatem spiritus, quo anima viuificatur & renouatur.

l *Ad Gala. 5. n. 2*
m *Ibi num. 4.*
n *Ibi num. 9.*

Alia ratio cur testamẽtũ vetus appelletur litera occidens.

31 Est & alius (vt ego existimo) maximè germanus huius loci sensus, videlicèt, literæ cortex & superficies occidit; spiritus autem eius, hoc est, spiritualis sensus in illa reconditus, viuificat & vitam confert. Pro quo duo maximè notanda sunt. Primum est id quod Origenes o obseruauit, videlicèt corticem & superficiem per se sumptam literarum sacrarum mortem potiùs in hominibus quàm vitam operari: vt patet ex illo verbo. *p Hic ædificabit ciuitatem meam & captiuitatem populi mei conuertet.* Quòd materialiter & grãmaticaliter sumptum (vt sumitur à Iudæis) nimirum de instructione ciuitatis, & de reductione captiuorũ, prout communiter ciuitas & reductio sumitur apud grammaticos, mortem quidem infert; siquidem infert caliginem & errorem in intellectu: sumptum verò iuxta sensum Spiritus sancti, vtique de Christo seruatore, authore nouæ Hierusalem, & hominum à seruitute peccati redemptore, vitam præbet. Propter quod Scriptura sacra appellatur mensa, iuxta illud Prouerbij *q Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum & apposuit mensam:* & apud Dauid scriptum est: *r Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum in retributionem & in scandalum: obscurentur oculi eorum ne videant.* Vtiq; quia Scriptura sacra superficie tenus accepta & præcisè prout exterius sonat, gignit exitiales errores, & proinde mortiferos, qui mortẽ ministrant interpretibus, auditoribus autẽ scandalũ: vt vel experimẽto cõprobamus in quibuscunque hæreticis superficie tenus explicãtibus verba sacra, sensum verò illorũ nõ penetrãtib9.

Sententia authoris cur testamẽtum vetus dicatur litera occidens.

o *Lib. 6. contra Celsum ante fin.*
p *Esai 43. 13.*
q *Prouer. 9. 1.*
r *Psal. 68. 23.*

32 Audiamus Originis verba. *Litera occidit spiritus viuificat; vbi literam nominauit, quum iuxta sensum diuinas literas accipimus: spiritum verò, cum iuxta intellectum. Ita quod ad Deum spiritum attinet, quoniam Samaritani, Iudæiq; corporaliter & iuxta figuras mandata legis obseruabant: dixit seruator ad Samaritanam; Venit hora, quando nec Hierosol. nec in hoc monte adorabunt patrem meum, Deus Spiritus est, & qui adorant*

Origenis verba ad sententiam istam.

rant eum, in spiritu & veritate debent adorare. Quibus verbis docuit Deum non carnalibus sacrificijs colendum, neque in figuris, sed in spiritu & veritate.

Quomodo litera occidit?

33 Itaque præterquam quòd litera posset dici occidens, quia cortex illius seorsim degustatus & sumptus insuauis est; ad eum modū quo contra ollam insuauem clamauerunt filij prophetarum, *s Mors in olla vir Dei.* Maximè lethalis est dûm sensibiliter tantum, non verò intelligibiliter sumitur & penetratur; quia tunc accipitur corpus velut cadauer sine mente & spiritu. s 4. Reg. 4. 40

Explicatur à capite locus Pauli.

34 Secundum notatu dignum, ipse contextus testimonij est, quod hic explicandum desumpsimus. Etenim integra Pauli verba ita habent. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est; qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Cuius sensus est: licèt viriū nostrarū obtentu, nec mēte aliquid concipere possimus, euangelicæ prædicationi dignū, dono tamen Dei & beneplacito illius sufficientiā & idoneitatē nacti sumus ad euangelicā functionē: & hoc non tàm quoad literæ corticem, qui durus & molestus est, sed quoad medulā literæ & eius mentē & spiritū, qui viuificus & viuificatiuus existit.

Fauet litera Græca expositioni prædictæ

35 Et fauet interpretationem istam lectio Græca, quæ non in ablatiuo, sed in genitiuo legit, *literam & spiritum*: ita enim habet: *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti non literæ, sed spiritûs.* Secundum quam lectionem hæc vltima verba ad *ministros* referuntur, ita vt sensus sit, Apostolos fuisse idoneos ministros Euangelij, ad aperiendam quidem, non tàm literam exterius sonantem, quàm literæ mentem in litera reconditam & inclusam: vt sic verum assequerentur authoris literæ sensum, & illum nobis liquido propalarent & ita duritiē literæ, materialiter sumptæ suauitate spiritus delinirent & auditores suos mirificè possent recreare. Vt igitur apud homines non rarò videtur, qui externa corporis specie rudes adeò deformesq; inueniantur, vt acuminis & ingenij nullam spem considerantibus repromittant, cùm reipsa maximo ingenio polleant: vt vel de Cicerone, Virgilio, Æsopo, & similibus, literis proditum est: sic sacrarum literarū quàm plurima extant testimonia, quæ nullum singulare mysteriū inumbrare videntur, cū tamen reipsa contineant potiora nostræ fidei arcana. Vnde meritò de illis dici potest, quod *Litera occidit*, vtpotè quod inspecta dūtaxat literæ superficie, atq; specie, facili negotio decipimur, sicut inspecta deformitate horribili hominūprædictorum, illicò animo despōdemus, & omnino fallimur, iudicium ferentes, quod stolidi ac rudes nimium homines illi sunt, cùm tamen reipsa sint aquilæ mente percallentes omnia.

Resp. 1. arg. n. 2.

36 Sed siue iste, siue alius sit prædictorum verborum sensus, perspicuum est, quod illis nihil detrahitur sacris literis, cum non sit sermo de scripturæ ratione, sed de rebus scripto traditis, quatenus obligationem inducunt, vires autem ad exequutionē non præbēt. Hoc autē cōmune est omnibus omnino præceptis siue scripto, siue verbo traditis; imò etiā interno lumine cōceptis, vt patet à præceptis decalogi, iuxta dicta ab August. in expositione prioris rationis.

37 Tertulliani expositio cur dicatur quod litera occidit? Vbi arg. numeri primi accuitur.

CAPVT QVINTVM.

Amplius explicatur quomodò litera occidit.

VRgere tamē potest aliquis literam adhuc in ratione literæ esse re vera occidentē, quoniam Tertul. ita scripsit. *a Nec periclitor dicere ipsas quoq; scripturas sic esse ex Dei voce dispositas, vt hæreticis materiam subministrarent, cùm legam; oportet hæreses esse, quæ sine scripturis esse non possent.* Si igitur scripturę, quatenus scripturæ sunt, & iuxta dispositionem illarum, sunt (saltem causa per accidens) hoc est causa sine qua hæreses non essent, consequens est, vt scriptura ipsa, in ratione scripturæ occidens sit, & occisionis causa: & proinde indigna, vt contineat verbum Dei.

Hæretici abutūtur scripturis.

38 Adde cū Serario, *b* quod omnes hæretici, ad veritatis oppugnationem, solent scripturas densè admodum coaceruare, illisq; abuti: prout experiētia monstrat, & olim Patres testati sunt; vtiq; Irinæus, *c* Origenes, *d* Athanasius, *e* Chrysostomus, *f* Hilarius, *g* Augustinus, *h* Epiphanius, *i* Hieron. *k* & alij.

39 Imò non solum abutuntur hæretici scripturis sacris & frequentes admodum

a *Lib. de præscriptionib. cap. 39. ad finem.*
b *In prolog. bibl. cap.*
c *Lib. 5. contra hæreses.*
d *Tractat. 35. in Matth.*
e *Cōtra Arr. oratione 1. 2. & 5*
f *Tom. 5. homil. contra hæret.*
g *2. de Trinit. & 20. ad Consti.*
h *Tractat. 18. in Ioan. & in Psal. 62.*
i *Epist. 60. inter Epistolas.*
k *Ad Ioan. Hierosol. Hier. in c. 1. ad Gal.*

modum sunt in abusu illarum: verùm omne suum patrocinium ab illis tantùm extorquent: dicente ipso Arrio hæreticorum facilè Principe apud August. l *Si quid de diuinis Scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est, vt audiamus hæ verò voces, quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiũtur.* Arrio consonant sui semiarriani, dicentes apud sanctum Epiphanium, m *Reijcimus vocem omousion, veluti alienam à diuina Scriptura.*

l *L. 1. cōtra Maxim.*
m *Hæresi 63.*

Hæretici omnia reijciunt præter Scripturas.

40 His de causis refert Osius Card. n quod Lutherus non fuit veritus scribere, quod omnes hæretici præsidio scripturæ nituntur, quòdq; ex illis hæreses omnes originem habent. Imò non erubuit frequenter dictitare Scripturam sacrã esse librũ hæreticorũ. Luthero cõsonat Caluinus, inquiens: *Vulgari prouerbio circunfertur scripturã esse nasum cereũ: quia conuertitur in omnes formas*: id est, quia ad libitum flectitur modò in istã sententiam modò in aliã. Litera ergo vt litera, & scriptura quatenus scriptura, occidens est; vtpotè tantorũ errorum occasio: & proinde consultius fuisset talẽ scripturã non esse, vt sic cõsuleretur melius vel malitiæ, vel stultitiæ hominũ deprauantiũ Scripturas sacras & seipsos, & alios tali mucrone iugulantiũ. Vnde cũ facto Deus conducibilia præstiterit, videtur consequens; quod seipsum à tali scripturæ conditione abstinuerit; & proinde quod numquam Scripturam sacram ediderit.

n *Lib. 3. de authoritate scripturæ contra Brentium pagin. 271.*

Scriptura dicitur ab hæreticis hęreticorũ liber, & nasus cereus.

41 Verũ vt Athanasius o in simili casu contra Iudæos & hæreticos prauè scripturas interpretantes dixit: *Nõ scripturæ sunt illis causa, sed propria ipsorũ malitia, siue animi peruersitas*: & August. p *Diuinorũ librorũ authoritatibus nullo modo quisquam tribuit tàm multos & varios errores hæreticorum: cùm omnes ex diuinis scripturis falsas eorum opiniones conentur defendere*: & iterum, q dicit hæreticos intelligendos iri per illa verba Psalm. *Vasa mortis*: quia ex eodem arcu, id est, ex scripturis, venena transmittunt & transfundũt in animas. Et rursum super illud, r *Pluit super peccatores laqueos*: ait Scripturam sacram esse imbrem cœlitus demissam, quo fidelium pectora fœcundantur: esse verò laqueos, quibus peccatorum pedes irretiuntur. Et ponit exemplũ in illo Christi elogio. s *Non quod intrat per os coinquinat hominẽ, sed quod exit ab ore.* Circa quod inquit August. *Audit hoc peccator & gulam parat voracitati: audit hoc iustus, & à ciborum decernendorũ superstitione munitur, & hinc eadem scripturæ nube pro suo cuique merito & peccatori pluuia laqueorum & iusto pluuia veritatis infusa est.* Nõ ergo Scripturæ, sed prauè legenti & intelligẽti illa culpa tribuẽda est cuiuscunq; erroris, in quo persistunt hæretici.

o *Lib. de Synodis Ariminen. & Seleuciæ.*
p *1. de Trin. c. 5.*
q *Idem sup. Ps. 7*
r *Idẽ sup. Ps. 10.*
s *Matth. 15. 11.*

Eluditur argumẽtum numeri 37. & explicatur qualiter citra imperfectionis notã Scriptura sit occasio errandi tenebrionibus.

42 Addo, quod si eò quod scriptura occasio errandi est prauè legentibus & intelligentibus eã, de medio esset tollenda, aut nũquã constituẽda in rerũ natura: perinde Deus lucẽ istam solis de medio amouere deberet; imò & misericordiam suã à seipso reijcere, & hominibus penitus denegare: quoniam tàm luce creata, quàm misericordia infinita passim abutuntur homines. Constat autem hoc nefarium esse; & proinde antecedens.

Abusus alicuius rei nõ arguit prauitatem in ea.

Imò si sacra scriptura t dicẽda veniret liber hæreticorũ, quia hæretici abutuntur illa, similiter dicenda veniret liber diaboli; tũ quia ipse diabolus cõtra Christum abusus est ea: tũ quia (vt inquit Tertullianus v) *Quæritur à quo intellectus interpretetur eorum, quæ ad hæreses faciunt, à diabolo scilicet, cuius sunt partes interuertendi veritatẽ.* Vt ergo blasphemum esset his nõ obstantibus dicere, quod sacra pagina est liber diaboli, ita etiam in sensu Lutheri erit manifesta blasphemia appellare Scripturam sacram librum hæreticorũ, sed potius Catholicorum sanctorum, & ipsius Dei.

t *Matth. 4. 6.*
v *De prescrip. c. 40. initio.*

Impudẽter appellatur scriptura liber hæreticorum

44 Licèt ergo sacra pagina sit diuinitus ita disposita, vt materiam hæreticis subministret: iuxta quæ Tertul. x notauit: quia tamẽ nõ ipsa per se ipsam, sed hæreticorũ malitia hæresum causa est: ideò per se ipsam non est scriptura occidens, sed per hæreticã prauitatem. Ad eum modũ quo radij solares, cõditi alias ad illustrandũ omnia, omnemque caliginẽ depellendã, obducere solent caliginẽ vel in ipsis oculis, qui aperta fronte volunt intẽdere in eos: verũ tamen non per se, & ex natura sua talem obducunt caliginẽ, sed interuentu imbecilitatis & ægritudinis oculorũ, quos ipsi perstringunt. Et ideò si Scripturæ

x *De prescr. c. 39. ad fin.*

Non est culpa literarum sacrarũ, sed animorũ deprauatorũ, quod hæresum causa fit.

sacræ, quatenus scripturæ sũt, possunt dici literæ occidẽtes, hoc per accidẽs illis conuenit, vtiq; ob legentium deprauatum iudicium & deprauatã mentem: nam ipsæ per se ipsas ad omnem veritatem docendam institutæ sunt.

CAPVT SEXTVM.

Resp. 2. & 3. argumento primi capitis.

45 Deus est potissimus hominum Doctor, ministeriales verò plures à Deo

AD secundum argumentum primi capitis resp. omnia illa testimonia probare, Deum esse primum & potissimum præceptorẽ omniũ, maximè hominũ: sicut & custos & conditor sine, cuius ope & magisterio nullus potest vel summis labijs summas veritates attingere. Verùm tamen magisterium hoc vniuersale & vnicum non vnico tantum, sed pluribus solet medijs exerceri: vtique per signa visionis intellectualis, & visionis imaginariæ, & etiam visionis corporeæ, quarũ prior immediatè pertinet ad intellectum: secunda ad sensus internos: tertia verò ad exteriores; & talis est, quæ vel per sensibiles oculos à scripturis, vel etiam per auditum aurium à verbo, vel voce accipitur. Vnde illud Iob inductum; & ita lectum est à D. Thom. a *Multiplex est lex eius Dei*. Vtpotè quia multis modis docet hominem scientiam. Et illud Pauli, b *Multifariã multisq; olim Deus loquẽs patribus in prophetis*. Vnus autẽ ex his modis scriptura est: nã etiã digito Dei lex scripta traditur Moysi. c

a *Iob cap. 11. D. Thom. sup. eius c. 11.*
b *Hebr. 1. ibid.*
c *Exod. 31. 18.*

Ex his patet ad tertium & vltimum argumentum, quatenus inducit loquutionem Dei ad homines per varia media & signa. Ad id autem quod obijcit de Christo non scripto, sed verbo docente & tradente Euangelium, resp. verum esse, quod Christus nihil scripto tradidit per se ipsum, benè tamen per ministros, vtique per Apostolos aliquos & Euangelistas, qui bono & vtili posterorum consulentes necessarium duxerunt Euangelium Christi scripto illis tradere, iuxta illud Ioannis, d *Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia IESVS est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine ipsius*. Et tantùm abest quod Christus literas & scripturam aufugerit, quod potiùs vnum ex sacris cognominibus suis, quod ipse per se ipsum, atq; sibi ipsi delegit, fuit literarum cognomen, dum dixit in Apocalypsi ad Ioannem, e *Ego sum alpha & omega*: Vtique principium & finis alphabeti Græci. Literæ ergo in maximo honore habendæ sunt, & dignæ prorsus, vt verbum Dei exaretur illis, siquidem vel æternum ipsum æterni Patris Verbum literæ & literarum nomen adaptauit sibi.

46 Christus non per se, sed per alios scripto Euangelium docuit.

d *Ioan. 20. 31.*
e *Apocal. 1. 8.*

47 Magnũ literarũ encomiũ

DVBIVM TERTIVM.

An Scriptura sacra aliquando interierit?

SVMMARIVM.

1 *Authores Catholici pro parte affirmatiua, & primum argumentum eorũ ob authoritate Patrũ.*
2 *Arg. 2. à parte affirmatiua ex libris Machabæorum.*
3 *Arg. 3. ad idem testim onio Esdræ.*
4 *Patrocinium pro lib. 4. Esdræ.*
5 *Authores Catholici pro parte negatiua.*
6 *Arg. 1. à parte negatiua, infirmando præsidium secundum partis affirmatiuæ num. 2.*
7 *Idem confirmatur 1.*
8 *Idem confirmatur 2.*
9 *Idem confirmatur 3.*
10 *Antiochus veteris testamenti Antichristus.*
11 *Arg. 2. à parte negatiua ex eo, quòd non omnes sacri codices interire potuerint.*
12 *Tertiò arg. pro parte negatiua.*
13 *Confirmatur 1. tertium argumẽtũ.*
14 *Confirmatur 2. tertium argumẽtũ.*
15 *Cõfirmatur 3. eadẽ pars negatiua.*
16 *Antiochi tempore non omnia volumina sacra periere.*

Postquam præcedenti dubio abundè constitutum est, Deum scripturam aliquam condidisse; sequitur, vt in præsentiarum discutiamus, an scriptura illa aliquando ob fortunatum aliquem, & calamitosum euentum interierit?

CAPVT PRIMVM.

Authores & argumenta partis affirmatiuæ.

Authores Catholici pro parte affirmatiua & primum argumentum eorũ ab authoritate Patrũ.

1 In Hoc autem dubio sunt duæ extremæ sententiæ; prima est Antonij Sabellici, *a* Alphonsi Salmeron, *b* Sixti Senensis, *c* Feuardentij *d* & aliorum affirmatiuam partem quæstionis defendentium, & omnino asserentium aliquando scripturam sacram penitus interijsse.

Præsidia factionis huius illa in primis sunt, quę Irinęus, *e* & Tertullianus *f* demonstrant dùm primus expressè asserit; quòd in captiuitate populi, quæ facta est à Nabuchodonosore, Scripturæ sacræ penitus interierunt. Secũdus etiam dicit, quod Babilonica expugnatione omne instrumentum Iudaicæ literaturæ interijt; id est, omnis Scriptura sacra, quæ dicitur à Dauid scriptura populorum. Et fauent his Basilius, *g* Clemens Alexan. *h* Hieron. *i* & omnes alij Doctores, *k* quatenus asserentes, quod Esdras integram restaurauit scripturam, vel expressè dicunt, vel tacitè saltem supponunt, quod aliquando interierit: aliàs instaurationi illius non fuisset locus: quod non vsquam interijt, vsquam reparari non valet.

a *Æneida* 3. *lib.* 3
b *Fo.* 1. *pol* g. 9 *&* 51. *can.* 4. *fol.* 116.
c *Lib.* 1. *Bib* 5. *fol.* 8. *& li.* 2. *fol.* 62.
d *Anotat.* 7. *sup. cap.* 25. *lib.* 3. *Irinei.*
e 3. *contra hæres. cap.* 25.
f 1. *de habitu mu. cap.* 3.

Arg. 2. à parte affirmatiua ex lib. Machab.

2 Deinde muniunt factionem suam testimonio illo, quod habetur, *l* in quo affirmatur, quod tempore Regis Antiochi combusti sunt & concisi libri testamenti Domini: ita enim habet: *Libros legis Dei combuserunt igne, scindentes eos, & apud quemque inueniebantur libri testamenti Dñi, secundũ edictũ Regis trucidabãt eũ.* Aliquãdo ergo absumpta & igne cremata perijt omnis sacra pagina.

g *Epist. ad Chilionem.*
h *Lib.* 1. *Stromat.*
i *Lib.* 1. *aduersus Eluid.*

Arg. 3. ad idem testimonio Esdræ.

3 Tertiò fulciunt positionem suam testimonio desumpto ex quarto libro Esdræ; in quo refertur, quod Esdras sic est affatus ad Dominum: *m Positum est seculum in tenebris: & qui habitant in eo sine lumine: quoniam lex tua incensa est.* Id est igne conflagrationis absumpta; & omnino deperdita; aliàs seculum in tenebris non mãsisset, sed ad summum aliqua pars seculi; illa videlicet, vbi lex Domini ignibus deperdita est. Et licèt ille liber Esdras canonicus re ab se nõ sit, vtpote reiectus à Hieronymo, *n* tamquam obscuri & incerti authoris, & numquam ab Ecclesia receptus: & modò in correctioribus Biblijs Sixti V. extra canonicorum seriem positus: est tamen maximi ponderis & authoritatis; maximè apud maximum Ecclesiæ Mediolanen. Antistitem, videlicet, D. Ambrosium, *o* qui varijs in locis multa ex huiusmodi libro testimonia intrepide mutuatus est; & aliquando in eius commendationem ita loquutus, vt obseruando dixerit: *Quòd etiam Apostolus Paulus testimonia ex eodem libro deprompserit*

4 Patrocinij pro lib. 4 Esdræ.

K *Isid.* 6. *etimol. cap.* 1, *Theodoretus præfat. in Ps.*
l 1. *Machab.* 1. 59
m 4. *Esdræ.* 14. 21
n *Præfati in* 4. *li. Esd.*
o *Tit.* 1 *lib. de bono mortis cap.* 11. *& lib.* 2 *in Luc. & Epist.* 21. *ad Horõtium.*
p Contra Demetrium.

prompserit. D. etiam Cyprianus, p ab huiusmodi libro verba & sententias desũpsit: & quod maius est Ecclesia Catholica non pauca deprõpsit ab eo. Etenim inter alia deprompsit introitũ missæ feriæ tertiæ Penthecostes, quod habet. *Accipite iocũditatẽ gloriæ vestræ gratias agẽtes Deo, qui vos ad cœlestia regna vocauit*. Quæ verba habentur in prædicto libro, q & pro solẽnitatibus martyrum canit etiam Ecclesia, ex eodẽ libro mutuatũ, r *Modò coronantur & accipiunt palmam*, Verba igitur relata in fauorem huius sententiæ, licẽt non præbeant fidem inconcussam, faciunt tamen fidem magni ponderis, vtpotẽ inuenta apud scripturam magni apud magnos factam. Vnde Optatus Milleuitanus s intrepidẽ ausus est affirmare Antiochi temporibus nec apicem sacrorum librorum remansisse.

p Cõtra Demetrium.
q Cap. 2. 36. & 37.
r Cap. 2. num. 45
s Lib. 7.

CAPVT SECVNDVM.

Authores & argumenta partis negatiuæ.

5 *Authores Catholici pro parte negatiua.* ALia sententia per extremũ præcedenti opposita est, omninò negatiua: quã plerique ex recentioribus omni laude dignis sequũtur, videlicet, Genebrardus, a Bellar. b Pereira, c August. Torniellus, d & alij absolutẽ negantes iacturã sacrorũ librorũ etiã in excidio illo Hierosolymitano. Imo Card. Bellar. e ausus est cõtrariã sententiã improbabilitatis dãnare, & eam improbabilem dicere.

6 *Arg. 1. à parte negatiua in firmãdo præsidiũ secundũ partis affirmatiuæ nu. 2.* Potissimũ huius sententiæ fundamentũ est, quod nullũ in sacris literis testimonium habetur huiusmodi librorum iacturæ: nam si alibi cubi, maximẽ apud Machabæos, vbi huiusmodi libri referũtur cõbusti, iuxta quæ in secũdo præsidio contraria sententia induxit præcedenti capite, at testimonio isto tãtũ habetur, quod volumina, quæ potuerũt reperiri, flammis cõcessa & combusta sint; nõ vero quòd omnia, quæ extabãt, igni tradita fuerint. Non ergo ex sacris literis colligitur vniuersalis sacræ paginæ iactura.

7 Confirmatur 1. ex eo, quòd in prædicto testimonio habetur: videlicẽt, iussu Antiochi Regis omnes illos morte dãnatos fuisse, apud quos sacri inueniebãtur libri: signũ ergo est, quòd apud priuatas domꝰ priuatasq; personas aliqui retinebãtur libri: & proinde quod nõ omnes collecti fuerint, vt vnã cũ reliquis perirẽt.

8 *Idem cõfirmatur primò.* Confirmatur 2. ex eo, quod in eodẽ libro refertur de filijs Israel f videlicẽt, quod *venerunt in Maspha, qui erat locus orationis; & ieiunantes ac cinerẽ capitibus suis imponẽtes expanderunt libros legis*. Reliqui ergo erãt tẽporibus illis aliquot libri: & proinde nõ omnes cõflagratione, ac persequutione Antiochi absumpti.

9 *Idẽ cõfirmatur secũdò.* Confirmatur 3. ex eo, quod g *aliquibus post annis elapsis, scripsit Sacerdos Ionathas simul cum senioribus gentis suæ ad Spartanos, quòd sibi solatio erant sacri libri*. Habebant igitur tunc tẽporis filij Israel libros: sacros & proinde non omnes perierunt in exterminio illo Regis Antiochi.

Idẽ cõfirmatur tertiò. Quod si (argumẽtatur Pereira, h) tẽporibꝰ Machabæorũ iussu Regis Antiochi crudelissimo odio Iudæã persequẽtis, omniaq; sacra detestantis, non potuerũt omnes sacri Codices de medio deleri & extirpari: cõsequens est, vt nullo vnquã tẽpore de medio sublati fuerũt, ita vt vniuersa sacra paginã funditus sit deleta.

10 *Antiochus veteris testamenti Antichristus.* Adde cum Genebrardo a tantam fuisse impijssimi Regis in omnes res sacras sæuitiam & attrocitatem, vt proprerea meritò appellari meruit veteris testamenti Antichristus: & cum proprio suo nomine appellaretur Antiochus Epiphanes; ob insaniã tamen & furorẽ, quibus agebatur, dictus est à Græcis *Epimanes*, id est, furiosus. Si igitur iste omnem sacrorum Bibliorum supellectilem perdere non potuit, consequens est, quòd nullus eam vnquam perdiderit; & proinde quod neque hactenus tot a sacra pagina ẽ medio sublata fuerit.

11 *Arg. 2. à parte negatiua ex eo, quod non omnes sacri codices interire potuerint.* Secundum præsidium est præcedentis corroboratio; vtique illud, quod Genebrardus, b erexit, dũm obseruauit, Antiochum perdere non potuisse vniuersos codices sacros, etiã m si perderet omnes illos, qui in Iudæorum prouincijs retenti erant. Cùm enim sæuitia illius pertingere non potuerit ad omnes duodecim tribus, sed tantùm ab duas illas, quæ manserant sub ditione filiorum Dauid, consequens est, quod perdere non potuerit codices sacros apud alias tribus retentos. Ipse enim tantũ indixit bellum Hierosolymitanis, non autem reliquis, qui apud se retinebant legis Domini libros. Quare non extirpare nec delere potuit vniuersam sacrorum codicum literaturam, sed tantùm illam, quæ apud tribus Hierosolymitanas recondita seruabatur.

a Lib. 2. Chron. anno 3638. fol. 185.
b s. de v. d. cap. 1.
c Praefat. in gen. num. 7.
d In annalibus ad annum 3447. n. 4
e Vbi sup.
f 1. Machab. c. 3.
g 1. Mach. 12. 9
h Vbi sup.
a Lib. 2. Chron. ad mundi annum 3934. fol. 281.
b Lib. 2. Chron. ad annum 3638. fol. 185.

12 Tertium præsidium consistit in euersione fundamenti allati pro senten-tia contraria, videlicet sæculum mansisse in tenebris: quoniã lex Domini flãmis absumpta fuerat. Ad hoc (inquiunt) falso assertum esse, vel ex eo conuincitur, quod si aliquando lex Domini flammis donata esset, maximè in conflagratione Chaldaica, facta per Nabuzardan, temporibus Nabuchodonosoris, de qua quarto Reg. c & apud Hieremiam d satis scriptum est; cum tamẽ neque ibi, neque alibi aliqua de sacrorum Bibliorum combustione mentio fiat; etiam si distinctè & in particulari referantur omnia, quæ Chaldæi in versione illa & exterminio, vel secum in patriam abstulerunt, vel ignibus concremarunt. Quare propositio illa de legis combustione inter reliqua figmenta illius 4. Esdræ numeranda videtur. Tertiò arguitur pro parte negatiua.

c 4. Reg. 25. 8.
d Hierem. 39. 1. & c. 52. 12.

13 Confirmatur primò hoc, vel ex eo, quod si tunc temporis Chaldæi perdere valuissent volumina sacra, nulli dubiũ esse potest, quin Hieremias recondere studuisset, & aut publicè, aut clanculũ deferre secũ aliquẽ librũ legis: sicut de facto abstulit, & secum detulit arcam testameti, altare incensi & tabernaculi, & sacra alia cultui diuino inseruientia; iuxta ea, quæ habentur in 2. Machabæorũ libro. Non enim altare incensi conducibilius erat libro legis: & proinde non potius curasset de custodia illius, quàm de conuersatione istius: & Deus (cuius iussu & nutu seruauit, & secũ abstulit omnia ista Hieremias) minoris faciebat libros legis suæ, quàm altare incensi, & tabernaculi: & proinde non minus curasset de custodia libri, quàm de custodia altaris: at cum expresse curauerit de custodia altaris & aliorum, quæ prædicto loco referuntur, & nulla de sacrorum librorum conseruatione mentio fiat: signum est, quod in euersione illa nullum libris sacris periculũ imminebat: quia non erant res vnica & singularis in domo Israel, sicut arca testamenti, altare incẽsi, & similia, sed potius vniuersalis supellex vniuersorum domibus condita, & recondita, vt apud Theologos viros singuli inueniuntur libri sacri. Confirmatur primò tertium argumẽtum.

14 Confirmatur secundo ex eo, quod temporibus illis præter Hieremiam, adhuc superstites erant Ezechiel, Daniel, Aggæus, Zacharias, & alij Prophetæ diuinarũ rerũ zelatores eximij, qui tanto ante tẽpli, ciuitatisque ruinas præuidentes, si tantisper de sacrorũ voluminũ interitu dubitassent, tàm graui malo, quantotiùs occurrere non omisissent, siue occultando alicubi aliquot exemplaria, siue mittendo illa ad aliquos illorum, qui in euersione illa translati fuerant à Salmanasaro in Asyrios, vel à Pharaone Nichao in Ægiptum cum Ioachim filio Iosiæ, & à Nabuchodonosore in Babiloniam. Et dato, quod omnes isti, & singuli Prophetæ negligere potuissent sacrorum voluminum transmissionẽ, non videtur credibile, quod apud seipsos codices aliquos nõ retinuissent. Ex quo sequitur, quod etiam si perijsset incendio scriptura in tẽplo recondita; non tamen perijsset scriptura omnis, saltim illa, quam apud seipsos Prophetæ clanculùm retinebant. Confirmatur secũdò tertium argumentum.

15 Confirmatur tertiò ex eo, quod septuaginta annis post conflagrationẽ istam à Chaldæis factam & octuaginta & eo amplius ante Esdram natum, Daniel, e fecit expressè mentionem libri Hieremiæ & librorum Moysis, tamquam qui tunc salui & liberi essent, atq; adeò integri. Et Iosephus narrat, f quod Cyrus Rex Persarum cognouit prophetias, quæ de illo erant ex lectione libri continentis Esaiæ prophetias ducentis & decem annis ante ipsius ætatem scriptas. Nõ ergo à tempore Nabuchodonosoris omnia volumina sacra euersa sunt, & igne conflagrationis absumpta. Confir-matur 3. eadẽ pars negatiua

e Dan. 9. 2. & 3.
f Lib. 11, antiq. 2

CAPVT TERTIVM.
Dubij resolutio per tres conclusiones.

HIS Itaquè pro vtraq; parte collatis, ac productis agminibus sequitur, vt per conclusiones aliquas litem dirimamus, quarum prima sit.

Prima

Prima conclusio.

Antiochi tempore non omnia volumina sacra periere.

16 TEmporibus Antiochi Epiphanes Regis non omnia volumina sacra interiere. Hæc est de mente omnium, & habet efficacissimam probationem. Tùm in priori secundæ sententiæ præsidio. Tùm quia (vt argumentatur Pereira *a*) si omnes codices literarũ sacrarum incendio perijssent temporibus illis: vnde sacri libri, qui erãt temporibus Christi Domini, & Apostolorum eius extitissent? An finget quispiam alterum Esdram, à quo sint iterum illi refecti, & reparati?

a Præfatione in Genes. nu. 7. ad finem.

Secunda conclusio.

Probabile est omnem Scripturã sacram tempore Nabuzardã perijsse.

17 SEntentia prior de iactura vniuersæ doctrinæ sacræ, id est, Scripturæ sacræ, temporibus Nabuchodonosoris, ob sæuitiam & attrocitatem Nabuzardan, Principis exercitus sui, probabilis valde est. Hæc conclusio directè militat contra Bellarm (nobilem aliàs & omni encomio dignũ scriptorem) pro secunda sententia citatum. Est tamẽ ita certa, vt est certum, quod sententiæ sanctorum Patrum, maximè grauissimorum probabilitate non carent. Constat autem sententiam istam esse grauissimorum Patrum, vtique Irin. Basilij, Hier. Clementis Alexand. Tertul. & aliorum de quibus supra. *b* Ex recentioribus etiam grauissimi authores sunt, qui partes eas tuentur: vt patet ex his, quos induximus initio prioris capitis: quibus etiam subiungunt aliqui Rupertum, *c* ac Rabanum *d* nostros, eximiæ laudis authores. Cùm ergo ad probabilitatem cuiuscumque sententiæ satis sit probabilis ratio fulta & munita authoritate Doctorum, qui in honore habentur, ac veneratione: consequens est, vt sententia ista valde probabilis sit, cùm valde probabiles rationes obtineat, & magni ponderis authores habeat, iuxta quæ videri possunt hic cap. 1.

b Cap. 1. nu. 1.
c Lib. 7. de Vict. verbi Dei, ca. 32.
d De instit. Clericorum, cap. 54.

Strages magna per Nabuzardan.

18 Deinde probatur ex eo, quod 4. Regum testatum habemus in hunc modum: *e Nabuzardan succendit domum Dei, & domum Regis, & domos Hierusalem, omnesque domos combussit igne, & muros Hierusalem in circuitu destruxit.* Id est, omnes domos à minima vsque ad maximam, tàm sacras, quàm profanas exussit, & omnia ædificia subuersit. Ergo signum, est quod nullam domum reliquerit, etiam Prophetarum, quam penitus non destruxerit, ac ipsam domum Domini; & proinde quod si quia ista destruxit domum Domini, probabiliter conijcitur, & existimatur, quod omnino flãmis absumpsit Scripturam sacram, in illa seruatam & inclusam; etiam probabiliter, rationabiliterque conijciatur, eodem exterminio absumpsisse omnes sacros codices, seruatos, & inclusos, tàm in domibus particularibus & priuatis, quàm etiam in scrinijs & latibulis Prophetarum.

e 4. Reg. 25. 9.

Ratione & authoritate ostenditur secunda conclusio num. 17.

19 Tertiò, si propter aliquid improbabilis videretur sententia de iactura vniuersæ Scripturæ sacræ, maximè quia (vt aduersarij obijciunt) incredibile apparet, quòd tunc temporis, sicut & nunc, non circumferrentur multa, variaque volumina sacra, aut saltem aliqua præ manibus, domibusve Prophetarum. At non tantam fuisse sacrorum voluminum eo tempore copiam vel ex eo colligitur, quod, vt scriptum est: *f Temporibus Regis Iosiæ Helchias Pontifex librum legis reperit in domo Domini: cuius libri verba cum excepisset Rex, scidit vestimenta sua, & misit legatos suos, vt consulerent pro se, & pro populo suo, & pro omni Iuda, Dominum de verbis voluminis illius, dicens: Magna ira Domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne, quod scriptum est nobis.* Hæc ibi habentur. Si autem inquiramus, quomodò delituit liber iste legis? respondet nobis Lyra ex Rabbi Salomone, quod cum Achaz quæreret

f 4. Reg. 22. 8.

20 librum legis Domini ad comburendum, iste fuit absconditus in muro tẽpli, & sic in reparatione illius inuentus. Signum ergo est, quòd temporibus illis rari admodũ, & minime vulgares sacri codices habebantur; imò quòd vnius tantùm copia esset; quoniam aliàs ægrè omnes simul ab vniuersorum oculis euanescere potuissent, & inutiliter prorsus Achaz de interminio vnius codicis

Rari olim codices sacri.

dicis cogitasset, cùm reliqui eiusdem rationis multi remansissent; & proinde non nimis certum est, quòd temporibus Nabuchodonosoris tanta supererat sacrorum librorum copia, vt incendio consumptis, qui publicè seruabantur in templo, alij in Prophetarum latibulis delitescerent. Maximè quod alias temporibus Regis Iosiæ, & temporibus maiorum suorum, tanta diuinæ legis ignorantia non superesset ex defectu sacrorum voluminum, si vbique & præ manibus Prophetarum saltem haberentur.

Tertia conclusio.

21 HIS Tamen non obstantibus longè probabilior apparet sententia opposita, hoc est sententia negans vniuersæ Scripturæ iacturam. Hæc conclusio satis roboris habet ex dictis pro secunda sententia. Denuò etiam accedit id quod eatenus sancti Patres, & Doctores prioris sententiæ adstruūt, scilicet Scripturas sacras Chaldaico exterminio deletas; quatenùs similiter adstruunt easdem reparatas fuisse beneficio memoriæ à sacro Scriptore Esdra; vt patebit legenti singulos: at si Scripturæ omnes illa conflagratione perijssent, nullatenus temporibus Esdræ Scripturæ extarent, vt illas vel summis oculis attingere posset, nedum euoluere & legere, vt sic fœlici suæ memoriæ tenaciter infigeret, vt fideliter postea redderet & recitaret. Ergo excidio illo Chaldaico non omnes sacræ Scripturæ periere, sed saltim illæ ab excidio liberatæ sunt, quas legit, perlegitque Esdras: g de quo scriptum est, quod erat in lege doctissimus & peritissimus. Consequentia ista patet ex eo, quòd citra specialem reuelationem non potuit Esdras peritus euadere librorum legis, nisi ex frequenti vsu, lectioneque. Quomodò enim sine illis posset sibi tantam doctrinam comparare, & omnino fideliter reddere. Minor autem patet ex eo, quod, vt August. Torniellus h chronographicè ostendit, Esdras de Perside in Iudæam transmissus est, anno septimo Regis Arthaxerxis Longimani: hoc est, post annos ab initio Babilonycæ captiuitatis circiter, c xl. vt supputari potest in tabulis. Si ergo libri sacri omninò exciderunt extermi nio à Chaldæis inducto: consequens est, vt Dei populus expolliatus omninò maneret libris canonicis, circiter c.l. annos, ante Esdræ natiuitatem: & proinde quòd Esdras nullos habuit codices sacros, quos percurrere posset, & perlegere.

Probabilius est vsquā sacros libros omnino interijsse.

g Esdræ 1. cap. 1. num. 11.

h Ad annum mūdi 3ɉ447. nu. 4. ad finem in Annalibus sacris, & profanis 11.

22 His fauent quæ nos capite præcedenti initio vltimæ confirmationis induximus n.8. quæ ex Benedicto Pereira i deprompsimus. Fauent etiā ex parte quæ apud Genebrardum K habemus, videlicet, Nabuzardan ad annum mundi iijɉ.d.lx.viij. templum concremasse, & proinde Scripturas: Esdram verò floruisse ad annū iijɉ. dc. xxxviij. in qua supputatione saltē lxx. anni effluere à Hierosolymitano excidio, vsque ad ortum Esdræ. Consultus præterea Optatum Milleuitanum, l qui ex ignoratione temporum dixit, Esdram post Machabæos extitisse, eorumque libros instaurasse. Longè enim ante Machabæus Esdras floruit; vixit tamen post Hierosolymitanum excidium, imò longè post illud natus est. Si ergo in euersione illa omnis sacra pagina naufragium pertulit: consequens est, quòd nihil eius remansit, quod Esdras euoluere potuerit. Nisi velimus dicere (vt non omnino detrahamus probabilitati oppositæ sententiæ) quod non simul omnes sacri codices periere, sed seorsim & per partes: & ideò potuit Esdras sensim & per partes omnia exemplaria percurrere. Sed præterquam quod de hoc dicemus capite sequenti, mirum videtur, si apud Esdram tantopere literarum sacrarum studiosum, volumina legis interirent, ita vt illorum nihil remaneret.

Esdræ seculum.

i Præfatione in Gen. num. 8. ante finem.

k In Chronol. lib. 1.

l Lib. 7.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Conciliantur sententiæ, & vtriusque partis argumenta soluuntur.

Ostenditur prædictarũ sententiarũ consensus ex cõcordia.

23 PRæfatas conclusiones produxi, vt secundum vtramque sentẽtiam, sententiam meam dicerem: vtique tribuendo cuique quod suum est, aut esse videtur. Quia tamen ægrè animus fert in re tam graui ac diuina dissidium inter fideles versari: ideò adieci studium, vt non solùm litem per sententiam dirimerem, sed etiam (quoad fieri possit) per concordiam componerem; nimirum reuocando in concordiam discordiam, quæ inter extremas istas videtur esse sententias. Id

24 autem nos assequuturos polliceor, si semel aduertamus vtriusque factionis legitimam mentem.

Nullũ integrũ sacrarũ literarum volumẽ ante tempora Esdræ superfuit.

Prima enim sententia dùm asserit iacturam vniuersæ Scripturæ, existimo, quòd tantùm agit de iactura exemplaris integri, & omnino absoluti, ita vt sensus sit; quòd temporibus illis nullũ sacræ paginæ exemplar integrum retinebatur, quod verè possit dici sacrum volumen, vel etiam Biblia sacra, aut (si maius) sacra Scriptura. Secunda vero dùm negat vniuersæ Scripturæ iacturam, non procedit nisi de partibus, aut particulis eius, ita vt sensus sit, quòd in illo excidio adhuc remanserunt codices sacri, saltim per partes & membranas. Constat autem vtramque sententiam isto modo expositam vero consonare posse, neque vnam alteri repugnare. Nulla enim cõtra-

25 dictio est, quòd corrupta & polluta Scriptura sacra simpliciter sũpta maneat mutila & trunca quantum ad partes suas.

Omnia volumina sacra antiquæ legis, saltẽ in particulis hinc inde dispersis remãserunt.

Hoc autem non ego, sed ante me quàm plurimi omni laude celebres affirmant. In primis Athanasius, m ita inquit: *Narratur in hoc de Esdra: cum libri sacri per incuriam populi, & diuturnam captiuitatem perirent, ipsum, cum esset vir industrius & lector perdiligens, verique ac recti studiosissimus, eos omnes libros apud se custodiuiße, & postea eos in communi protuliße, & ita ab interitu quodammodo conseruaße.* Deinde Chrysost. n inquit: *Esdram ex reliquijs Scripturæ iterum eam composuiße.* Hilarius similiter asserit: o *Esdram omnes Psalmos collegiße, & ex eis confecisse vnicum librum.* Similiter Theodoretus dicit: p *Scripturam veterem deprauatam tempore captiuitatis ab Esdra fuisse restitutam.*

m *In synopsi de libris Esdræ.*

n *Homil. 8. super ad Hebr.*

o *Præfatione in Psalm.*

p *Præfatione in Psalm.*

Ex sãctis Patribus ostenditur prædicta conciliatio.

Habemus ergo ex probatissimis authoribus maximum dispendium pertu-

26 lisse temporibus illis literas sacras, adeò, vt opus fuerit, non solùm illas hinc inde colligere, vt in vnum possent volumen coalescere; sed etiam castigare & corrigere, ob deprauationem, quam contraxerant vel iniuria temporum, vel incuria scribarum. Quod si ita est, vtraque sententia relata vérum continet. Prima quidem in eo, quod asserit omnem Scripturam sacram interijsse, ad hoc enim satis est nullum Scripturæ sacræ absolutum, integrumque volumen plenam, & certam fidem faciens remansisse, sicut soluta compage cuiuscumque hominis non manet ille homo, nec manet ædificium corrupta gluti-

27 ni massa. Ad veritatem verò secundæ satis est, quòd fragmenta sacrorum voluminum seruata fuerint quantumuis dilacerata, diffuta, sordidaque, ac deprauata mendijs: nam quamdiu partes componentes permanent, licèt contritæ & vitiatæ, non censetur compositum omninò deperditum: quia compositione partium facili negocio resarciri potest, & fieri idem quod fuerat.

Epitome prædictorum, & cõsequutio.

Et per hæc sit satis argumentis vtriusque sententiæ. Præterquam elogio Opta-

28 ti Milleuitani dicentis: q *Nec apicem sacrorum librorum tunc temporis remansisse.* In quo tamen deceptus est, sicut in asserendo, quod Esdras vixit post Machabeorum tempore.

q *Vbi suprà.*

Obijcitur contra prædicta, & obiectio euertitur

Quod si obijcias id, quod nos supra r induximus de libro legis inuento: quod specialem difficultatem continet in omni sententia: siquidem testimonio illo comprobari videtur, raros omninò fuisse codices sacros: & proinde idem

r *Cap. 3. in vlt. probat. secundæ conclusionis.*

idem esse, quòd perijsse secundum rationem totius, vel etiam secundum rationē partiū. Respōderi potest primò ex Genebrar. ſ asserente ex Rabbi Kimi, t quod Moyses edidit tredecim legis suæ exemplaria, & singulis tribubus dedidit singulos codices integros & perfectos, tredecimum verò posuit inter vasa sacra & reliquias: *Adeò tamen erat* (inquiunt) *status religionis illa tempestate corruptus superiorum Principum perfidia & improbitate, vt liber legis inter sacras reliquias repertus, haberetur pro re noua & inaudita.*

ſ Lib. 1. Chronol. anni 3557. fol. 142.
t Ad c. 8. Osee.

29 Secundò respōdere possumus, quòd tempestate illa erat magna ignorantia legis, non quidem ob defectum exemplarium; sed quia codices, qui circunferebantur, erant corrupti & vitiati: & propterea integram fidem non præstabant illis, qui, vt liberiùs agerent, excusationem illam prætendebant. At inuento volumine integro diuinæ legis excusationi locus non relinquebatur, & propterea Rex in omnes illas angustias & angores fuit deditus, videns ignorantiam suam suorumque crassam fuisse: aliàs non opus fuisse tanta, tamque publica pœnitencia; quæ enim inuincibiliter ignorantur sine culpa omittuntur.

Iterū præcedēs obiectio diluitur.

30 Habemus igitur Scripturam temporibus Babilonycæ captiuitatis interijsse simpliciter, & absolutè loquendo; non verò secundum quid. Ad eum modum quo charta dilacerata & cōcissa, cuius tamen partes seruantur, & retinentur, interijt quidem simpliciter; nam desinit esse charta, dū chartæ formam amittit: attamen secundum quid, id est, secundum partes, ex quibus iterum coalescere potest, manet & extat. Reliqua vide sequenti dubio, quod est in ordine quartum, capite quinto.

Apendix totius dubij.

DVBIVM QVARTVM.

Vtrùm Scriptura sacra quatenus olim interijt, ad integrum postea reparata fuerit: & per quem; ac qualiter?

SVMMARIVM.

1 *Authores Catholici pro parte negatiua.*
2 *Quot & quales libri canonici referantur desiderari?*
3 *Arguitur primò pro parte negatiua.*
4 *Confirmatur argumentum.*
5 *Arguitur secundò ad idem pro eadem parte negatiua.*
6 *Confirmatur argumentum ex eo, quòd Esdras nuncupatur reparator pentateuchi.*
7 *Argumentum tertium ad idem.*
8 *Ostenditur ex Patribus pars affirmatiua quæstionis.*
9 *Quot libros scripsit Esdras?*
10 *Dubitatur qualiter Esdras reparauit Scripturam?*
11 *Sunt qui asseuerant, quòd omnino miraculosè Esdras reparauit Scripturam.*
12 *Sunt qui asserant Esdram subsidio memoriæ suæ Scripturam reparasse.*
13 *Notabilis cuiusdam Iudæi eccetrici memoria.*
14 *Sententia authoris, quòd naturalibus & supernaturalibus subsidijs Esdras Scripturam reparauit.*
15 *Respondetur primo argumento primi capitis, post reparationem Scripturæ aliquam eius partem perire potuisse.*
16 *Discrimen inter verba dicta & scripta.*
17 *Esdras quonam idiomate scripserit?*
18 *Respondetur ad confirmationem numeri sexingenta apud Hebræorum Esdras inscriptum legis scribæ.*
19 *Esdras manu propria pentateuchum scripsit.*

Iuxta

SVPPONIMVS Ex dubio præcedenti aliquod Scripturæ naufragium: & modò procedimus, vt inquiramus, an naufragium istud ad plenum reparatum fuerit, vel tantùm imperfectè, & ex parte?

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Authores Catholici pro parte negatiua.

1 A Parte negatiua quæstionis omnino videntur esse omnes illi, qui inter Catholicos libros enumerant quàm plurimos alios, qui modò non extant: recensentur enim apud Serarium, *a* tàm pij & Catholici, quàm etiam impij & hæretici colentes, ac venerantes tanquam libros canonicos quàm plurimos, qui modò desiderantur; quia neque extant, neque habentur; illos tamen tàm ipse, quàm Alphonsus Salmeron *b* per ordinem referunt, & recensent sic.

Quot & quales libri canonici referanturde siderari.

2 In primis enim desideratur nunc: quia non extat liber bellorum Domini: *c* liber iustorum, seu liber recti Iosue: *d* liber verborum, seu rerum gestarum Salomonis. *e* Quartus liber verborum Regum Israel. *f* Quintus liber verborum, seu gestorum Regum Iudâ. *g* Sextus liber Samuelis. *h* Septimus alius quidam liber eiusdem Samuelis. *i* Octauus Nathanis Prophetæ liber. *K* Nonus liber Gad Prophetæ. *l* Decimus liber Ahiæ Prophetæ. *m* Vndecimus liber Adonis Prophetæ. *n* Duodecimus liber Chozal Prophetæ. *o* Decimustertius liber continens tria millia parabolarũ Salomonis, & quinquies millia carmina eiusdẽ. *p* Decimusquartus liber cõtinens philosophiã de arboribus, & plantis naturas à Salomone editus. *q* Decimusquintus liber Enoch, de quo Apostolus Iudas in sua canonica. *r* Decimussextus liber descriptionum Hieremiæ. *s* Decimusseptimus liber dierum â Ioanne scriptus. *t*

Arg. 1. pro parte negatiua.

3 His annumeratur liber Edad, & Medad apud Athanasium in synopi; & Psalmus vnius vltra 150. quos recolimus: ac denique testamentum Moysi, de quo Iosephus. Cùm igitur tot libri canonici desiderentur in exemplaribus illis, qui perfectiores & magis integri habentur, consequens est, iacturam sacræ paginæ ad plenum reparatam non fuisse, sed tantùm ex parte.

a In proleg. Bibli. cap. 8. q. 14.
b Tom. 1. Prol. 9. quinquag. 1. canone 4. fol. 116.
c Nu. 21. 24. 29.
d Iosue 10. v. 13. & 2. Reg. 1. 28. 39.
e 3. Reg. 11. 4.
f 3. Reg. 14. 19.
g 3. Reg. 14. 24.
h 1. Paralip. vlt.
i 1. Reg. 10. 25.
K 1. Paral. 29. 29.
l Ibid.
m 3. Reg. 6. 18.
n 2. Paral. 20. 24
o 2. Paral. 33. 19.
p 3. Reg. 4. 32.
q Vbi sup. 33.
r V. 14.
s 2. Machab. 2. 1.
t 1. Machab. vlt. 24.

Confir-

4 Cõfirmatur, si propter aliquid videretur incõueniẽs, quòd libri isti omnino perijssent: maximè quia erant libri sacri & libri canonici & authẽtici; at multa eloquia Dei tempore intercissa sunt, & oblibioni mandata, vt patet de multis verbis Christi Domini, quæ in nullo sacrorum Scriptorum notata habentur: ergo licet istiusmodi libri canonici essent, nullum inconueniens est, quod fũditus perijssent: & proinde quod post eorum interitum à nemine reparati fuisse.

Confirmatur argumẽtũ.

5 Secundò, si aliquis Scripturæ deperditæ fuisset integer reparator maximè ille scriba & Propheta Esdras; vt patet ex dubio præcedẽti: at quidquid author iste scripsit, lingua Chaldaica exarauit, vt patet ex libris, qui sub nomine Esdræ circunferuntur: cùm tamen reliqui omnes canonici libri Hebraica sint lingua editi, lingua vtique illa qua Adam & Eua & Prophetæ omnes loquuti sunt. Non ergo Esdras assumpsit onus restituendi tot libros sacros, quot in captiuitate perierant.

Arg. 2. ad idem pro eadẽ parte negatiua.

6 Confirmatur ex Hieron. v nuncupante Esdram reparatorem Pentateuchi, non autem totius sacræ paginæ. Cùm tamen si totam reparasset, non solius Pentateuchi debuisset reparator inscribi. Et fauet id quod obseruat Sistus Senensis, ita inquiens: x *Esdræ Pentateuchus vnica, & oblonga membrana ipsius (vt Hebræi credunt) Esdræ manu scriptus absque vllis vocalibus punctis seruatur in cœnobio nostro prædicatorum* Bononiæ. Signum ergo est, quod Esdras non nisi Pentateuchum instaurauit. Quibus etiam videtur fauere Isidorus dum inquit: y *Quòd Esdras reparauit vetus testamentum iuxta numerum literarum sacrarum, id est, iuxta 22. literas.* Quasi dixisset, non plenè, & ad integrum reparauit, sed ex parte & ad summam 22. literarum, quas Hebraicus Alphabetus comprehendit.

v *Tom. 2. lib. ad uer. Heluidit.*

x *Lib. 2. BB. S. indict.* Esdras *ad finem.*

y *Sexto* Etymol. *cap. 1.*

Confirmatur argum. ex eo quod Esdras nũcupatur reparator Pẽtateuchi.

7 Tertiò, si Esdras sacros libros ad plenum restituisset, vel id fecisset beneficio memoriæ, vel diuino afflatu. Si primum, iam Scriptura illius non magis esset sacra, quàm Scriptura cuiuslibet priuatæ personæ, memoriter tenentis, ac proferentis, vel etiam dictantis singula sacræ paginæ verba, vt validè scribantur. Si secundum, sequitur, quòd opus habuit speciali reuelatione per quam certificaretur à Deo de omnibus scripturis sacris: & proinde quod iterum Deus sic Scripturam sacram dictauit, quasi aliã de nouo condidisset. Vtrumque tamen horum importat maximum inconueniens: ergo.

Arg. 3. ad idem.

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur Scripturam deperditam, plenè fuisse per Esdram reparatam.

8 HIS Tamen non obstantibus omnino sentiendum est, sacros libros captiuitatis tempore deperditos ad plenum reparatos fuisse Esdræ ministerio. Hoc enim tanquam vocẽ communem, sententiamque antiquissimorum Patrum, & Scriptorum calculis probatam referunt. Feu. Ardẽtius, a & Salmeron. b Et sanè (vt aliquos in medium producamus omni exceptione maiores, & laude sapiẽtiæ celebres) Athanasius c in eadẽ sentẽtia est, inquiẽs: Quod Esdras apud se custodiuit omnes libros, qui in populi captiuitate perierũt, & tãdẽ protulit, ac tradidit: Basilius similiter ita inquit: d *Esdras omnes diuinos libros ex mandato Dei eructauit.* Irinæus præterea sic: e *Cùm Scripturæ sub Nabucbodonosore penitus interijsset, & Iudæi post annos Septuaginta in patriam redijssent temporibus Artbogerdis, Deus Esdram excitauit, vt libros omnium Prophetarum, qui antegressi fuissent, de integro conscriberet, & legem Moysi restitueret.* Tertullianus refert similia dicens in hunc mundũ: f *Omne instrumentum Hebraicæ literaturæ per Esdram constat restauratum.* Eisdem consonat

Ostenditur ex patribus pars affirmatiua quæstionis.

a *Ad 3. lib. Trin. cap. 25.*

b *Tom. 2. Prol. 9. 51. can. 4. fol. 116*

c *In Synop. lib. 12*

d *In epist. ad Chilionem.*

e *Tertio aduersus hereses, cap. 25.*

f *Lib. de habitu mul. cap. 3. n. 33.*

consonat Clemens Alex. ita habens: g *In captiuitate Regis Nabucbodonosoris, cum interijssent Scripturæ tempore Arthoxergis Regis Persarum, inspiratus Esdras literis prophetauit, omnes veteres Scripturas renouauit.* Meritò ergo assertum est sententiam istam esse communem vocem antiquissimorum Scriptorum, sanctorumque Patrum assertionem & mentem; ac proinde omni assensu, atque fide dignā, maximè cùm ex posterioribus nullus probatæ fidei inueniatur author, qui sententiæ istæ repugnare ausus sit; sed omnium vna est mens, Esdram integram vel reparasse, vel hinc inde collegisse Scripturam, & in vnum compegisse volumen.

g Lib. 1. stromat. fol. 368. nu. 30.

Quot libros scripsit Esdras?

9 Deinde probatur ex eo quod Esdras (vt ex Athanasio h habemus, atq; etiam ex Genebrardo i) scripsit 204. libros & (iuxta Sixtum Senensem) K hos ab ore eius quinque velocissimi scribæ per continuos 40. dies in tabulis buxeis scripserunt, ex quibus Esdras euulgauit 126. reliquos verò secretiori sapientia elaboratos solis sapientibus reseruauit. Si igitur Esdras tot libros condidit ex suggestione & monitu Dei; consequens est, quod omissis libris canonicis, non vacasset excursioni aliorum inferioris notæ, & minoris emolumenti: & proinde quod in primis edidit, & omninò euulgauit omnes libros sacros: nam qui circumferuntur, vt canonici & illi alij, de quibus in argumēto secundo, non adæquant numerum, imò nec medietatem numeri librorum, qui (vt refertur) dicti sunt ab Esdrā.

h In Synop. in sta.
i In Chronol. ad annum 3638. fol. 184.
K Vbi suprà.

CAPVT TERTIVM.

Ostenditur, qualiter Esdras Scripturas integrè reparauit.

Dubitatur qualiter Esdras reparauit scripturam.

10 HActenus de prima & secunda parte quæstionis, hoc est, de integra reparatione per Esdram: tertia hic examinanda est: videlicet, qualiter instaurationem istam Esdras confecerit; vtrùm scilicet naturaliter acerrimo beneficio memoriæ? vel potius miraculosè, diuino eum illustrante spiritu, superneque omnia dictante.

Sunt qui adstruāt, quòd omnem miraculose Esdras reparauit Scripturam.

11 In hoc autem aliqui asserere videntur hoc omnino superne Esdram præstitisse. Primò, quia scriptū est, a quod Esdras monitu & instinctu diuino literarum monumentis mādauit incensam à Chaldæis legem. Secundò, quia sancti Patres b suprà citati oraculum illud approbarunt: quibus subscripsit etiam Ambr. c Omnes enim in ea sunt sententia, quod Esdras diuino Spiritu actus rem istam perfecerit. Tertiò, quia Esdras ad calcem Deuteronomij addidit quædam verba spectantia ad mortem, sepulturam, pompamque funeralem Moysis, & ad alia posthuma, quæ referūtur Deuter. 34. d vsque ad finem capitis, quæ tū authentica sint, vt reliqua; & non à Moyse dictata, vtpotè scripta post eius obitum; consequēs est adiecta fuisse ab alio scriptore sacro: ac proinde ab Esdra reparatore legis incensæ: quia nullus alius in illa colitur, aut cognoscitur tanquam huius operis artifex. Denique quoniam Esdras fuit scriptor sacer, vt patet ex libro, qui sub eius nomine circunfertur. Constat autem scriptores sacros non voluntate humana, sed diuino afflati spiritu ad scribendum fuisse adictos, propter quod dicitur, quòd Spiritu Sancto dictante sunt loquuti.

a 4. Esdræ 14. & 8.
b Patres in cap. 1. relati.
c De bono mortis cap. 11.
d Deut. 34. à nu. 5.

Sunt qui asserāt Esdram subsidio memoriæ suæ Scripturā reparasse.

12 Alij è contra autumant Esdram beneficio memoriæ Scripturam integram rebarasse. Primò, quia omnium ore Esdras ingenti memoria claruit. Secundò quia, vt refert Iosephus, e Iudæi tempestate illa ita leges suas insculptas habebant, vt melius eas memoria, quàm propria nomina retinerent. Tertiò, quia referentibus Caballistis, tota lex tunc temporis erat quasi passus vnus, hoc est vna periodus, vna clausula, seu (vt alijs placet) vna dictio puncto clausulæ terminata; adeò vt si in lege inuenta esset periodus puncto clausa, talis

e Lib. contra Appio. Rabbi Moyses Elias Rabbi in proœm. 3. Mesareth. apud Salm. vbi suprà proleg. 44. 47.

sa, talis liber, vt prophanus, legi in Synagoga non poterat. Constat autem indiuisibilia faciliùs memoria retineri. Quartò, quoniam librorum Enoch ca taclysmo abolitum, Noe eius abnepos, de his, quæ hæreditaria traditione audiuerat, ad integrum reparauit. Vt habet Tert. libro de habitu mul., cap.3.

13 Nec incredibilia debent ista videri: ego enim ipse oculis hausi meis, apud Vallisoletanam ciuitatem, Iudæum quendam, natione Africanum, memoriter recolentem omnia, & singula Prophetarum oracula Hebraico suo idiomate: Græcum enim, & Latinum penitus ignorabat. Quod si hæc iste nunc Iudæus, quid tunc sapientissimus Esdras? Commodè igitur potuit omnia, & singula Scripturæ verba tenaci conseruare memoria, posteaque fideliter referre. Denique quia non esset ad miracula occurrendum, quãdo ad id non cogit necessitas: constat autem quod si Esdras beneficio memoriæ potuit Scripturam sacram integrè reparare, non erat opus speciali miraculo & prouidentia diuina.

Notabilis cuiusdã Iudæi neoterici memoria.

14 Dicendum tamen existimo, quod naturalibus simul, & gratuitis opus habuit Esdras ad tantum conficiendum opus. Primò, quia quarto Esdræ, sub eius nomine, ita habetur: f *Vox vocauit me, dicens, Esdras aperi os tuum: & aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi, & bibi, & cùm bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & spiritus meus conseruabatur memoria.* Hæc autem referuntur tamquam præambula ad restaurationem incensæ legis. Secundò, quia (vt inquit Seneca) g *Nescio an certior memoria sit, quæ nullum extra se subsidium habet.* Vt igitur in re tam graui memoria Esdræ certior inueniretur, opus habuit extra se subsidio aliquo, vtique subsidio assistentiæ Spiritus Sancti, adiuuantis illum ad fideliter referenda omnia, quæ in sacris literis continebantur. Tertiò, quia cum dicamus Scripturam sacram non penitus perijsse; sed ad summũ dissutam, & dilaceratam, & ex parte corruptam remansisse apud Esdram; consequens est, quòd Esdras naturalibus indiguerit, adiutusque fuerit ad istius operis instaurationem. Quid enim momenti habuisset hinc inde colligere Scripturæ fragmenta, si tamen res ipsa penitus miraculosè conficienda erat? Itẽ cum correctio cuiuslibet deprauati loci, viciatique textus maiorem, quàm humanam mentem, & capacitatem requirat; si correctio ad normam dictæ mentis perficienda est; consequens est, vt ad opus istud gratuitis eguerit Propheta Esdras. Denique probatur præsidio vtriusque sententiæ nuper inductæ: probationes enim vnius non repugnant probationibus alterius; sed potius in hanc tertiam sententiam amicè conspirant: dùm prima diuini numinis adminiculum, ad correctionem, additionem, & complementum: secunda verò industriæ solertiam, ingenij aciem, & memoriæ gloriam in collectione, & recognitione arguunt.

f 4. Esdra 14.39.

g Epist. 88. ante finem.

Sententia authoris, quòd naturalibus, ac supernaturalibus subsidijs Esdras Scripturam reparauit.

CAPVT QVARTVM.

Respondetur argumentis primi capitis.

Resp. ad arg. 1. capitis post reparationem Scripturã aliquã eius partẽ perire potuisse.

15 Argumentis in contrariũ productis satisfaciendũ est: & in primis ad primũ dicitur nullius fidei esse; quoniã quidquid sit de authoritate illorũ librorũ, deque illorũ iactura & interitu (de quibus inferius suo loco) nõ sequitur ab Esdra reparatos nõ fuisse: quia licèt modò non extent, tamen tẽpestate illa sicut potuerũt perire, ita & reparari. Imò alicuius Magni Rabbini, apud Serarium, a sententia est, quòd Concilio quoddam sapientissimorum Rabbinorũ (cui Esdras non interfuit) illi libri capitalem sententiam passi sunt, & omnes ferro & igni traditi. Hoc autẽ fieri non posset, si perijssent, vel post iacturam nõ fuissent reparati. Sed de his infrà redibit sermo.

a In prolog. Bibl. cap.8.q.15.

16 Ad confirmationem respondetur, aliam esse rationem verbi vocalis, aliam verò scripti: vocalia enim iuxta naturam suam citò transeunt, irreuocabiliterque volant: scripta verò natura sua durant, ac permanent. Et ratio discri-

Discrimen inter verba dicta, & scripta.

discriminis est, quòd verba ore tenus prolata sunt entia successiua, quæ consistunt in fluxu, & fieri: scripta verò sunt entia permanentia; imò verò propterea scribuntur verba, vt permaneant, & diuturna sint. Quare non benè elicitur, quòd si Deus patitur vocalia sua verba perire, debeat similiter potestatem facere, vt sua verba etiam scripta pereant; in illis enim non quæritur diuturnitas, benè tamen in istis.

Esdras quoniam idiomate scripserit.

17 Ad secundũ argumentũ respondetur Esdrã Chaldaica lingua dictasse volumen, quod ipse re ipsa edidit: reliqua autem nõ nisi idiomate, quo exarata inuenerat, reparasse, vtiq; Hebraico. Imò hoc esse vnum instauratæ ab illo Scripturæ signum: quod cum ipse scripta sua peculiari sermone condidisset, reliqua in proprio germanoque idiomate edidit, quin potius, vt author est Hieron. *b* Danielis, & Esdræ volumina Chaldaico scripta sunt sermone, Hebræis autem characteribus.

b *Tom. 3. præfat. in Danie., quæ est 12.*

Res. ad confirm. num. 6. quòd apud Hieron. Esdras inscribitur legis scriba.

18 Ad confirmationem respondetur, Hieronym. *a* eo loco tantùm fecisse verba de quodam Deuteronomij elogio, & ad stabiliendam authoritatem illius dixisse, quòd Moyses fuit author Pentateuchi, Esdras autem reparator illius. Alibi autem absolutè nominauit Esdram scribam, doctoremq; legis, idest, scribam totius sacræ paginæ, quæ nomine legis nuncupari solet etiã in sacris literis, iuxta illud Psalm. *b Considerabo mirabilia de lege tua.* Et iuxta illud eiusdem: *c Bonum mihi lex oris tui.* Id est, verbum à te dictatum, & mandatum literis: & iuxta illud Pauli: *d Quæstiones sunt de verbo, & nominibus legis.* Id est, quæstiones sunt de nomine sacræ paginæ.

a *Præfatione in lib. Reg. quæ est 106.*
b *Psalm. 118. 28.*
c *Psalm. 118. 72.*
d *Actorũ 18. 15.*

Esdras manu propria Pentateuchũ scripsit.

19 Ad illud etiam ex Sixto Senensi relatum respondetur, tantùm probare, quòd Esdras non solùm ore tenus dictauit, sed etiam quòd manu propria scripsit Pentateuchum, non autem quod solum Pentateuchum. Sicut ex eo quod Euangelium Matthæi Hebraico idiomate conditum, alicubi, prout à Matthæo exaratum est, seruetur: & epistola ad Rom. prout à Paulo conscripta, non sequitur, quòd Paulus alias non exarauerit, Matthæusq; non scripserit ad aliquos sibi familiares epistolas. Ad illud Isidori respondetur, quòd ipse satis se explicat dum ait, quòd ad numerũ Hebraicarum literarum Esdras diuisit volumen veteris testamenti in 22. libros: quia viginti duæ sunt literæ Hebraici alphabeti.

20 Iuxta numerũ literarum Hebraicarũ est numerus librorũ testamentis veteris.

Res. arg. 3. 1. capitis Scripturã diuinam reparatam diuinum quid esse.

21 Ad tertium respondetur ex capite 3. huius dubij, videlicet, quòd vtroque police, vtique gratuito, & naturali, Esdras istud opus confecit: ex quo tamen non sequitur, Scripturam illius humanum quid redolere: sicuti nec Biblia sacra, quæ authoritate publica in lucem prodeunt, humanum quid redolent, propter industriam typographi, & librariorum; cum qua nullatenus pugnat authoritas sacræ paginæ: & sicut ad hoc, vt sic prodeat Scriptura authentica, non est opus singulari reuelatione; benè tamen esset necessaria assistẽtia Spiritus Sancti, pro debita correctione, quam Summus Pontifex edit circa deprauatos locos, ac vitiatos textus: ita in illa instauratione Esdræ.

CAPVT QVINTVM.

Obijcitur, & reijcitur Card. Baronius.

Negat Baronius Scripturæ tam iacturas quàm restaurationem, & probat 1. ab authoritate negatiua.

22 SED Quia Cardinalem Baronium, *a* multis de re ista disserentem, taciturni præteriuimus, tàm præsenti, quàm præcedenti dubio, placet illum parumper audire, vt sic ex asse (quod aiunt) rem illam absoluamus. Etenim tom. 2. ad annum Christi 180. quatuor per ordinem constituit.

a *Tom. 2. Annal. ad annum Christi 180.*

Primùm est; narrationem de restauratione librorum, atque de illorum iactura, falsam ac mendacem videri. Primò, quia nihil tale inuenitur apud libros Esdræ, ab Ecclesia receptos: sed potius ex illis videtur colligi oppositũ: cùm habeatur, *b* quòd rogantibus scribis, vt Esdras libros legis afferret, ipse tulit illicò, & coram multitudine virorum, ac mulierum perlegit, & tanta animorum audientium consternatione, vt (quod Iosephus *c* narrat) *Præteritorũ memoriam retractantes, durissimè lacrymarentur.* Secundò, quia nullus penitus antiquorum Hebræorum repetitur, qui talis iacturæ, & restaurationis

b *Esdræ 2. cap. 8.*
c *11. Antiq. 5.*

librorum sacrorum per Esdram, sermonem habuerit, aut mentionem fecerit, præterquam apocryphus quidam liber ab Ecclesia reiectus vtique liber 4. Esdræ, in quo multi contra veritates Catholicas continentur errores, quos notarunt, atque collegerunt Sixtus Senen. *d* & alij. Denique quia inde existimatio ista processit, quòd cùm à Babilonijs templum & vrbs Hierosolymitana incensa referatur illicò pro comperto habitum est, quòd etiam Scripturæ sacræ excidio illo perirent; quasi excidio vrbis, ac templi, continuò annexum sit sacrorum librorum exterminiũ. Constat enim sub Antiocho, & Vespasiano maiores clades Iudæos perpessos esse, tàm in templo, quàm in vrbe, absque exterminio tamen sacrorum librorum. Non ergo naufragiũ vrbis necessaria consequutione infert naufragium sacrorum librorum.

d *Lib. 1. BB. 5.*

23 Secundum est: tot saltem penes Iudæos fuisse sacrorum librorum exẽplaria, quot apud eos synagogæ. Hoc autem sibi in primis persuadet ex eo, quod licèt penes Iudæos vnicum tantùm esset, ac esse posset templum, in quod omnes conuenire, & sacra facere deberent; erant tamen in omnibus ciuitatibus, oppidis, ac vicis synagogæ, etiam ab antiquis temporibus; in quibus frequentes populi conuentus agebantur, gratia saltim loquendi publicè, & audiendi per omne Sabbathum literas sacras: vt constat ex his quæ habentur apud Lucam, tâm in Euangelica historia, quàm etiam in Apostolorum actis: ac præsertim ex illis verbis Iacobi minoris ad Concilium Hierosolymitanum: *e Moyses à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis: vbi per omne Sabbathum legitur.* Ex quo infert, quasi necessaria consequutione, quòd licet excidio illo perirent tot codices, quot Palæstina continebat, non tamen perire omnes: quoniam (vt obseruauit Philo) *f Iudæorũ populus vbique terrarum disseminatus inhabitabat.* Et proinde saltim exemplaria in eorum synagogis retenta Hierosolymitanum excidium subterfugère.

Probat secundo Baronius indemnitatem sacrorũ librorũ, ex illorum copiosa multitudine.

e *Actor. 15. v. 27.*

f *De legatis ad Caium.*

24 Tertiũ est. Haud possibile fuisse omnia Iudæorum Palestinæ exemplaria prorsus perijsse. Primò, quia non omnes Iudæi deleti sunt excidio illo, aut etiam in captiuitatem abducti, sed de consensu Regis Babylonis, plures in Iudæa remanserunt, & numquam tã acris in Iudæos persequutio deseuijt, quæ Iudæos omnes à Iudeæ ambitu amandaret: cũ constet Prophetã Abacuc è sublimi raptũ tulisse prandiũ è Iudæa Danieli, iuxta quæ habẽtur 4. Danielis, *g* Quod si adhuc intra Iudæam Iudæi remanserunt; consequens est, vt etiam libri sacri penes illos remanserint saltim penes Prophetas, de quorum numero erant Abacuc. Secundò, quia intelligi non potest, quod Babyloni ita abominarẽtur Iudæorum legẽ, vt eam penitus interire voluerint, cùm constet ex Scriptura, *h* quod suos in Samariam missos eam didicere præceperunt.

3. Arg. Baron. nõ omnia Palestinę exemplaria interire potuisse.

g *Daniel. 4.*

h *4. Reg. 17. 18.*

25 Quartum est Esdram egregiam quidem nauasse operam circa codices sacros, non vtique restaurãdo illos, quasi deperditos, sed diligenter recognoscendo: & siquod mendum irrepserat, ex aliorũ collatione corrigendo, emendatosq; populo administrando, & in nobilissima Bibliotheca reponendo: iuxta illud: *i Inferebantur in descriptionibus, & commentarijs Nehemiæ hæc eadem: & qualiter construens Bibliothecam congregauit de regionibus libros, & Prophetarum, & Dauid, & Epistolas Regum, & de donarijs.*

Arguit. vlt. Baron. ad idem ex his, quæ de Esdra legũtur.

i *2. Macab. 2. 13.*

26 Itaq; sententia Baronij quatuor per ordinem continet. Primũ est, quòd captiuitate Babylonica sacri libri non exciderunt. Secundum, quòd saltẽ extra Iudæam excidere non potuerunt. Tertiũ, quòd neq; in omni Iudæa. Quartum, quòd in tantũ Esdras dicitur instaurator illorũ, in quantũ à mendis correxit, & in Bibliotheca Hierosolymitana reposuit. Ex quo sequitur, Esdrã nullatenus sibi meruisse cognomẽ restauratoris totius sacræ paginæ: vtpotè quoniam reipsa sacra pagina non interijt, nec interire potuit: sed ad summũ promeritum fuisse nomẽ egregij doctoris piè, & doctè castigantis aliqua sacræ paginæ loca, vt sæpè castigari solent à doctissimis viris mendã, quæ fortè fortuna irrepsisse inueniũtur intra codices sacros: & proinde nec tanto numine, nec tãto acumine opus Esdræ fuisse, quãto nos præcedenti capite asseuerauimus

Quatuor propositiones cõtinet sententia Baronij.

ad sui

ad sui operis instructionem: quidquid in contrarium dicant Irenæus, Basilius, reliquiq; sancti Patres in præsenti, & præcedenti dubio citati, quibus denuò adiungendus venit Eusebius Cæsarien. K qui erga rem istam similia, quæ Irenæus verba eructauit. K Lib. 5. hist. c. 8.

Occurritur argumētis Baronij, & in primis primo.

27 Verum enim verò, quantumuis grauia sint, & graui authore digna, quæ ex Baronio produximus, minus tamen sunt quàm vt grauiorum, & grauissimorum Patrum sententiā à sua probabilitate deturbēt. Sanè quod in primo dicto priori loco objicit Card. Baronius, verum quidem est, sed ex eo tantùm colligitur narrationem istam de iactura, & instauratione ista sacrorum librorum per Esdram authenticam non esse nec canonicā. vt tamen esset, si in aliquo, ex receptis ab Ecclesia, volumine contineretur. Quòd verò Esdras coram omni populo legem protulerit, ac perlegerit, ob scribarum preces, eāque populus, vt audiuit, in lacrymas, & lamenta se dederit, tantùm abest, vt obstare possit sanctorum Patrum positioni, quòd potius mirum in modum suffragatur ei. Quid enim opus esset scribarum precibus impetrare ab Esdra, quod legis librum afferret, eumq; corā omni populo recitaret, si aliàs lex ipsa, & legis liber integer, atq; in promptu omnibus esset? Quid etiam opus fuisset quòd Esdras ipse stans in medio multitudinis à mane vsque ad meridiē (verba sunt Iosephi vbi supra relati) legem publicè recitaret, nisi insolitū aliquid, atque inopinatum erga legē ipsam euenisset? vtiq; iactura, & naufragium ratione quorū desideria fidelium excitata sunt ad iterū videndā, audiendāq, legē suam, iuxta plenitudinem, integritatemq; propriam; priuatio enim appetitū excitat. Quid deniq; audita sic lege populus prosilijsset in lacrymas, præteritorū memoriam retractando, nisi quia libri legis iactura legis ignorationē, & proinde violationem inuexerat? iuxta quæ superius l in simili lacrymatione, & mœrore ob eandam legem prius amissam, & postea recuperatā notauimus. l Sup. dub. præcedenti, cap. 3. conclus. 2.

Baronius suo se fulmine allidit.

28 Adde, quòd Baronius ipse admittit in quarto dicto, vtiq; quòd Esdras repurgauit à mendis sacros codices; quod tamen in nullo canonicorum exēplari habetur, sed neq; in aliquo antiquorum Scriptorum codicē sed tantùm ex prudenti aliqua coniectura elicitur. Si igitur in præsenti valet cōiectura: quare non etiam ibi? valet igitur, & obtinet coniectura ista, quam nos ex sacrarum Scripturarum relatu vsq; tertio deduximus.

In libris apocryphis non omnia sunt apocrypha.

29 Quòd si hoc ita est; vt esse coniectura sua quisq; assequi potest: consequens fit, vt ad huius narrationis verisimilitudinem & probabilitatem opus non habeamus testimonio aliquo canonico; imò neq; aliquo antiquorū Scriptorum suffragio. Cùm coniectura ista in lacrymatione, & ploratu satis sit admuniendam fidem elogij reperti in libro (aliàs) apocrypho: quoniam non omnia, quæ in apocryphis referuntur libris, apocrypha sunt, & suspectæ fidei: dummodo habeāt aliquod verisimilitudinis præsidium, cui innitātur. Maximè quòd quartus liber iste Esdræ ab ipso Esdra collectus fertur, cum alijs Septuaginta duobus libris, quos doctissimi, & sapientissimi antiquiores dictauerunt; iuxta quæ habentur apud Genebrardum m nostrum. Ex quo sequitur, quòd narratio ista habetur in aliquo antiquorum Scriptorum volumine, à quo mutuatam desumere potuerunt sancti Patres existimationem suam. Et per hæc patet ad omnia primi dicti argumēta: & etiā ad vltimū: quoniā ex solo vrbis, & templi excidio interitum istum librorum non auguramur, sed magis ex varijs sacrorum Bibliorum locis, tàm hic, quàm dubio præcedenti notatis: quæ plurimū authoritatis huic narrationi præbent. Secundo dicto Baronij inficias ire non contendo. vno tamen animaduerso, quòd ad veritatem testimonij ex Iacobo minori inducti circa illius moris antiquitatem, satisfuerit, quòd à temporibus Esdræ sacer ille mos increbuerit, & initium acceperit legendi, vtique in synagoga per omne Sabbathum Moysem, & Prophetas, etiamsi retrò ante seculis agnitus non fuerit. Ab Esdra enim ad Christum natum intercesserunt 400, & eo amplius anni: mos autem, qui per m Lib. 2. Chronol. ad annū 3638. fol. 189.

30 Satisfit arg 2. Baronij ostendendo à quonam tempore cœpit consuetudo legendi per omne Sabbathū Moysē & Prophetas.

per 400. obtinet annos, antiquus iure appellari potest. Ex hoc autem sequitur nullum efficax testimonium à Baronio inductum esse ad probandū quod temporibus Esdræ tot per orbem synagogæ extarent, & proinde tot exemplaria Biblica.

31 Quod autem à temporibus Esdræ mos iste potuerit initium trahere, potiusquam retro ante diebus, in causa est periculum, quod tunc fecerant in proprium caput Iudæi circa librorum sacrorum iacturam; & tunc proprio periculo edocti, ne iterum quid simile paterentur, de multiplicandis synagogis & sacrorum librorum exemplaribus, deque crebro legendis, & percurrendis illis sedulo cogitarunt. Imò quod ante Esdræ tempora non cœperit ista consuetudo, sed potius post obitum eius, facile conijcere possumus ex verbo illo, quod quarto libro Regum *n* dubio præcedenti intulimus, vtique illud de libro legis amisso, & posteà in templo inuento tempore Iosiæ Regis: ob cuius libri omissionem multa ad legem pertinētia ignorata sunt, & violata. Quod tamen ægrè euenire posset, si iam in quocumque vico aliqua synagoga vigeret, & in quacumque synagoga liber Dei contineretur, legereturque per omne Sabbathum. Quæ causa multiplicandi sacra volumina, & per omne Sabbathum legendi ca? *n 4. Reg. 2. 9.*

32 Tertio dicto Baronij respondeo, ad summum probare aliquot exemplaria apud Iudæos tunc temporis remansisse: non tamen integra, & incorrupta; & prout opus erat: aliàs qualem castigationem Esdras adhibere potuisset? quod tamen ipse Baronius in quarto dicto concedit. Resp. argum. 3. Baronij.

33 Quarto dicto Baronij assentior in eo, quod ait de librorum deprauatorum castigatione per Esdram. Sed non satis capio, cur elogium Machab de Nehemia Bibliothecæ Hierosolymitanæ cōstructionem acommodauerit Esdræ, & dixerit, quod ab Esdra Nehemia collecta fuit Bibliotheca: quasi Esdras esset Nehemias, aut vnicum vtriusque indiuiduumque studium in omnibus, vel saltim in hac parte constituendi Bibliothecam illam: quod tamen non constat. Res. 4. Baronij propositio authorismē ti.

34 Salua igitur est probabilitas sententiæ sanctorum Patrum de iactura sacrorum Bibliorum à tempore Babilonicæ captiuitatis, deq; integra, & adæquata restitutione illorum per Esdram acerrime beneficio memoriæ insignitum, diuinitusque illustratum, præuentum que ad tantum opus. Dictorū epithome.

DVBIVM QVINTVM.

Vtrùm modò extet, & sit vera Scriptura sacra?

SVMMARIVM.

1 *Hæretici sunt à parte negatiua.*

2 *Communis consensio est extare aliqua diuina oracula literis expressa.*

3 *Non potuit Dei populus absque sacris Scripturis consistere.*

4 *Arguitur primò à parte negatiua ex eo, quod Scriptura nō extat in primitiuo suo idiomate.*

5 *Cur litera vltima alphabeti Hebraici figuram crucis referebat?*

6 *Olim tota lex vetus velut vnū versiculum memoriter tenebatur.*

7 *Cur in Scriptura sacra vna litera plures habeat sensus?*

8 *Arguitur secundo ad idem ex eo, quod olim alphabetus Hebraicus vocalibus elementis carebat.*

9 *Quid mysterij portenderit condere alphabetum Hebræum omnino absque vocalibus?*

10 *Quid fascinauit Saulem non omnino delere Amalech contra præceptum Domini?*

11 *Arg. 3. pro parte negatiua ex eo, quod diuinum verbum debet innariabile esse.*

12 *Confirmatur ex eo, quod exemplaria*

57 *Respondetur argumento in contrarium numeri 50. ostendendo discrimen inter scribendum, & loquendum.*

58 Cōpendiosissimus scribēdi modus.

59 *Respondetur argumēto numeri 51. & ostenditur quid ly, apex, & quid ly, iota.*

60 *Respondetur argum. numeri 53. quod aliquando ly, punctum, est idem quod accentum.*

61 *Respondetur argumento principali numeri 8.*

62 *Respondetur ad confirmationē de qua numero 9.*

63 *Non perit confusionem vocalium literarum in aliquibus dictionibus orbitas.*

64 *Arguitur, varietatem lectionum obstare veritati, & authoritati Scripturæ.*

65 *Frequens lectionum varietas in Biblijs sacris.*

66 *Reijciendæ plures lectiones & trālationes: quia adulterinæ.*

67 *Obseruandæ lectiones variæ Bibliorum: quæ licet specie different: re tamen consonant.*

68 *Regula discernendi legitimam lectionem ab adulterina.*

69 *Respondetur confirmationi: de qua numero 12. diuersarum linguarū codices esse materialiter diuersos, non verò formaliter.*

70 *Ex multis elicitur extare libros sacros.*

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ.

1 A Parte negatiua quæstionis omnino illi sunt, qui dubio 2. huius tractatus cap. 1. negarunt, omne Dei verbum scriptū. Quibus subiūgi debēt qui apud sanctū Ephrē *a* in Scripturā dicteria iaciunt: & magna illa Epicureorū caterba, qui (apud Caluinistas) *b* Scripturam aiunt incertā: & tandē Suelfedius, qui *c* (apud Serariū) *d* Scripturā conuitijs dilacerat, vocando eā puerorū idolum, ac pupā, pro viribusq; authoritatē illius abnegat, & eleuat. Horū tamen sentētia, licet ineptissima sit, tàm propter ea, quæ ibi contra eos produximus, quā etiam propter cōmunem existimationē, & sensūm. Cōmunis enim animi conceptio est, esse aliquod Dei verbum, non solùm ore tenus prolatum, sed etiā literis mandatum; vt vel ipsi Gentiles apud Clem. Alex. *e* & Lactantiū Firmianum *f* efferunt de diuinis oraculis, legibusque supernis. Et ipsi Turcæ (apud Nicolaum Cusanum, *g* & apud Cantacūzanum) *h* iactant conditorē mundi fuisse sui alcorani authorem, & dictatorem. Et vt Origines ipse adamantis *i* expēdit, & habet, nullatenus potuisset Iudæorū populus consistere sine vlla promissionum diuinarum præscientia, ac testimonio. Tùm quia nisi prophetico ministerio instructi, & diuinæ mentis interprete moniti, non possent illas voces edere, *Omnes Dij Gentium dæmonia*. Tùm quia cum passim viderent innumera miranda fieri (vt AEsculapij sanitates, & oracula responsa reddere tòt sibi dicatis vrbibus) facilè Iudæi desciuissent ad illos externos fatidicos, & sanitatum largitores Deos, si nullam veri Dei sensissent in rebus dubijs præsentiam; non tamen sic desciuerunt, sed maluerunt innumeras calamitates perferre, quàm abiurare Iudaismum, legesque patrias deserere. Signum ergo vrgentissimum est, quòd Iudæi verbo diuino edocti ista perculerunt, & quòd legem Scriptam meritò, vt verbum Dei scriptum, digitoque ejus exaratum, venerati sunt. Licet igitur hæc sententia ineptissima sit aliquibus tamen argumentis, quoad præsens attinet, muniri aliquantulum potest.

4 In primis enim, si aliqua nunc Scriptura verè sacra extaret, maximè illa, quam

Hæretici sunt à parte negatiua.

2 Communis consensio est extare aliqua diuina oracula literis expressa.

3 Non potuit Dei populus absque sacris Scripturis cōsistere.

Arg. 1. à parte negatiua ex eo, quòd Scriptura nō extat in primitiuo suo idiomate.

a *Tom. 2. adhortatione 2.*

b *Præfatione in sua Biblia Gallia*

c *To. 2. Epist. 24.*

d *In prolo. Bibliæ cap. 7. q. 2.*

e *Lib. 1. strom.*

f *Lib. 1. diuinarū institut.*

g *Lib. 1. Cribrat.* [illegible]

h *Lib. 1. aduersus Musulmanos.*

i *Lib. 3. Celsum.*

quam nobis Esdras restituit; siquidem alium sacræ paginæ instauratorem nec nos noscimus, neque habemus. At Scriptura quam Esdras restaurauit verè Scriptura sacra nõ est. Igitur nulla Scriptura, quæ diuina sit extat. Hæc probatur minor ex eo, quòd vt D. Hieronym. K refert, Esdras non restituit sacrã paginam eisdem literis & characteribus, quibus perierat, sed alijs longè diuersis. Quod etiam asserit Sixtus Senen. inquiens: l *Esdras restituit Scripturas nouis ad scribendum literis repertis, ne cum Samaritanis, qui ex Gentilibus in Judæam venerunt Iudæi miscerentur; qui prius ad illud vsque tempus alias literas à Moyse traditas cum Samaritanis communes habebant.* Et idem repetunt Bellarm. m & August. Tornelius, n qui etiam ex Hieronymo o subiungunt in huius rei experimentum: videlicet quod postrema litera alphabeti Hebræorum erat similis T Græcorum, & figuram crucis referebat, vtique in signum, & mysterium, quod finis legis futurus erat Christus crucifixus: at verò nunc eadem postrema litera nullum talem speciem crucis, similitudinemve habet. Ex quo sequitur diuersas omninò esse literas, quibus nunc vtuntur Hebræi, ab illis quibus vtebantur antiquitus; nimirum ante Babylonicam captiuitatem. Cùm igitur characteres Hebræi (quibus olim sacra pagina exarata erat) forma diuersi essent, & proinde significatione, vt constat ex modò dictis de litera T: consequens est, quòd sacræ paginæ authoritatem amiserint, vtpote quæ verbi Dei fœcundam, singularemque significationem ab Spiritu Sancto intentam, amiserunt.

K *In prolog. Galeato.*

l *Lib. 1. BB. sanct. Esdras.*

m *Lib. 2. de v. d. cap. 1.*

n *Ad annũ 3610. num. 23.*

o *Sup. Ezech. 9.*

5 Cur litera vltima alphabeti Hebraici figurã crucis referebat.

Olim tota lex vetus velut vnus versiculus memoriter tenebatur.

6 Confirmatur primo sic. Ex Rabbi Moyse, & ex Rabbi Elia, apud Salmeron, p dubio tertio retulimus, id quod etiam ex Elia Rabbi noster Genebrardus q obseruat; videlicet, totam legem antiquitus fuisse velut vnum pasuc, hoc est versiculum, & periodum; adeò vt si in lege inuenta esset aliqua dictio puncto clausulæ terminata, talis liber talem dictionem cõtinens, vt profanus legi in synagoga non poterat, sed ab illa penitus relegabatur: vtpote quia verbum Dei scriptum omnimoda stabilitate, & inuariabilitate constare debebat: at si Esdras non vnum, aut alterum in sacra mutauit pagina; sed omnes, & singulos characteres; consequens est; vt sic corrupit illam, atque violauerit, vt sacræ paginæ nomen iure non retineat.

p *Proleg. 4. Bibliæ, fol. 47.*

q *Lib. 2. Chronolog.*

Cur in Scriptura sacra vna litera plures habeat sẽsus?

7 Confirmatur deinde. D. Thomas r reddens rationem cur vna litera sacra plures sensus admittat inquit: *Quod ex mente Dei, non solùm voces, sed etiam res significationem inducunt.* Quasi dixisset, non solùm dictio integra in sacra pagina habet rationẽ termini significatiui; sed etiã res ipsæ per tales terminos significatæ; imò & elemẽta ipsa, & characteres, quibus ita significarentur: vt patet in exemplo adducto de litera T: cuius, & propria effigies ex intentione Dei mysterium referebat: & quidem profundum: nimirùm mysterium crucis, atq; redemptionis. Sublatis igitur de medio huiusmodi characteribus ex institutione diuina sic efformatis; consequẽs est, vt verbum Dei scriptum de medio sublatum fuerit, & proinde quod sacra pagina iam non extet.

r *1. p. q. 1. a. 10.*

Arg. 2. ad idẽ ex eo, quod olim alphabetus Hebraicus vocalibus elemẽtis carebat.

8 Secundò. Prisci Hebræorum Scriptores (iuxta quæ obseruat Sixtus Senen.) s vocalibus omninò literis destituti erant, adeò vt sola consonantium literarũ Scriptura vti cogeretur: & cũ legere vellẽt dictiones, quæ ex insonis liter̃is cõpositis, ac prorsus mutas ore, aut lingua exprimere, quod Scripturæ deerat, sono viuæ vocis supplebãt, addẽtes insonãtibus literis sonos quosdam vocales, ex cõmuni progignẽtis loquutione, & vulgari prolatione mutuatos: v. g. si scribẽda erat dictio ista *Lamech*, notabãt eã tribus tantũ cõsonantibus literis, videlicet l. m. c. Deinde cũ fuerat pronũcianda, ex naturali quadã propriæ prolationis peritia, aduoculabãt eã addito sonitu vocalis literæ a & e, sicq; totã dictionẽ cõponebant pronũciantes *Lamech*. Et iuxta hunc morẽ Iudæi omnes quæcũq; Hebraica scripta legere consueuerũnt: at postquam Hierosolymitanum Regnum funditus euersum est, & Iudæi omnes à Romanis in vltimam sempiternamque captiuitatem adducti, paulatim cœperunt sermonem patrium oblibisci, & propter defectum vocalium literarũ diuinæ

s *De stigmatico exponendi modo, lib. 3. BB. S.*

Scripturæ dictiones varijs & ambiguis sonis efferre, legere, intelligere, & exponere, ac etiam in alias linguas diuersis & interse discrepantibus verbis, & sensibus transferre. Cùm ergo Biblia sacra, quæ habentur ex huiusmodi exemplaribus, emendicata fuerint & desumpta; consequens est, verè sacra non esse, sed sacrorum loco subrogata fuisse.

9 Confirmatur. Consilium Dei circa exarandum sacrum suum verbum tali Scripturæ genere, quod caret vocalibus, vel illud esse potuit, quod vt habetur in prouerbijs: t *Gloria Domini est celare verbum.* Id est, ad maiestatem Dei loquentis pertinet sic verbum eructare, vt non significationis non fiat: sed adhibito speciali conatu sensus percipiatur. Constat autem hoc maximè fieri demptis ab omni dictione literis vocalibus: inde enim ab aliquibus Hebræorū assertū est, v quòd quando Saul non interfecit omnes Amalechitas, incendioque consumpsit Amalech spolia, contra mandatum Domini, præcipientis vt deleret memoriam Amalech de terra; inde ortum & occationem habuit, quòd dictio, pro qua ipse x interpretatus est *masculam*, interpretanda erat *memoria*; ita vt intelligere deberet memoriam Amalech tollendam esse de terra: & non tantùm masculos Amalechitarum. Ambiguitatis ergo causa in eo sita fuit, quòd eisdem prorsus characteribus, quibus scribenda erat ly *memoria*, scribebatur etiam & *masculus*. Quæ tamen ambiguitatis deceptio cessit omnino in excidium, ruinamque ipsi Sauli. Cùm ergo exemplaria sacra destituta sint characteribus illis, consequens est vt verbum Dei scriptum apud nos non conseruetur, sed ad summum aliud depromptum & desumptum ab illo.

t *Prouerb.* 27. 2.

v *Exod* 17. 14.

x *Sixtus Sen. vbi sup. fol.* 148. *lit.* C.

Quid mysterij per tenderit condere alphabeticū Hebr. omnino absq; vocalibus.

10 Quid fascinauit Saulē nō omnino delere Amalech, cōtra præceptū Domini.

11 Tertiò, vt verbum Dei scriptum verè verbi Dei proprietatem & dignitatem retineat, opus illi est, vt semper in variabile, atque idem sibi ipsi cōsistat, vt de veritate dici solet vtique quod consistit in indiuisibili: *Et initium verbum Domini* (ait Dauid) *est veritas.* At nihil aut penè nihil in veteri testamēto inuenitur quod dictionum, vel contrarietate, vel varietate, vel saltem ambiguitate nō laboret, vt patebit legenti lectiones Chaldaicas, Syriacas, Græcas, Latinas, & similes, & multa sunt in nouo testamēto, quæ aliter ab vno, quā ab alio Euangelista referuntur, vt patebit legenti Euangelistarum concordiam apud August. & alios: ergo nihil horum potest habere rationem verbi Dei, aut Scripturæ sacræ: siquidem vltra vetus & nouum testamentum sacra non est Scriptura.

Arg. 3. pro parte negatiua ex eo, quòd diuinum verbum debet inuariabile esse.

12 Confirmatur: Nunc non extant codices originales, qui Apostolorum, aut etiam Prophetarum manibus exarati sunt; imò Biblia, quæ extant, non cōtinent originalia, sed neque formalia verba Dei, vtpotè alijs versa, & conuersa in linguis. Igitur vera, ac propria Scriptura Dei non extat.

Confirmatur ex eo, quòd exemplaria Scripturarū primęua reipsa nō extant.

13 Denique, si nunc est in rerum natura sacra pagina, aut hoc notum est nobis per se, aut per aliud. Sed non primum, quoniam aliàs nullus posset inficiari propositioni de inesse Scripturarum sacrarum: sed neque secundum; quoniam in primis, hoc Deus nobis immediatè, & per seipsum nō reuelauit, vt reuelauit Prophetis, & scribis illis; medio quorum ministerio suum verbū Scriptum nobis contulit: hoc enim quisque apud se experitur: neque etiam reuelauit per aliquem Prophetarū, vt reuelauit Iudæis temporibus legis scriptæ: neque etiam per Ecclesiam Catholicam: quoniam Ecclesia nullam huiusmodi rei specialem reuelationem agnoscit, nec nobis agnoscendam proponit. Quo igitur præsidio fulti prudenter affirmare poterimus, vere nūc esse in rerum natura aliquam Scripturam sacram. Nō ergo videtur quod sit.

Arg. vlt. ad idem ex eo, quòd nō habemus per quid certò sciamus quinam sint libri sacri.

Alia argumenta adijciunt aliqui, quæ cum ad particulares quæstiones pertineant, in illas amandamus.

(?)

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur de fide pars affirmatiua quæstionis, scilicet extare Scripturam sacram.

12 IN Contrarium nihilominus est ipsa fidei inconcussa veritas, sufficienterque deducta, vel eo, quod in Christi Domini tempestate verè extabant in rerum natura Scripturæ sacræ, vt constat ex eo, quod ipse apud Lucam a ex Scripturis sacris suam ad Iudæos legationem probauit, vtique testimonio illo Esaiæ, b *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me*: & rursum apud Marcum, c confutauit Saducæos scripturæ testimonio inquiens: *Nonne ideo erratis non scientes Scripturas?* & rursum apud eundem Marcum à Scripturis comprobauit articulum resurrectionis dicendo: *De mortuis autem, quod resurgant, non legistis in libro Moysi*; & apud Matthæum induxit contra Pharisæos expressum scripturæ elogium; e dixit enim *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias; Populus hic labijs me honorat*; & apud eundem f obturauit Pharisæorum ora sacrilega, inducto ex Psalm. g 109. 1. quod ita habet, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*: & apud Ioannem, h relegit Pharisæos ad scripturarum scrutinium dicens: *Scrutamini scripturas*. Erant ergo Scripturæ sacræ, & authenticæ temporibus Christi. Quare ipse Ioannes Baptista, i Esaiæ testimonio, k munus & ministerium suum propalauit, dicendo: *Ego vox clamantis in deserto*: sicut dixit Esaias Propheta. Sed à Christi tempore, vsque nunc scripturæ illæ seruatæ & per manus traductæ habentur & retinentur. Igitur nunc scripturæ sacræ extant.

Pars affirmatiua quæstionis fidei dogma est omnium sæculorum authoritate fultum.

a Luc. 4. 19.
b Esai. 61. 1.
c Marc. 12. 24.
d Idem ibi 26.
e Esai. 29. 13.
f Matth 22. 42.
g Psalm. 109. 1.
h Ioan. 5. nu. 39
i Idem 1. nu 23.
k Esai. 40. n. 8.

13 Minor huius argumenti ad sensum patet, ex eo, quod in primis centum annis à Natiuitate Christi floruerunt scriptores Ecclesiastici Petrus, Paulus, Matthæus, & reliqui Euangelistæ cum alijs scriptoribus librorum noui testamenti. Floruit etiam Philo Iudæus, S. Marcialis, Dionysius Areopagita, & sanctus Ignatius cum alijs quàm plurimis.

14 Secunda item centuria floruerunt Iustinius martyr, Hermes frater Pij I. Pontificis, Dionysius Episcopus Corinthij, sanctus Polycarpus martyr, Hegesippus, sanctus Irinæus, Athenagoras, Clemens Alex. & Tertullianus, cum alijs innumeris.

Tertia centuria floruerunt Origenes, Amonius Alex. Minutius Felix, Minutius Africanus, sanctus Hippolytus Portuen. Episcopus, sanctus Cyprianus Episcopus & martyr, sanctus Gregorius Neocæsarien. Episcopus dictus Thaumaturgus, Dionis. Alex. sanctus Victorinus Pictauien. sanctus Pamphilius Episcopus & martyr, cum ingenti alia Doctorum ecclesiasticorum classe.

Quarta centuria floruerunt Lactancius Firm. Eusebius Cæsarien. sanctus Antoninus Abbas, Iuuencus Presbyter, sanctus Athanasius, Victorinus Afer, Hilarius Pictauien. Optatus Milleuitanus, Didimus Alex. sanctus Patianus Barcinonen. Basilius Magnus, Gregorius Nicenus, Nazianzenus, Ambrosius, Prudentius, & Hieronymus cum alijs de choro Doctorum, maximè Theophilus Alex. Ruffinus, Chrysostomus, & Euagrius monachus.

Scriptores Ecclesiastici à prima centuria Ecclesiæ.

Scriptores Ecclesiastici à secunda centuria & tertia & quarta.

Quinta centuria floruerunt D. Augustinus, Seuerus Sulpicius, sanctus Paulinus, Possidonius; Lucianus Presbyter; sanctus Eucherius, Lugdunen. sanctus Maximus Taurienfis, Iunilius, Primasius, Victor Vticen. cum Cassiano, Cyrillo Alex. Vincencio Cirinin. Marco Aremita, Fulgencio Ruspensi Episcopo, & alijs.

Sexta centuria floruerunt santissimus P. N. Benedictus Abbas, Cassiodorus, Andreas Hierosolymitanus Episcopus Creten. Venantius Fortunatus, Gregorius Magnus, Gregorius Turonen. cum Hisichio Hierosolym. Episcopo, & cum alijs magni nominis authoribus.

Scriptores Ecclesiastici à centuria 5. 6. & 7.

Ter-

Septima centuria floruerunt Leontius Episcopus Cypri. sanctus Paterius Notarius Romanæ Ecclesiæ, Sophronius, sanctus Isidorus Archiepiscopus Hispalië. Gregor. Alex. sanctus Maximus Confessor, Ionas monachus, Theodorus Cãtuarien. S. Cæsarius Arelaten. sanctus Iulianus Pomerius Archiepiscopus Tolet. & alij omni laude celebres.

Octaua centuria venerabilis Beda, sanctus Ioannes Damasc. monachus, sanctus Bonifacius Mogunt. sanctus Germanus Patriarcha Constantin. Paulus Diaconus, Alcuinus, Vsuardus monachus, Paulinus Achilien. & alij similes è Benedictina familia, quos breuitatis causa prætereo. 18 Scriptores Ecclesiast. à cẽturia 8. & 10.

Nona centuria Ionas Aurelianen. Angelomus, Ahimo Alberstaten. Episcopus Rabbanus, Maurus Archiepiscopus Mogunt. Strabo Fulden. author Glossæ ordinariæ, Vualfridus, Strabo Aurien. Abb. Aymonius monachus, Anastasius Bibliothecarius, Christianus Dugmarius, Phocius Patriarcha Cõstantinop. Ioannes Diaconus Remigius Antisiodoren. Theophilactus, & Ambrosius Asbertus.

Decima centuria Oddo Cluniacen. Abbas Ado Vienen. Rodulphus Flauiacen. Smaragdus Abbas. Abbo Florian. cum Rosueta sanctimoniali, & cum alijs è Benedictina familia egregijs pro Ecclesia scriptoribus.

Vndecima centuria floruerunt Rodulphus Ardens; Philbertus Carnoten. Hermanus, contractus Comes Verengen. monachus, sanctus Petrus Damianus, Vmbertus Card. sanctus Lantfrancus, Roggenus monachus, Anselmus Cantuarien. œcumenius, Marianus, Scotus, Anselmus Episcopus Lucen. cum sancto Bruno Cartusien. fundatore, & cum alijs egregiè doctis in Ecclesiam scriptoribus. 19 Scriptores Ecclesiast. à cẽturia 11. 12. & 13.

Duodecima centuria Sigisbertus Gemblacen. Gregorius Cedrenus, Rupertus Euicien. Guillielmus Abbas, Honorius Augustudonen. sanctus Bernardus Clareualen. Abbas, Hugo de sancto Victore, Gratianus, Petrus Lombardus, Petrus Venerabilis Cluniacen. Abbas cum Euthymio, Eigabonio, Roberto, & Guerico Abbatibus Niceta, & Ricardo Cluniacen. cum alijs eiusdẽ encomij scriptoribus.

Decimatertia floruerunt Clindanus monachus, Petrus Cantor Cæsarius Hiesterbacẽ. Iacobus de Bitriaco, Hugo Carren. Card. sanctus Antoninus de Padua, Alexand. Alens. Vincentius Veluacen. Albertus Magnus, sanctus Thomas Aquinas, sanctus Bonauentura, Ioannes Duns, Scotus, cum multis alijs maximè in disputatrice Theologia viris clarissimis.

Decimaquarta centuria Nicephorus, Calixtus, Guido Carmelita, Petrus Aureolus, Nicolaus de Lyra, Simon de Casfia, Thomas de Argentina, Gregorius Ariminen. cum reliquis illius nominis, qui nominales vocantur, Paulus Venetus & multi alij eruditi & docti. 20 Scriptores Ecclesiastici à centuria 14. 15. & 16.

Decimaquinta centuria Capreolus, Thomas Vualdensis, Alphonsus Tostatus, sanctus Vincentius Valentinus, Ambrosius Camaldulens. Abbas, sanctus Antoninus Florentiæ, sanctus Bernardinus Senen. Nicolaus Siculus Archiepiscopus, Panormitanus, qui communiter appellatur Abbas Panormitanus, Ioannes de Turrecremata Card. Tritenius Abbas, cum Ioanne Nauclero & multis alijs multi nominis viris.

Decimasexta centuria Baptista Mantuanus, Ioannes Ekius, Ioannes Rosen. Thomas Cautanus, Hier. Lauretus Abbas, sanctus Fœlicis Grixolen. Alphonsus Biruesius, Episcopus Canarien. Franciscus de Victoria, Petrus, ac Dominus de Soto, cum Alphonso de Castro, & similibus eximia laude celebratissimis, ac semper celebrandis scriptoribus, maximè ex Dominicana, Seraphica, & Augusta Augustiniana familia. Scriptores Ecclesiast. à cẽturia quæ nouissima est.

21 Vltima, ac præsenti tandẽ centuria eximie floruerũt Robertus, Card. Bellarminus, Petrus Canisius: Card. Toletus: Ioan. Maldonatus, Ludouicus de Molina; Franciscus Ribera: Gregorius de Valencia: Frãciscus Suarez: Ioannes de Pineda: Gabriel Vazquez: Nicolaus Serarius, Martinus del Rio, Ioan. Mariana

Mariana, Ioan. de Salas, & innumerabiles alij omnes à Troiano illo equo exilientes, vtique à splendidissima, & nobilissima Societate Iesu; clarissimus denique Ioannes Alphonsus Curiel, eximium Salmanticen. decus & Ecclesiæ Catholicæ sidus fulgentissimum, cum Dominico Bañes, Francisco Zumel, Ludouico Legion. innumerisq; alijs, quos vel inuitus prætereo, ne assentari videar, ac blandiri viuentibus. Hi omnes igitur scriptores Ecclesiastici vel obiter, vel ex professo illas easdem scripturas, quas Christus testatus est, & in Iudæorum thesauris, promptuarijsq; esse præmonuit, crebrò inducunt, & in sui patrocinium vocant, tamquam irrefragabilia Spiritus sancti elogia. Est ergo in rerum natura aliqua nūc Scriptura sacra, vtpotè à primis illis ad hæc vsque nostra tempora quasi per manus deducta.

Communis cōsensio est pars affirmatiua quæstionis.

22 Confirmatur hoc ipsum ex eo, quod non solùm prædicti Patres doctrina & pietate illustres, verùm etiam perfidi & obscuri Iudæi, & omnium imprudentissimi hæretici scripturarum elogijs, vt argumentationibus irrefragabilibus vsi sunt, per omnes istas centurias, tàm in suis disputationibus, quàm etiam expositionibus, & commentarijs. Signum igitur vnanimæ consensionis & communis sensus in hac parte est, quare aliquid contra illam effutire, perinde est, ac sensui communi inficiari, & palpare vt cæci in meridie.

CAPVT TERTIVM.

Idem ostenditur rationum præsidio & pondere.

23 Ratione ostendetur pars affirmatiua quæstionis ex honestate & sublimitate scripturarum.

Rursùm hoc probare poterimus rationibus, & argumentationibus illis, quas à capite 3. dub. 2. in præsens distulimus, vt esse Scripturam sacram contra Ethnicos, & paganos ostenderemus. Prima autem ratio est, quod multi circumferuntur, cunctorumque manibus teruntur codices, in quibus non solùm inuenitur doctrina boni, & æqui cōsulens, rectæq; rationi consentiens vbiq; & semper, verū etiam supra hominem, imò etiam sup. angelum, captumq; Angelicum. Sanè præceptum de diligendo Deo ex toto corde, & de præstandis proximis nostris quæcunq; nobis præstari concupimus, & similibus consulunt bono, & æquo: præcepta autem de sacramentorum susceptione, simul cum doctrina de Deo trinò & vno, deque arcanis & reconditis eius, non solùm supra captum hominum, sed etiam (citra reuelationem diuinam) supra captum creabilem est. Hæc igitur doctrina Deum authorem redolet; siquidem, *Quæ sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus eius, qui in ipso est*: sicut, a *Quæ sunt hominis nemo nouit, nisi ipse spiritus hominis*. Propter hoc enim cor hominis dicitur, b *prauum & inscrutabile*: & quod nullus est, qui cognoscat illud. Adde, quòd cū Deus humanam naturā condiderit, ad illū omnino spectat munire, formare, & instruere illam, videlicèt tàm in naturalibus, & moralibus, quàm etiam in supernaturalibus & gratuitis, & proinde tradere homini naturalia, & supernaturalia præcepta & documenta, quibus ad suum propriū finē peruenire valeret: & proinde scriptura huiusmodi media continet diuina, & à Deo est.

a 1. Cor 2. 11.
b Hierem. 17.

Ostenditur pars affirmatiua quæstionis ex mirabili scripturarū fructu.

24 Deinde innumeras orbis regiones ad se cōuertunt hæc biblia, infinitasque propemodum & quasi in infinitum dissidentes, distantesq; voluntates humanas ad vnius fidei concordiam reduxerunt, vitia sine numero & modo radicitus extirparunt, acerrima hominum ingenia, excellentioraque eorum iudicia ad sui studium rapuerunt, in tantaque librorum varietate ac veritate, in tantaque diuersitate scientiarum biblia illa eminere & potissimum locum occupare visa sunt; non solùm in vno vel altero Prouinciæ, aut Regni Cancello, verum in totius orbis maiori, ditiori prudentiori, atque præstantiori parte: ac denique inter tot contra huiusmodi biblia ingruentes tyranuldes, & sæuitias, semper, & vtique caput

extulere

ex ...lere, & n...bilissima victoria potita sunt; vt vel hæc omnia ad sensum vniuersorum patent. Signum igitur est, huiusmodi biblia diuinum aliquid cõtinere, authoremq; suum non alium quàm Deum ipsum esse: siquidem tam supra hominem supraq; naturam effectus, suprahominem, & supra naturam exigunt causam: & proinde Deum ipsum authorem.

Ostenditur idem ex styli simplicitate & sinceritate.

25 His adiunge, quod victoria ista, atque eminentia Bibliorum adscribi nullatenus potest eloquẽtiæ, aut elegantiæ sermonis biblici: quoniam is simplex adeò est, vt potius perterrere faciat lectorem facundum, ac dicendi ornatum, quàm aliquo modo alliciat. Vnde notauit Paulus, c quod non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed potius in simplicitate sermonis Euangeliũ Christi euulgabatur. Si igitur sermonis simplicitas, & pura synceritas, quibus biblia constant, trophæum vbique & semper apud vniuersas nationes dicendi gloriæ cupidas, erexerunt; consequens est, vt omnes aliquid diuinum in huiusmodi biblijs præsenserint: & proinde quod illorum author tantùm sit ipse Deus: atq; ideô quòd scriptura illorum verê diuina sit.

c 1. Cor. 2. 4.

Ostenditur pars affirmatiua ex alijs contexturis.

26 Denique plures cum ab huiusmodi libris antea alieni fuissent, postea tamen illis illorumq; lectioni se totos addixerunt, vt de multis Patrum compertum est: & de Iudæis recenset Epiphanius: d inter quos fuit ille Iosephus celeberrimus tempore Constantini Magni. Plures etiam doctrinam illorum suo sanguine defensarunt: vt patet in martyribus. Plures item mori maluerunt, quàm illos tyrannis gentilibus tradere: vt Cęsar Baronius e ex Augustino, Eusebio, & alijs sigillatim refert in Martyrologio Romano. Ibi enim refert, quò l Diocletiani sæuitia multi sanctorum Martyrum passi sunt, quia tradere noluerunt Christianos & canonicos codices, vt igne absumerentur. Plures denique ex ipsorum librorum scriptoribus miraculis euidentissimis claruerunt, vt Moyses, Iosue, Petrus, Paulus, &c. Signum ergo est, huiusmodi libros diuinam planê doctrinam continere, sacramq; scripturam esse: quoniam hæc sola poterat tales sibi effectus comparare, & toto terrarum celebres reportare victorias.

d Heres. 30.

e In Martyrologio die 2. Ianuarij.

Ostenditur eadẽ pars affirmatiua ex miraculis in bibliorum defensionem patratis.

27 His addamus mira quædam ex multis quæ Deus operatus est in huiusmodi bibliorum tutela. Sanê dum Diocletiani sententia libri sacri exurendi essent, tempore quo cœlum sudum, ac serenum rutilabat; repêtê tanta imbrium effluit inundatio, vt accensam pyram subitò suffocarit: iuxta quæ sic refert Victor Vticen. inquiens, f *Pro Dominicis scripturis dimicauit cœlum, cum Funlazus Episcopus ciuitatis Dominicas scripturas traderet exurendas, quas cum magistratus sacrilegus igni apponeret, subitò imber sereno cœlo diffunditur: ignis scripturis sacris admotus extinguitur, grandines adhibentur, omnisq; ipsa regio pro scripturis Dominicis elementis furentibus diuastabatur.*

f Lib. 3. de persecutione Vvandalica.

Idem alijs portẽtis probatur.

28 Rursum (rem nobis narrante Theodoro g lectore) cum magnum apud Constantinopolim incendium grassaretur, sacrorum librorum obiectu illicò pacatum est illud, quod in templo sanctæ Anastasiæ, sæuiebat. Tertio Rusij, siue Ruteni ad fidem conuersi referuntur apud Zonoram, h & Cromerum, i ex quo viderunt Euangeliorum librum, flammis obiectum, non ardere. Insuper, K dum sacra per noctem legenti sancto Ethmundo somnus obreperit, cãdela ardens fortê incidit in sacrum ipsum codicem, quæ diu ardens codicem non læsit: iuxta quæ recenset Seruius & Nicolaus Serarius, l apud quem hæc, & alia possunt videri. Cum igitur hi omnes codices, qui temporibus illis viguerunt, tempestate nostra retineantur, & ad sensum manifestentur, consequens est, licros sacros etiam nunc extare & haberi.

g In historia.

h p. 3. annalium ... ur. 6. in vita sancti Ethmundi.

k Lib. 3. hist. Po... en.

l Prolog. bibliæ ... p. 1. q. 10

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Respondetur primo argumento primi capitis, & discutitur:

An Esdras characteres sacrorum librorum commutauerit?

29 Discutitur an Esdras mutauerit characteres sacrorũ librorum. Cuiuscõ trouersię partes negatiuas Baron. tuetur.

IAM Argumenta primi capitis discutienda sunt: & in primis primum, quod mittit nos in controuersiam illam de commutatione literarum sacræ paginæ per Prophetam Esdram. In qua Card. Baronius *a* singularem inter omnes Catholicos sententiam tuetur, vtique negatiuam; negat enim Esdram characteres sacrorum librorum aliquando commutasse, saltem omnes, aut plures, sed ad summum aliquos, vtique quatuor vltimos Hebraici alphabeti. Præsidia sententiæ suæ in eo sita sunt. In primis, quod sententia contraria apud nullum antiquorum Hebræorum asserta inuenitur; qui tamen rem tantam non reticuissent, maximè cum encomijs maximis Esdram ipsum perpetuò celebrassent. Deinde quia Philo Iudæus, *b* & Iudæorum disertissimus illa ipsa lingua & charactere, quo antiquitus lex scripta fuerat, sic permansisse semper absque aliqua mutatione vsque ad tempora Ptholomæi Philadelphi, aperrè testatur. Non ergo Esdras legis characteres mutauit, siquidem in hac parte vni Philoni maior fides habenda est, quàm innumeris alijs recentioribus, oppositum post illum arbitrantibus.

a Tom. 2. ad annum Christi 180

b In vita Moysis

30 Arguitur quod Esdras characteres Hebraicos non mutauerit.

Quod si obijciamus Baronio, Philonem non dixisse, quòd lex antiquitùs scripta fuerat Hebraicis characteribus, sed potius Chaldaica lingua, vt intuenti patebit: occurrit ipse Baronius, & dicit, quod nomine Chaldaicæ linguæ sub intellexerit Philo linguam Hebraicam, eo quod Abraham Chaldeus fuerat, & lingua Chaldaica fuerat eo tempore idem cum Hebraica: quod & de eo testatur Hieron. dum ait, *c Philo arbitratur linguam Hebræorum ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldeis fuit.*

c Sup. Daniel 1.

31 Obijcitur & obiectio diluitur.

Cæterum in confesso est apud omnes legem Hebraicè fuisse conscriptam & ex Hebraico idiomate, & à septuaginta interpretibus Græco sermone donatam. Id Iosepho, reliquisque tàm Iudæis, quæ Græcis, atq; Latinis testantibus. Iuuare tamen potest hoc Baronij placitum euersione rationum quibus ductus creditur Esdras, vt de mutatione literarũ solicitus fuerit. Sanè ex

32 Quodnã consiliũ Esdiæ in literarũ transmutatione.

doctrina Sixti Senensis, *d* & aliorum, ideò Esdras cogitauit de mutatione literarum, vt omnino dissociaret Hebræos à Samaritanis tamquam catholicos ab hæreticis. Sed cum communis vtrisq; relinqueretur sacra pagina quãtum ad rem, quid referre poterat, quod ad inuicem discriminarentur in literarum figura?

d Vbi sup.

33 Aliud de re eadẽ consiliũ reffertur, & refellitur.

Alphonsus Salmeron *e* existimat id factum fuisse: quoniam cum scriptura sacra characteres antiqui omnino exiderunt. Sed præterquam, quod hoc falsum esse dubio tertio ostensum est contra Optatum Milleuitanum, dicentem neque vnum apicem sacrorum librorum remansisse: adhuc excidio isto vniuersali admisso, nihil roboris accrescit sententiæ contrariæ: quia saltem non perierunt characteres antiqui, quibus prophani libri exarati habebantur: & esto perijssent, non tamen interire potuit memoria illorum, magis quam dictionum sacræ paginæ. Quare sicut Esdras beneficio memoriæ restituit sacram paginam; ita potuit restituere antiquos characteres; imò videtur, quod restituere tenebatur, vt sacram paginam prorsus ad priorem statum reduceret.

e Tom. 1. prolog. 4.

Quidam

Tertium de ratione consiliũ commẽtatur alij, sed rejiciũtur.

34 Quidam Vvitakerus ex hæreticis huius temporis apud Serarium, *f* aliam huiusmodi commutationis causam reddit: vtiq; vt elegantiores fierent sacrorum librorum literæ, & ad captum faciliores. Sed vt Arias Montanus: *g* & alij notarunt commutatio ista in eo tantum sita est, quod characteres quadrati formarentur, hoc est, nõ in forma rotũda, vel acuminata, sed in quadrata potius. At quid interest ad elegantiam, vel ad intelligẽtiam quadrata characteris species potius quàm rotunda? nulla ergo rationalis apparet causa huius commutationis, & proinde nec admittenda talis commutatio: quoniam absq; ratione vrgentissima non debuit sacra pagina in alio charactere efformari ab illo quo per Moysem, & Prophetas exarata est.

Ostendi tur Esdrã Habraicos characteres mutasse.

35 Contrariam sententiam nihilominus amplexari necessum est, non solum, quia ferè cunctorum suffragijs munitam, vtique Eusebij, *h* Hier. *i* venerabilis Bedæ, *K* Ruperti, *l* Postelij, *m* Mirandulani, *n* Montani, *o* Masij, *p* Bellarmini, *q* Salmeronis, *r* Villalpandi, *s* Boderij, *t* & Scaligeri, *v* cum innumeris Rabbinis, *x* & Hebræis: sed quia (vt inquit Hier. *y*) *Certum est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Hierosolymam & restaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc vtitur, cùm ad illud vsque tempus ijdẽ Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Ecce qualiter certam, & constantem prædicat Hier. sententiam istam. Quo iure ergo nos absque rationibus vrgentissimis, vel testimonijs incertitudinis eam arguere poterimus, nedum falsitatis? Et subiungit in hunc modum Hieron. *z* *Et nomen Dei Thetagrammaton (id est trium literarum) in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie antiquis expressis literis inuenimus.* Ecce qualiter Hieron. prebet se ipsum testem oculatum literarum Hebraicarum antiquarum, quæ iam in vsu non sunt, sed neque tunc temporis erant. Quis ergo inficiabitur illi?

Characteres Hebræi antiquiores vbi nam inuenti?

36 Adde alium oculatum testem, vtique Hebræum Gerunden. Hispanum: qui (apud Ariam Montanum *a*) refert, quod cum ab Hispania sacrorum locorum videndi causa, naui vsque ad Acconum (nunc Iacam) delatus fuisset, ibi ab incolis fuit sibi ostensum argenteum numum antiquissimum; expressis tamen signis & literis conspicuè, in cuius altero latere inscriptiones erant illis compactæ literis, quibus olim promiscuè Iudæi, ac Samaritani vtebantur. Certa ergo res est de commutatione literarum Hebraicorum.

Vbi rursum characteres prædicti crebrô effodiuntur?

37 Rursum adde testem alium oculatum, nimirum Iosephum Scalig. *b* qui ita habet. *Visuntur hodie sicli, qui quotidie Hierosolymis effodiuntur, & sub Regibus Iuda in vsu fuerunt, in illis numis eædem literæ incissæ sunt, quæ in scripturis Samaritanorum leguntur sine vlla, vel exigua mutatione. Et putare veterum Hebræorum alias literas fuisse, quàm quæ in illis siclis visuntur, & quæ sub Regibus Iuda in comertijs Hebræorum erant extremæ & insanæ imperitiæ est.* Hoc autem asserit contra nouatores quosdam negantes nouarum literarum mutationem per Esdram.

Duo Hebraici alphabeti.

38 Denique adde testem alium plusquam oculantissimum, vtique Villalpan. *c* qui duos nobis Hebraicos alphabeticos proponit, vnum antiquissimum, quo primitus sacræ literæ exaratæ sunt: & alterum recentiorem, quo per Esdram iterum sacra pagina literis mandata est. Hoc enim, non vnus vel alter, sed omnes reddi possunt testes oculati huius rei: siquidem ad oculum percipere valent discrimen vnius alphabeti ab alio. Si modo verum est, quod ipse Villalpandus ex multorum diligentia, & authoritate deprompserit, & nobis intuendum tradidit.

Cur Hebraici characteres immutati?

39 Ratio autem, quæ iustè impellere potuit sapientissimum Esdram ad commutationem illam, vel illa assignari potest, quæ de Iudæorum mente refertur ab Arias Montano, & iam nos semel & iterum in hoc capite ex Sixto Senensi retulimus, videlicèt, vt Iudæi, quoad maximè fieri posset, à Samaritanis, hæreticis, & schismaticis dissociarentur, ad eũ modũ quo ad dissociãdñ homines

---

In prolog. bib. cap. 4. q. 4.
g *In apparatu tru. sct. ac mens. c. de sido.*
h *In Chronicis.*
i *Prolo. Galeato & cap. 9. in Ezech.*
K *In lib. Esdræ.*
l *3. de Vict. v. d. c. 25. & lib. 7. capit. vlt.*
m *Li. de 12. ling.*
Paccus Epist. ad Ignatium.
n *Geneb. in Chronol. lib. 2.*
o *Vbi sup.*
p *In Gram. Syris.*
q *Lib. 2. contra ver. vr. cap. 2. & in gram. Hebr. c. 1. § 3.*
r *Vbi sup.*
s *In apparatu vrbis lib. 2. d. 3. fol. 372. Prædus in Ezech.*
t *In diction. Syro Chaldaico.*
v *De emẽdatione temporum & in ai in aduers. ad 1. Euseb.*
x *Rabbini apud Ser. vbi sup.*
y *Prolo. Galleato.*
z *Vbi supr.*
a *Vbi sup.*
b *De emend. temporum & in Eusib. animaduersione pagin. 109*
c *Vbi sup. cap. 21 ad finem.*

hominis turris Babel ædificatores, d eos Dominus communione linguæ priuabit, cùm terra antea fuisset omnino labij vnius, & ad eum modum, quo dissociantur literarum ignari ab ignaris, sanè qui literas nesciũt, idem sunt in re literaria, ac si non essent. Nam si legere, & non intelligere, idem est ac non legere, (vt habet vetus proloquium) quid ipsum prorsus nó legere? Satis ergo amandabãtur Iudæi à Samaritanis per hoc quòd instruerẽtur Iudæi in literarum notitia, quàm Samaritani non haberent. Varietas enim literarum reddit ininrelligibilem sententiam, aliàs perspicuam & facilem, apud talium literarum ignaros, vt apud eos, qui nullo modo percallent Græcas literas inintelligibiles redditur vel sermo ipse patrius Græcis characteribus scriptus. — d Gen. 11. 6

R. arg. 1. in cótrariũ n. 30. 40 His fracti manent impetus argumentorum Baronij. Ad primum enim resp. quod quidquid sit de antecedenti, neganda venit consequentia: quoniã vbi res aliqua per se ipsam oculis subijcitur, authorum attestatione non indiget: testimonio enim ibi tantũ opus est. vbi res ipsa non apparet, apparuit autem hæc Hieronymo, Genenden. Scaligero, & alijs.

R. 2. arg. in cótrariũ n. 31. 41 Ad secundum resp. quod Philo tantùm dixit legem antiquitus scriptam fuisse lingua Chaldaica, mansisseq; longo tempore in ea. Et licèt nomine Chaldaicæ verè subintellexerit Hebraicam linguam, vt ipse Baronius notauit e & probauit: & adhuc probari potest ex eo, quod eo loci idem Philo e subiunxit, dum dixit, quod ad transferendam in Græcam linguam scripturam illam, quam Chaldaicam nominauit, dixit destinatos fuisse Hebræos, qui præter patrias literas, Græcas etiam percallerent: Constat autem, quod per ly *Patrias literàs*, subintellexerit literas transferendas. Constat etiam, quod Hebræis patriæ literæ non sunt nisi literæ Hebraicæ. Nec mirum Hebraicum sermonem, Chaldaicum appellari, cùm interdum Hebræi ipsi dicantur Caldei: juxta quæ ex Mellisio refert Lactantius Firmianus, f inquiens, quod Mellisius de Christo Domino hæc carmina edidit Græcè, vtique Latina facta per Gretserum. g — e 2. de vita Moysis. f 4. de vera Sap. c. 13. g De cruce c. 42

Corpore mortalis sapiens ed facta stupenda
Verum à iudicibus Chaldaicis captus & armis
Clauis & palis mortem tollerauit acerbam.

42 Cur Hebraicæ literæ aliquando nũcupẽtur Chaldaicæ. Licèt igitur Chaldaicæ linguæ nomine intellexerit Hebraicam Philo: at nihil ipse contra sententiam nostram asseruit, sed potiùs subindicauit aliquid conducens ad illam, sanè (vt frater Ludouicus h apud Villalpand. i) notauit. Propterea Hebraica lingua appellata fuit à Philone Chaldaica, quia literis Chaldaicis exarata erat. Constat autem Hebræos Chaldaicis literis vsos non fuisse, vsque dum in Chaldæam captiui abducti sunt. Ex quo sequitur, quod antiquitas relata à Philone, non habuit plura secula, quàm illa, quæ à captiuitate Babylonica vsque ad versionem septuaginta interpretum comprehensit. — h In li. cuum scripsit globum canonum. i Vbi sup. cap. 10.

Cur Esdras Hebraicos charactẽres mutauerit in Chaldaicos. 43 Et fortè hæc fuit tota ratio, quod *Esdras* sub alijs literis sacram restaurauit paginam: vtique quia ob diutinam captiuitatem potius Caldaicos characteres percallebant Hebræi, quàm *Hebræos*, sicut Sarraceni, qui diu in Hispania morati sunt, magis characteres Hispanicos, quàm Arabicos percallebant. Et per hæc patet ad alia argumenta pro Baronio inducta.

R. 1. argũ num. 4. 44 Ad argumentum autem principale (in cuius gratiam præsens istud dubium exagitatum est) resp. quod sicut scriptura sacra non propterea amittit esse scripturæ sacræ, quia varijs in linguis transferatur, ita neq; ex eo, quod varijs characteribus notetur, dummodo in singulis dictionibus vera significatio retineatur: alias nullo sermone præter Hebraico possent sacræ literæ proferri, vel etiam intimari, quod penitus falsum esse omnes versiones interpretum demonstrant. Et per hoc patet ad primam confirmationem argumenti.

CAPVT QVINTVM.

Respondetur secundæ confirmationi primi argumenti, & ostenditur quæ mysteria notauerit species literę Thau, & ad quem alphabetum pertineat.

a *Apud Hier. de Prado sup. Ezec.* 9.
b *Idem hom. de Epiph. Domini.*
c *In loc. alleg. c. 25*
d *Vbi sup.*

Quidnã mystico significabat litera T.

45 AD Secundam confirmationem resp. verum esse, quod figura literæ Thau mysterijs non carebat: vt enim Origenes, a (de mente quorundam Hebræorum, quos ipse consuluit) refert, litera Thau significabat eos, qui perfectam dictæ legis notitiam & scientiam adepti erant: & etiam illos, qui diuinam legem seruabant: & rursum eos, qui in saluatorem credebant. Et iterum ipse Orig. ita habet, b *In Ezecihele Propheta, cùm Angelus, qui missus fuerat, occidisset omnes, & interfectio cœpisset à sanctis, illi tantummodo sospites reseruantur, quos litera Thau, id est, Crucis pictura, signauerat.* Ex quo sequitur, quòd huius literæ species libertatē etiam portēdebat. Similia ex Isidoro, c & alijs refert Prado: d inter quos audiendus est Seuerus, e qui ait, huiusmodi literam fuisse telum, & sigillium custodiæ his, qui timebant Deum: & propterea apud Ezechielem tali nota signatos fuisse, qui indemnes seruatį sunt.

e *Lib. 3.*

Non perijt litera T. mutatione Hæbraici alphabeti.

46 Itaque species huius literæ Thau mysterijs non carebat: at non propterea, quod Esdras antiquos characteres mutauit, in dispendium venit ista litera. Tùm quia ipse non abstulit, nec deleuit quotquot membranas & chartas inuenisse potuit scripras antiquiori alphabeto Hebraico, sed potiùs hinc inde summo studio collegit illas, in varias partes distractas, & postea per ordinem compositas & correctas in Hierosolymitana bibliotheca inseruit; vbi litera ista cum omnibus suis mysterijs recondita fuit & reseruata.

f *Libr. 3. contra Marc. cap. 22.*
g *Vbi sup.*
h *Lib. 6. Strom. post medium.*
i *Gen. 14. 14.*

Litera non tantũ est litera alphabeti Hebraici, sed etiam Græci.

47 Tùm quia litera Thau, non solum est litera alphabeti antiquioris, sed etiàm Græci, vt notauit Tertullianus inquiens. f *De Thau in frontibus virorum, ipsa est enim litera Græcorum, quæ portendebat futuram esse in frontibus nostris crucē apud veram & Catholicam Hierusalem.* Imò ex hoc deduci vult prædictus Prado, g literas veteres Hebraicas, quibus primo exaratam legimus sacram paginam, Græcorum elementis, ac literis haud absimiles fuisse. Et confirmat ex eo, quod Aug. Philo Iudæus, & Isidorus cum Clemente Alex. h notarunt, videlicét, elementum hoc, seu literam Thau, esse numeralem literam, & significare idem quod tercentum. Et subiungit Clemens, quôd propterea tercentum vernaculis hostes fuit aggresus Abraham, & vicit. i Vnde cùm apud Græcos hanc numeralem significationem obtinęat litera hęc, & consonet sacra pagina huiusmodi significationi, iuxta victoriam, quam reportauit Abraham medio tercentorum vernaculorum subsidio, aliquale signum suppeditatur quod alphabetus antiquior Hebraicus non fuit multum dissimilis, sed potiùs affinis, maximè alphabeto Græco.

48 Mysteria literæ T.

Ex quo sequitur, quod cum sacra pagina Græcè transcripta sit, retineat formam antiquam, vel in omnibus, vel in multis characteribus, aut saltem in isto Thau.

Sensùs verbi nõ pēdet ex figura aut effigie literæ,

49 Sed quidquid sit de hoc, adhuc non sequitur, quòd inuersis literarum figuris inuertatur illicò sacra pagina, dummodo transferatur literis reddentibus eundem sensum: non enim vocis significatio alligata est literarum figuris: aliàs scripturæ Græcæ non possent Latinè transferri, salua sensus integritate, nequè Hispano sermone prolata possent Hebraicis characteribus exarari: quod tamen ad sensum patet absurdum esse. Quod si hoc de omnibus alphabeti literis, quid de vna tantùm illarum: Nihil ergo discriminis pertulit sacra pagina commutatione characterum facta per Esdram. Et per

hoc

hoc patet ad reliqua huius secundæ confirmationis, D. enim Thomas loquitur de sensu mystico significato per res, quas voces, & verba significant.

CAPVT SEXTVM.

Resp. argum. primi capitis, & aperitur, quando in alphabeto Hebraico vocalia puncta cœperint.

Sunt qui authument vocalia pũcta simul cum alphabeto Hebraico cœpisse.

SEcundum argumentum primi capitis, secundo loco soluendum est, soluta prius difficultate quadam de tempore, quo in alphabeto Hebræo vocalia puncta cœperint. In qua non vnus, vel alius dicendi modus, sed quadruplex ad minimum sententia est.

a Lib. Nur biri.

50 In primis enim est sententia Rabbi Azarias, *a* & aliorum dicentium pũcta alphabeti Hebraici vnà cum ipso alphabeto inuenta fuisse. Argumento est, tùm quod huiusmodi puncta habent rationem literarum vocalium; vocales autem literæ simul cum consonantibus suis in omni linguarũ genere inuẽtæ sunt. Tùm quia dictiones Hebraicæ non magis proferri possunt absq; vocalibus, quã dictiones Græcæ, & dictiones reliquarũ linguarum. Cum ergo ita scribendũ sit, sicut loquendum, vt terminus scriptus sit ita significatiuus, atq; vocalis, consequẽs est, quod vocales Hebraicæ simul cũ sonãtibus cœperint.

Sunt qui existiment Hebræorũ puncta simul cum lege scripta reuelata.

b Lib. 1. & 3. de caballa Iacobus Fil. chain ex Massoretis. c Matth. 5. 19. d Lucæ 16. 17. e Prefactione in nouum testamentum.

51 Secunda sententia est cuiusdam Caprionis, *b* & aliorũ, asserentium vnà cum lege scripta puncta hæc à Deo reuelata fuisse, diuinitusq; exarata. Argumento est, quod Christus Dominus indicauit huiusmodi puncta ad legis integritatem pertinere. Dixit enim *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant*: & iterum, *d Facilius est cœlum, & terram perire, quàm de lege vnum apicem cadere*, id est, vnum punctum; nam pro apice habetur Græcè keraia, id est, punctum: ly enim *keraia* crebrò apud Plutarcum, & alios sumitur pro pũcto. Imo Franciscus Lucas Brugen. (vtriusq; linguæ peritissimus, & nouissimus Matthæi Scholiastes) explicat ly *Apex*, punctum minutulum: & ly *Iota*, literarum minima, quæ vel legentium oculos fugere possunt: quid autẽ hæc nisi puncta, vel punctula? Cum ergo ad eum spectet dictare integritatem legis, ad quem spectat edicere ipsam legem, consequens est, quod Deus ex tunc dictauit vocalia puncta Hebræorum ex quo instillauit, illamque suo digito conscripsit. Sed de hoc vide infra num, 57.

52 Quid ly apex, & quid ly iota.

Esdras punctorum Hæbraicorũ inuẽtor secundũ alios.

e Præfact. in nouũ testam.

f Epist. ad Euagrium.

53 Tertia sententia est aliorum (apud Munsterum, *e*) existimantium authorem & inuentorem punctorum huiusmodi fuisse Esdram. Argumento illis est, tùm quia characteres antiquiores Hebraici, qui vel in siclis, vel in alijs monetis inueniuntur, vocalibus punctis carent. Tùm quia Hier. reuoluit, *f* & legit sacros codices Hebraicè scriptos, iuxta reparationem Esdræ: cum tamen apud ipsum Hieronymum non infrequens sit huiusmodi punctorum mentio. Sanè epistola ad Euagrium ita ait: *Non refert vtrum salem vel salim nominetur, cum vocalibus in medio literis per raro vtantur Hebræi*. Ecce apud Hieronymum, g agnitas vocales literas Hebręis. Et in Ezechielem dicit, quod frequẽter Hebræa nomina pro diuersitate accentuum, & mutatione literarum vocalium varians accipiunt significationem. Cum ergo vocalia apud Hebræos non alia sint quàm puncta, consequens est, quod de sentẽtia Hieronymi compertum inuenimus fuisse apud antiquos Hebræos vocalia puncta: & eo quod ista non præcesserint Esdram, sequitur quod ab illo initium sumpserint.

Hæbreorum puncta à Rabinis inuenta secundùm alios.

g Idem sup. Ezechielem 27.

h Lib. 3. BB. S. fol. 148.

54 Quarta sententia, est Sixti Senensis, *h* & ferè inter recentiores communis, non nisi sub annum Domini 500. puncta hæc à Iudæorum Rabbinis (qui Massoretæ vocantur) ex cogitata fuisse, & biblijs appũcta, vt sic maturiùs occurrerent malo, de quo in argumento secundo.

Probabilius est, quod Rabini Hebræorũ pũcta excogitarint.

55 Ex omnibus his sententijs extrema verosimilior, & cunctis plausibilior est: & meritò quidem, saltem quod neq; hodie in sinagogis licẽt Iudæis habere legis volumina exarata cum apicibus istis, neq; in toto Thalmud tales apices reperiuntur, imo neque in ipso Hieronymo, neq; in vetustiori, aut æquali vlla mentio fit punctorum istorum. Nouitior ergo atq; recentior Hieron. punctorum istorum inuentio est: nam si fuisset Hieron. vetustior crebrò apud illum illius mentio, & vestigia deprehenderentur, vtpotè summe studiosum

sermonis Hebraici, & multum temporis insumimentem in vertendis sacris Scripturis, transferendis vt ab Hebraico in Latinum sermonem, cum tamē non solū non deprehendantur aliqua huius rei vestigia, sed potius, vt monet & ostendit Leo Castren. *i* varijs in locis ex interpretatione Hieronymi colligitur, quod post illius tempora vocalia puncta inuenta sunt.

i Sup. Esaul. c. 5. & c. 42. & c. 35

Recētior Hieronymo existimatur pūctorū ista inuētio.

56 Illa enim punctorū adinuentio facta perhibetur anni 56. elapsis à morte Hieronymi, vtiq; anno Christi 476. vel 478. Simplicio Pontifice, Zenone autem Imperatore Orientis, & Augustulo Imperatore occidentis: Hieronymus enim obijt anno Christi 422. anno igitur 427. Iudæi Tyberiadis Palæstinæ in dicto Concilio, ad quod Babylonij confluxerunt primatijs, & potissimis eorum Rabbi Aaron Benhaser, & Rabbi Iacobben Neptali vocales alphabeto Hebraico inuenerunt, & inuexerunt: iuxta quæ ex Elia, *k* & alijs referunt Genebrardus, *l* & August. Tornielius, *m* quibus compertum relinquitur recentiorem esse inuentionem punctorum vocalium, quàm vt ex cogitata, aut in vsu videri possit simul cum ortu linguæ Hebraicæ, aut etiam cum legis reuelatione, vel cum Esdræ reparatione erga literas sacras.

k Sum. 2. lib. accentum.
l Libr. 3. Chron. fol. 248.
m Ad annū 1931 num. 14 & ad annum. 3610. n. 14

57 R. argumēto in cōtrariū num. 50. ostēdendo discrimē inter scribendum & loquēdum.

Neque aliorum sententiarum argumenta in contrarium vrgent. Ad argumentum enim primæ sententiæ resp. esse longè pronunciandi, & scribendi dispārem rationem: etenim absq; vocalibus pronunciatio fieri non potest: scribi autem maximè, vt constat saltim ex dictione XPS quæ nulla vocali notatur, cùm tamen absq; vocalibus proferri non possit. Imò cum scriptura instituta sit veluti cōpendiū vocis, & sermonis summa, opus illi est, vt quæ vox effusè & copiosè, ipsa summatim reddat. Hoc autē fieri nequit nisi dēptis aut suppressis aliquibus literis siue vocalibus, siue cōsonātib⁹ siue etiā vtriusq; vt olim apud Latinos in vsu erat iuxta illud Manilij, *n* de scriptore quodā.

n Li. 4. Astron.

Cumq; notis lingua superet,
Excipiens longas noua per compendia voces.

& paulò ante de eodem.

Hic & scriptor erat fœlix, cui litera verbum est.

58 Compēdiosissimus scribēdi modus.

Solinus.

Ex hoc autem processit, quod Solinus tradit, videlicèt scriptā Homeri illiadem in putamine nucis: vtiq; quia per compēdiū, sic vt singulæ literæ pro singulis affigerentur dictionibus: quod si hìc, tàm vocales, quàm cōsonantes literæ supprimebantur, cur in scriptura Hebraica supprimi non possent solæ vocales absq; iactura, vel etiam lectionis incertitudine? Non ergo à necessitate vocaliū erga pronūtiationē, ad earundē necessitatem erga scriptionē bona est consequentia, neq; ab vsu aliarū linguarū ad vsum Hebraici idiomatis.

59 R. arg. num. 51. & ostēditur quid ly apex. & quid ly iota.

Ad argumētū secūdæ sententiæ resp. ꝙ nomine apicis venit intelligenda, vel quælibet particula minima legis. Pro quo notandū, quod vbi nos *iota*, Syrus habet *iouà*: nā Euāgelij Græcus interpres Græcū literæ nomē posuit, vbi habebatur Hebraicum. Est autē iod Hebræis literarū minima. Quare sensus Seruatoris est, quod neq; minima quidē particula legis absq; successu, & euētu prætereunda est. Quod vero Græcus interpres verterit keraia, potius tollit quā extollit difficultatem. keraia enim Græcis propriè est idem quod particula, siue sit dictionis, siue singularis literæ, propter quod aliquando sumitur pro puncto terminatiuo dictionis, non autem pro integra litera qualis est vocalis Hebræorum. Apex autē apud Latinos, significat literæ fastigiū, quod etiam habet paruuli rationē, vtpotè perficiētis literæ figurā ac formā: & hoc est quod vult Franciscus Lucas Brug. *o* Vnde sensus verborū Christi est, ne minimū quidē, quod in lege videri possit aut præceptum, aut permissum aut prædictū, aut scriptum frustra esse, vel suo cariturū robore, ac fine: adeoq; nihil esse fluxū, solubileve in lege, sed firmia solida, sancta; omnia. Cōstat autē quod ad hoc necessariū nō fuit, quod lex vocalibus scriberetur punctis: potest enim sine vocalibus pollicitatio aliqua vel etiam cōmunicatio scribi.

o Vbi sup.

60 R. arg. 53. quod aliquando ly pūctum est idē quod accentū.

Ad argumētū tertiæ sententiæ resp. quod *Hieronymus* nomine pūctorū subintellexit accentus, qui pronunciabantur, & vnà cū scripturæ sono efferebātur, non autē, quæ vocaliū loco scribebātur: iuxta quæ notauit, & obseruauit

bit Marianus Victor; & iuxta quæ videri possunt etiã in præallegato Hieronymi testimonio: inquit enim sic: *Non refert vtrum salem, aut salim voicetur, cũ vocalibꝰ in medio literis per raro vtatur Hebræi, & pro voluntate lectorũ* (nota ly lectorũ: nõ enim dixit scriptorũ) *et quæ varietate regionum eadem verba diuersis sonis, atq; accẽtibus proferantur*: nota etiam *ly proferri*: nõ scribi, sed proferri dicit, quare quæ de vocabilibus notauit Hieronymus intelligenda veniunt quantum ad pronuntiationem, & rationem loquendi, non verò scribendi, cum tamen nobis non sit, nisi de hoc vltimo sermo.

R. arg. principali nu. 8.

61 Iam ad secundum argumentum principale resp. quod maturè illi malo vocalium adinuentione cõsultum est, & proinde sufficienter cautum ne ex codicibus deprauatis, sed potiùs ex correctissimis biblia nostra conscriberentur: affixis enim legitimis vocalibus (de quibus lege, & consuetudine sufficiẽter constabat) nullus errandi, imò neq; ambigendi de certitudine lectionis; & significationis prætextus relinquitur.

R. ad cõfirm. de qua nu. 9

62 Ad confirmationem resp. negando propositionem assumptam. Non enim Deus voluit idiomate illo sua verba exarari, nisi quia illo vtebantur Hebræi, ad quos Deus ipse sua verba faciebat. Et ad scripturæ locũ resp. sensum illius tantùm esse, quòd sicut ad honorem humani Principis pertinet rationes rerum, sermonumq; inuestigare, & iudiciorum eius causas hominibus aperire, ne existimetur in iudicijs suis minus prudens, vel etiam temerarius: sic ad supremum iudicem moderatorem omnium omnino pertinet, è contra iudiciorum suorum causas reticere, & alta mente reponere, ne viliores homines quælibet arcana illius penetrare contendant, & rationem ab eo exigere iudiciorum suorum. Propter hoc enim inclamauit Paulus, p *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm in comprehensibilia sunt iudicia eius?* *p Rom. 11.*

Non parit cõfusionẽ vocalium literarum in aliquibus dictionibꝰ orbitas.

63 Neq; aliqua obscuritatis ratio inuoluebatur in hoc quod diuina verba traderẽtur idiomate distituto vocalibus, quoniam illius linguæ gnari saltem ex accommodatione, & vsu ita percallebant sensum dictionis, sine vocalibus exaratæ atq; cum illis scriptæ, vt nos ex accommodatione & vsu tàm facile percipimus significationem huius vocis IHS sine vocalibus scripta, atq; cum vocalibus exaratur & delineatur IESVS.

CAPVT SEPTIMVM.

Resp. tertio arg. primi capitis, & discutitur, an obstet verborum, lectionumque varietas sacræ scripturæ veritati, & identitati?

Arg. varietatem lectionũ obstare veritati, & authoritati scripturæ.

64 VT Soluamus tertium argumentum examinandum est an lectionum varietas obstet veritati, authoritatique sacræ paginæ? Videtur enim quod sic; quia verba inter se discrepãtia nõ possunt inuicẽ cohærere; aliàs nõ inter se discreparent. Constat autem, quod quæ ad inuicem non cohærent, non possunt vero consonare: & proinde neq; vndique vera esse: at verba quæ à dicta veritate procedũt non possunt, neq; à vero deuiare, neque etiam in veritate deficere. Non ergo sacræ paginæ verba possunt varias discrepantesque lectiones admittere sine veritatis iactura, & naufragio.

Frequẽs lectionũ varietas in biblijs sacris.

65 In contrarium tamen est, quod lectionum varietas & diuersitas, etiam in ipsis correctioribus biblijs inuenitur & retinetur: & quidem adeò frequẽter, vt Franciscus Lucas Brug. a iustum volumen ediderit de verbis in correctioribus biblijs discrepantibus, quod edidit in Plantiniana officina Antuerpiæ ad annum Christi 1580. Constat autem, quod si lectionum varietas sacræ paginæ authoritatem corrumperet, aut aliquo modo læderet, quod sacrorum bibliorum studiosi lectiones illas discrepantes repudiarent illicò, omninoq; auersarentur tamquam exitiales Dei eloquio. *a Vbi sup.*

66 In hoc tamen deſidio reiectis imprimis, atq; repudiatis varijs nouatorum lectionibus, quin imò & bibliorum translationibus integris, quæ adulterinis omnino lectionibus abundant, & nihil aliud fidelibus præſtant quàm nouos, quotidianoſq; tumultus. De antiquioribus alijs probatæ fidei authoribus, vel in pretio habitis dicendum eſt; quòd communiter, & regulariter in ſpecie tantùm & in cortice, non autem in re, & in mente differunt, vt patebit legenti annotationes prædicti Franciſci Lucæ. Etenim plures inueniuntur lectiones in ſacra pagina, quæ licèt diuerſæ & diſcrepantes videantur, tandem tandem in idem recidunt quantum ad ſenſum & ad rem: de quibus multa licet videre apud Auguſt. in concordia Euangeliſtarum, & apud alios, qui Euangeliſtarum harmoniam ſcripſerunt, vt Ianſenius, atq; Beauxamis. Si tamen lectiones aliquot diſcrepantes ſunt circa res, illorum aliqua à veritate deflectit, & proinde Dei verbum non eſt. Iudicium autem ad diſcernendum inter veram & adulterinam lectionem pertinet omnino ad eum, ad quem ſpectat definire, qui libri reipſa ſint ſacri & in canone reponendi, qui verò vt non ſacri repudiandi. Sanè ad quem ſpectat pronuntiare de authoritate totius, ſimiliter expectat pronuntiare de authoritate partis, quia tàm verbum Dei eſt vnicum verbum, atque verborum Dei vnicum & multa volumina: & ideò ad eum recurrendum eſt, vt definiat quænam illarum lectionum inter ſe pugnantium ſacra Scriptura ſit. Deiudice autem huiuſmodi controuerſiarum inferius ſuo loco dicemus. Quia tamẽ quæ pro ſacris circunferuntur literis licèt in aliquibus diſcordent, maxima tamen ſui parte maximè conueniunt, conſentiuntq; mirificè: ideò contra ſic conſentientes argumentum tertium nullius roboris eſt, & proinde neq; cõtra concluſionem noſtram, per quam hic id ſolum decernimus, quomodo in rerum natura verſantur, habenturq; inter homines ſacræ literæ: non autem inſtituitur ſermo an omnia, quæ in ſacris biblijs habentur, & prout in illis habentur, quomodocumq; habeantur, Dei eloquia ſint.

Reijciendæ plures lectiones, & tralationes, quia adulterinæ.

67 Obſeruādæ lectiones variæ bibliorū quia licèt ſpecie diferāt, re tamē cō ſonant.

68 Regulæ diſcernē di legitimam lectionem ab adulterina.

69 Ad confirmationem reſp. originales codices materialiter tantùm, non autem formaliter differre à translatitijs etiam in aliā linguam cōuerſis: quoniam cum idem prorſus ſignificent, idem formaliter ſunt in ratione ſigni: verba autem, ſiue ſcripta, ſiue ore edita ſigna cōceptuum ſunt. Quare cū Dei Apoſtoli veteris teſtamenti ſcripturas citabant ex 70. verſione, planè dicebant illas eſſe Prophetarum ſcripturas, formaliter ſcilicet, licèt non materialiter. Sed de translactionibus ſcripturarum ad finē huius tractatus ex profeſſo diſſerendum.

R. confirmationi de qua num. 12. diuerſarum linguarum codices eſſe materialiter diuerſos, non verò formaliter.

CAPVT OCTAVVM.

Reſp. vltimo argumento primi capitis, & oſtenditur quo iure aſſeramus Scripturam ſacram modò inter homines eſſe.

70 AD vltimum argumentum ſufficienter reſponſum eſt, tàm ex dictis in ſecundo dubio huius tractatus, quàm etiam in capite primi capitis huius dubij, & in ſecundo, tertioque ſequentibus capitulis. Ibi enim oſtendimus iura, obquæ compertum faciamus Scripturam ſacram, vſque in hodiernam diem inter homines haberi & verſari. Licèt enim veritas hæc, nec per ſe, nec per alium euidens ſit, & proinde nec clara notitia, ſcientia ve explorata, ſed potius omnino credita, tamquam vnum ex præcipuis fidei articulis: tamen credibilitas eius, & credibilitatis euidentia euidentiſsimis rationibus conuincitur, vt patebit legenti ſupradicta: quibus breuiſsimè ſubiungere poſſumus eam, quæ ex venerabili antiquitate, mirabiliq; diuturnitate, & permanentia ſacræ paginæ frequenter conficitur. Sanè pagina hæc, quam ſacram

Ex multis elicitur extare libros ſacros.

cram vocamus & veneramur ortum habuit à scriptore antiquissimo Moyse, qui omnibus præluxit scriptoribus, & quo nullos authores antiquiores habemus, cuius scripta, quod inter tot mūdi turbines, orbis ruinas, regionum euersiones, gentium captiuitates, librorum interitus, morum, rerumq; omniū humanarum non solùm volubilitatem, sed etiam cōtinuam mutationem, sic tuta peremnauerit, argumento est diuinū aliquid in se continere verum facto superius, quin imò diuina esse atq; Dei oracula.

DVBIVM SEXTVM.

Vtrùm intra Ecclesiam Romanam biblia sacra extarent?

SVMMARIVM.

1 *Propter recentiores hæreticos excitatur hoc dubium.*

2 *Arg. 1. intra Ecclesiam Romanam Biblia sacra non haberi.*

3 *Arg. 2. ad idē pro parte negatiua.*

4 *Arg. 3. pro eadem parte negatiua.*

5 *Ostenditur de fide affirmatiua pars itque experientia.*

6 *Hispani quàm bibliorum mirabiles excussiones ediderint.*

7 *Variæ sacrorum bibliorum excussiones.*

8 *Ratione ostenditur pars affirmatiua quæstionis.*

9 *Quænam meritò Biblia sacra censentur?*

10 *Respondetur primo arg. partis negatiuæ, repulsa Lutherina impudentia.*

11 *Respondetur 2. arg. partis negatiuæ, & distinguitur duplex bibliorum authoritas, intrinseca, & extrinseca.*

12 *Scriptura diuina per se valde honorabilis est, adhuc apud ignaros celsitudinis suæ.*

13 *Quo sensu scripturæ authoritas innitur authoritati Ecclesiæ?*

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ.

1 Propter recentiores hæreticos excitatur hoc dubium.

HOC Dubium excitatur propter execrabiles quasdam nouatorum blasphemias, vtiq; Lutheri, Caluini, & similiū apud Cocciū, a & alios: etenim Lutherus in libro de Ecclesia ita habet: *Papa scripturā sacrā, in cœno & puluere sepelijt.* Caluinus itē: b *Si temporum fiat comparatio facilè constabit fœdioris hodie, & magis deformes esse Papalis Hierarchiæ corruptelas, quàm apud Iudæos sub Anna, & Caipha fuerunt: nam scripturæ lectio, quæ tunc vigebat, non modò sub Papa absoleuit, sed ferro & igne à templis arcetur, nisi quod lingua ignota in ludubrium cantillant.*

Arg. 1. intra Ecclesiam Romanā biblia sacra non haberi.

2 Argumento illis est, primò quod Biblia olim erant incognita vsque dū Carolstadius 8. anno post suum doctoratum primo legit biblia: vt habet Lutherus: c at Ecclesia Romana non admittit biblia hæc correcta per Carolstadium, d sed potiùs illa vt adulterina, & pestilētia reijcit: ergo Ecclesia Romana non habet sacra biblia.

Arg. 2. ad idem pro parte negatiua.

3 Deinde argumento est illis id quod nefarius quidam ex nouatoribus Caluinistis Philippus Pareus, e apud Nicolaum Serarium, f nefarie catholicis imponet, videlicèt, scripturam tantùm valere apud nos, quantum valent fabulæ Æsopi, nisi accedat testimonium Ecclesiæ: at scriptura, quæ verè sacra est, & diuina, à Deo, & non ab hominibus authoritatem habet, & æstimabilitatem. Ergo in Ecclesia Romana non est sacra scriptura.

Arg. 3. pro eadē parte negatiua.

4 Deniq; argumento illis est (vt ridicula alia serio prætereamus) quod Ecclesia Romana recipit, vt canonicos, vt & summæ authoritatis aliquos libros,

a *Lib. 1. thes. lib. 6. art. 1.*

b *Ad cap. 4. Lucæ.*

c In colloquijs latin. biblijs,

d *Apud Cocciū vbi sup.*

e *Proœm. in Oseā apud. Nicol.*

f *Vbi sup. c. 7. q. 3*

libris, qui verè canonici non sunt. Igitur apud illam non videntur esse biblia sacra. Siquidem pro sacris colit, quæ prophana sunt. Minorem huius argumenti probant ex eo, quod Ecclesia Romana recepit, vt canonicos, libros Moysi, Iob, *Ecclesiastes*, Canticorũ, Sapientiales Salomonis, Ruth, *Baruch*, Iudith, Hester, Tobiæ, & deniq; plures alios tàm ad nouum, quàm ad vetus testamentum spectantes: quos tamen audiendos non esse, aut vt diuinos vel sacros venerandos ipsi nouatores contendunt. Hæc sunt argumenta, quibus impetere videntur sacrorum librorum ab Ecclesia Romana arcem.

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur de fide pars affirmatiua.

a *In 7. decreto.*
b *Sess. 4.*

IN Cõtrarium omnino est veritas fidei in Concilio Floren. *a* definita, atq; etiam in Trident. *b* vbi anathemate feriuntur in contrariam partem declinantes. Et sanè non solùm fidei, sed experimenti res ista est: ad oculum enim subijcitur sacrorum bibliorum crebra & repetita in diuersis linguis excussio, per viros eximiè catholicos, & Romanæ Ecclesiæ prorsus alumnos. Etenim Hispaniarum æternum decus & sidus Fr. Franciscus Ximenez Archiepiscopus Toletanus, imprimi curauit Compluti biblia sacra sub multiplici lingua: videlicet, Hebraica, Chaldaica, Græca, atq; Latina. Item excussa habentur apud Christophorum Plantinum biblia sacra, quæ dicuntur Regia antiquis linguis exarata pro veteri testamento, nimirum Hebraica, Chaldaica, & Græca, cum totidem Latinis versionibus, & quantum ad nouum testamentum Græca & Syriaca cum illis correspondentibus Latinis translationibus, in quarũ excussione mirabilem impendit operam mirabilis ille, ac toto orbe celebris Benedictinus Arias Montanus Hispalen.

5 Ostenditur de fide affirmatiua pars atq; experientia.

6 Hispani quas bibliorum mirabiles excussiones ediderint

Variæ sacrorũ bibliorum excussiones.

7 Biblia item septuaginta Interpretum Venetijs olim, nouissima autẽ Romæ auspicijs Sixti V. Pontificis maximi, quàm correctissimè excussa sunt anno 1587. Biblia insuper Latina vulgatæ editionis crebrò, & passim diuersis in locis excussa, & impressa habentur: vtiq; Moguntiæ anno 1450. Basileæ anno 1485. Coloniæ anno 1479. Lugduni anno 1512. & 1522. & 1525. Antuerpiæ anno 1561. & 1565. & 1567. & 1570. & 1574. Venetijs anno 1571. & 1572. & 1574. Louanij anno 1547. & 1598. quæ omnia, & quam plurima alia (quæ ad vitandam prolixitatem omitto) cùm ad vetustissima exemplaria, & per grauiores Theologos castigata prodierint, ex codicibus, quos viri sanctitate illustres nobis reliquerunt; consequens est, illa esse verè canonica. Siquidem illæ tantùm scripturæ poterunt canonicæ reputari, quæ ex vetustioribus correctionibus, exemplaribusq; transcripta habentur. Quare supposito ex fide catholica, atq; etiam ex supra dictis dubijs præcedentibus, quòd inter homines versatur sacra pagina: relinquitur, quòd experimento pateat, sacram istam paginam intra Ecclesiam Romanam contineri.

c *Vbi sup.*

d *2. de Doctrina Christia. cap. 15.*

e *Tom. 1. libr. 2. de v. d. c. 9. & 10*

Ratione ostenditur pars affirmatiua quæstionis.

8 Ratio itẽ efficacissima pro huiusmodi negotio est desumpta ex eo, quod Concilium Trid. *c* expressis verbis testatur, videlicet, eam a se probari sacrorum bibliorum editionem, quæ longo sæculorum vsu in Ecclesia Dei probata est, vtpote quod vulgata editio, quam Concilium Trident. probauit, vel est communis, & antiqua illa quam Aug. *d* vocat. Italam, & de qua dicit, *omnibus esse præferendam*. Vel est illa, quam ex versione & emendatione Hieronymi accepit Ecclesia, plus mille ab hinc annis: vt ex professo ostendit Card. *Bellarm.* *e* Ego vel Ecclesia turpiter, ac diu in re grauissima decepta est, quod nefas: vel Ecclesia Romana veteris ac legitimis gaudet sacræ paginæ biblijs.

Quænã meritò biblia sacra censentur.

9 Denique illa apud vniuersos fideles reputantur biblia sacra, quæ in canone sacrorum librorũ vbique, & semper canonica reputata sunt, ac diuina: at hæc omnia recipiuntur intra Ecclesiã Romanã, & in gradu & ordine sacrorũ bibliorũ habentur. Igitur intra Ecclesiã Romanã sacra versantur biblia, codicesq; sacri: cõsequentia ista est, euidens maior autẽ manifesta, siquidẽ id quod

semel

semel intra Ecclesiam catholicam, vt volumen sacrum receptum est, semper in eodem gradu dignitateque debet reponi. Non enim veritates fidei possunt volubiles esse, neque Ecclesia negare hodie, quod heri recepit, vt diuinũ. Minor autem in qua tota difficultas est, petit tractatũ integrũ, qui est 29. in ordine huius nostræ disputationis de sacra Scriptura. Initio enim promisimus nos in primis acturos, an Scriptura sacra sit? deinde verô quæ nam illa sit, videlicêt quos, quot, & quales contineat libros? Vnde ad secundam partem huius tractatus minoris huius probatio reijcienda est. Ibi enim ex professo ostendemus quinam sint libri canonici, & quosnam vt canonicos recipiat Ecclesia Romana: & quidẽ perspicuè videbimus, quôd recipit omnes illos, qui vt canonici recepti retrò ante sæculis, recipiendique sunt.

CAPVT TERTIVM.

Respondetur argumentis primi capitis.

R. 1. arg. partis negatiuæ repulsa Lutheranæ impudentiæ.

10 AD primum argumentum desumptum ex blasphemia illa, quam detonuit Lutherus aduersus omnem Ecclesiam, resp. responsione dignum non esse, vtpotê quôd vnius nouatoris versioni plus deferat, quàm totius Ecclesiæ sensui ac consensui: quæ enim impudentior amentia, quàm totum fideliũ cœtum inscitiæ & cæcitatis arguere, vt vnum Carolstadium perspicacitatis eximiæ, eruditionisq; commendet? Abeat ergo Lutherus, vt qui pudoris repagula contra totum orbem perfregit, atque perfricuit.

R. 2. arg. partis negatiuæ, & distinguitur duplex bibliorum authoritas intrinseca, & extrinseca.

11 Ad secundum argumentum eodem tenore verborum respondendum esset: nam etiam author illius procul à pudore est, dum ait, Romanam *Ecclesiam* nihil in scripturis sacris præter *Ecclesiæ* authoritatem colere. Sed quia nos magni facimus (vt iure diuino facere tenemur) Ecclesiæ authoritatem, ideô paululum in huius responsione immorandum est. Pro quo notãda sunt duo: primum est, quod Catholici circa rem illam nihil aliud perhibent, aut perhibere valent, quàm id quod Augu.a tamdiu professus, ac protestatus est, inquiẽs, *Euangelio non crederè, nisi me id Ecclesiæ authoritas commoneret.* Videlicêt bibliorũ authoritatem esse duplicem, vtiq; quoad se & quoad nos: primamq; consistere in eo, quod reipsa contineant verba Dei: secundam verò in hoc quod hoc authentico testimonio nobis manifestetur reapse illa esse verba Dei. Stat enim scripturam aliquam diuinam esse, & proinde habere summã authoritatem intrinsece & quoad se, & tamen hoc nos latere, & ex consequenti apud nos talem authoritatem non sortiri. Sicut crebro contingit nos è regione habere virũ aliquem eximiæ reuerentiæ dignum, & tamen parem reuerentiã illi nos nõ præstare, non ob aliam rem nisi tantum quia præstantia illius omnino nos fugit. Quare sicut ad hoc quod debitum illi, & pro meritis obsequium impendamus, opus habemus testificatione alicuius, cui iure fidem habeamus & adhibeamus, aliter non præstituri tale obsequium: Ita vt Aug. & nos Euangelio credamus non satis est intrinseca *Euangelij* veritas & æstimabilitas, ni si extrinsecus etiam proponantur nobis Euangelij dignitas per testimonium eius, cui iure fides adhibenda est.

a Contra Epistolam Fund. cap. 5.

Scriptura diuina per se valde honorabilis est, adhuc apud ignaros celsitudinis suæ.

12 Neque ex hoc sequitur, quôd antecedenter ad testimonium Ecclesiæ nõ pluris fiat authoritas Scripturæ sacræ, quàm authoritas fabularum Æsopi: quia inter hoc quod est colere scripturam aliquam, vt diuinam & reputare illam prophanam multum spatij interiectum est; non secùs, atq; inter venerari virum aliquem, vt verè Principem, aut æstimare illum vulgaris notæ: sæpe enim species viri adeò conmendabilis est, vt propter illam fiat in maximis, etiam ante exactam notitiam præstantiæ, & virtutis suæ; ad quam tamen testificatore aliquo opus esse, nullus est qui ambigat.

Quo sensu scripturæ authoritas innitatur authoritate Ecclesiæ.

13 His satisfactum manet quibusdam scripturæ locis, quibus videtur afferri tum scripturæ authoritatem ab hominibus non pendere: huiusmodi est testi-

b *Ioan. 5. v. 34.* monium illud Christi, apud Ioan. *b Ego ab hominibus testimonium non accipio:* & similia: in illis enim sermo est, de primo authoritatis genere, non autem de secundo. Sed de hoc videndus est Cano. *c*

c *2. de locis c. 8.*

Tertij argumenti solutio ad secundam partem huius tractatus pertinet, non autem ad primam, de qua hactenus.

DVBIVM SEPTIMVM.

Vtrùm certo signari possint sacræ paginæ libri?

SVMMARIVM.

1 *Dubij proœmium.*
2 *Triplex ratio dubitandi pro parte negatiua.*
3 *Ratio vnica decidendi pro parte affirmatiua.*
4 *Libri canonici veteris testamenti.*
5 *Libri canonici noui testamenti.*
6 *Diluitur prima ratio dubitandi.*
7 *Secunda ratio dubitandi eluditur, & ostenditur, quomodò alij plures, alij pauciores libros ex canonicis refferant.*
8 *Qui sint libri proto canonici?*
9 *Qui sint libri deuterocanonici?*
10 *Tàm deutero canonici, quàm protocanici libri sint sacra Scriptura.*

1 Absoluta priori parte huius tractatus, in qua disputata sunt, ac discussa, quæ pertinent ad quæstionem an est? Sequitur disputanda secunda, quæ pertinent ad quæstionem quæ est? vt planè assequi valeamus, qui nam libri in particulari pro sacris habendi sint, & canonicis, & pro quo supponat ly Scriptura sacra. Dubij proœmium.

CAPVT PRIMVM,

Ratio dubitandi pro parte negatiua quæstionis.

2 Ratio dubitandi est varia sacrorum librorum apud varios agnitio & supputatio. In primis enim ex hæreticis multi totum vetus testamentum à canone sacrorum librorum reijciunt. Multi etiam ex illis aliquas tantùm partes veteris testamenti repudiant, vt est videre apud Alphonsum de Castro: *a* alij ex testamento nouo non modicam partē repellunt, vt est videre apud eundem. *b* 2 Triplex ratio dubitandi pro parte negatiua.

a *De heres. v. scriptura.*
b *Idem ibidem.*

Deinde ex Hebræis quidam ponunt in numero sacrorū librorum pro veteri testamento 22. libros iuxta 22. literas Hæbraici alphabeti: quidam autem 24. propter 24. elementa eiusdem alphabeti: quidam denique 27. iuxta 27. literas Hebræas, vt est videre apud Sixtum Senensem. *c*

Tertiò ex sanctis Patribus, eruditissimisq; theologis quidā cōstanter prædicant partes aliquot vtriusq; testamenti vt prorsus diuinas & canonicas, quas tamen alij à tanto gradu deturbant, & indigne ferunt, quod in Cathalogo canonicorum referant, vt est videre apud Cano. *d*

c *Lib. 1. bibl. S. fol. 3.*
d *2. de locis ca. 6*

CAPVT SECVNDVM.

Ratio decidendi in hoc dubio.

3 Ratio autem decidendi apertior & illustrior est, quàm vllis valeat circumfusis tenebris offuscari. Sacra enim Concilia generalia vtique Florentinum sub Eugenio IIII. & Trident. *e* rem illam acutè tetigerunt, & à carcere (vt aiunt) ad metam perlustrarunt. Indicē enim sacrorum librorum texuerunt ex canone Apostolorum, *f* & ex Concilio Laodicen. *g* & Carthagin. *h* atq; etiam ex alijs summorum Pontificum verbis. Series autem istorum librorum talis est. 3 Ratio vnica decidendi pro parte affirmatiua.

e *Concil. Flor. & Trid. vbi sup. dub praecedenti.*
f *Canon. 84 Cōcil. Apostolorū.*
g *Conc. Laodic. cap. 59.*
h *Cōc. Carthag. 3 cap. 47. cap. sancta Romana. d. 13*

Libri veteris testamenti.

4 Pentateuchus, idest, quinque libri Moysi, videlicèt, Genesis. Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium; Iosue, Iudices, Ruth, quatuor Regum libri, 4 Libri canonici veteres testamenti.

libri, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium David continens CL. Psalmos, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, videlicet, Oseas, Ioel, Amòs, Abdias, Ionas, Micheas, Naũ, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, & Malachias, duo denique Machabæorum libri primus, & secundus.

Libri noui Testamenti.

Libri canonici noui testaméti.

5 QVATVOR Euangelia secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, liber actuum Apostolorum secundum Lucam, quatuordecim epistolas Pauli, vt ad Romanos 1. ad Corinthios 2. ad Galathas 1. ad Ephesios 1. ad Philippenses 1. ad Colossenses 1. ad Thessalonicenses 2. ad Timotheum 2. ad Titum 1. ad Philemonem 1. ad Hebræos 1. Petri Apostoli epistolæ duæ, Ioannis Euangelistæ epistolæ tres, Iacobi Apostoli epistola vna Iudæ Apostoli epistola vna, & tandẽ Apocalypsis Ioannis. Quibus positis indicit Concilium Trident. sententiam anathematis omnes, qui tanquam canonicos prædictos codices non recipiunt.

Nec nobis opus est pluribus ad prædictæ resolutionis constantiam: siquidem scriptum est: i *Quod labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius.* Quare tantorum Sacerdotum, Pontificumque decreta pro sufficientissimo nobis testimonio sunt: Pro reliquis autẽ, vtique pro hæreticis, & schismaticis longior disputatio aliquando instituenda est, fauentibus superis. i *Malach. 2. v. 7.*

CAPVT TERTIVM.

Respondetur rationibus dubitandi capitis primi.

Diluitur prima ratio dubitandi.

6 IAm rationibus dubitandi occurrendum est: & quidem ad primam dicimus, verè non tàm esse rationem dubitandi, quàm tidendi: quoniàm hæreticorum deliramenta scandali vice orthodoxis esse non debent, vt in plano cespitare possint. Sed nihilominus, vt rem omnino absoluamus, aliquando (Deo volente) sermo redebit de testamento veteri in particulari. Mox verò de illo in communi tantum est agendum.

Secunda ratio dubitãdi eluditur, & ostenditur quomodo aliqui plures, alij pauciores libros ex canonicis referant.

7 Ad secundàm rationem respondetur supputationem illàm Hebræorũ nihil detrahere simplicitati, aut vnitati sacrorum Bibliorum: quià nihil additur, aut detrahitur de quantitate verborum, sed totius veteris testamenti volumẽ, quod ab aliquibus diuiditur in 22. codices, ab alijs dissecatur in 27. quod non aliter fit; quàm supputando vt distinctos codices aliquot ex illis, quos alij nollunt supputare, nisi vt vnicum, v. g. qui recensent 22. libros, supputant pro vno, & eodem librum iudicum, & Ruth. qui vero 27. supputant pro distinctis, & idem est de alijs, iuxta quæ videri possunt apud Sixtum Senensem in argumento relatum.

Qui sint libri protocanonici.

8 Ad tertiàm rationem dubitandi, vt respondeamus obseruandum est, quod totius sacræ paginæ index in duo librorum genera potissimum dissecatur. Primum genus est illorum librorum, quos ab initio vniuersa orthodoxorum Ecclesia sine cõtradictione recepit, & vt talia fuit in canone; qui propterea protocanonici appellantur, id est, primò, & principaliter canonici: tales sunt Pentateuchus Moysi, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralip. libri duo, Esdræ libri duo, Iob, Psalterium, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Esaias, Hieremias, cũm Trenis, Ezechiel, Daniel Prophetæ minores duodecim pro testamento veteri. Pro nouo autem testamento Euangelium Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, actus Apostolorum, epistolæ Pauli ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galathas vna, ad Ephesios vna, ad Philippenses vna, ad Colossenses vna, ad Thessalonicens. vna, ad Timotheũ duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna, Petri vna, & Ioannis altera.

Secundum

9 Secundum genus est illorum, quos Ecclesia non statim, sed paulatim tempore procedente non sine quorumdam contradictione in canone recepit, ac recensuit, qui propterea dicuntur deuterocanonici. Tales sunt libri Hester, Tobiæ, Iudith, Baruch, Hieremiæ epistola, liber Sapientiæ, Ecclesiastici, additio Danielis, Oratio Azariæ, Hymnus trium puerorum, Susannæ historia, Bellisdraconis historia, Machabæorum libri duo, in veteri testamento: in nouo autem Marci caput vltimum, historia de Christi agone, & Angeli consolatione apud Lucam; historia de muliere adultera apud Ioannem, epistola Pauli ad Hebræos, epistola Iacobi, epistola Petri secunda, epistola Ioannis secunda & tertia, & epistola Iudæ, ac tandem Apocalypsis Ioannis. Qui sint libri Deuterocanonici.

10 His positis respondetur, rationem illam tantùm probare, quòd non omnes sacri libri sunt protocanonici, non verò quòd non sunt canonici: nã saltem sunt deuterocanonici iuxta præmissum notabile. Constat autẽ, quòd sicut Deuteronomium legis veram Dei legem importat, licèt non legem primò, sed secundò datam, & acceptam: ita libri deuterocanonici verè important Scripturam canonicam, licet non primò, sed secundò, hoc est tempore procedente in canonem receptam, & repositam. Tã Deuterocanonici, quã protocanonici libri sunt Scriptura sacra.

DVBIVM OCTAVVM.

An iure testamentum vetus inter canonicas referatur Scripturas?

SVMMARIVM.

1 *Dubij proœmium.*
2 *Hæretici pro parte negatiua.*
3 *Arguitur primò à parte negatiua.*
4 *Arguitur secundò ad idem.*
5 *Arguitur tertiò à parte negatiua.*
6 *Arguitur quartò ad idem.*
7 *Arguitur quintò pro eadem parte negatiua.*
8 *Arguitur sextò ad idem.*
9 *Arguit. septimò pro parte negatiua.*
10 *Arguitur octauò pro parte negatiua.*
11 *Hæreticorum calumniæ ex parte veritati prosunt.*
12 *Ostenditur pars affirmatiua contra hæreticos ex locis testamenti veteris inductis in testamento nouo.*
13 *Mira inter vtrumque testamentũ consonantia.*
14 *Authore Christo, ostenditur veteris testamenti authoritas.*
15 *Vtriusque testamenti vnus finis & scopus.*
16 *Testamentum vetus & nouum habent se velut medium & finis.*
17 *Testamentum vetus est Prophetia noui.*
18 *Testamentum nouũ explicatio & apertio veteris.*
19 *Testamentum nouum est perfectio veteris.*
20 *Tam mira inter vtrumque testamentum consensio est, vt duo cùm sint, semper pro vno vsurpentur.*
21 *Quomodò duplici testamento duplex testatoris Christi obtigerit mors?*
22 *Quid per legem non bonam intelligant sacræ literæ?*
23 *Transmigrationis & exilij sententia durissima.*
24 *Quid præcepta bona, & quid non bona?*
25 *Quomodo lex vetus præcepta furandi & occidendi tulit?*
26 *Quod est malum in ciuitate à Deo?*
27 *Quid sit malum in ciuitate?*
28 *Testamentũ vetus nõ tantũ tẽporalia bona, sed spiritualia pollicebatur.*

Testa-

Dubij procemiũ 1 AVthoritate Ecclesiæ definitum reliquimus dubio præcedenti pro fidelibus, quòd testamentum vetus continet Scripturam sacram: nũc pro hæreticis, & schismaticis (vt ibi polliciti sumus) in dubium vocamus, an iure id ab Ecclesia receptum, & assertum fuerit? A parte enim negatiua quæstionis, non vnus vel alter, sed multiplex dicendi modus, & arguendi est: quos tamen omnes sigillatim proponemus: vt sigillatim aperiamus, & veritatis perspicuitatem illustremus.

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Hæretici pro parte negatiua. 2 PRIMA Hæreticorum sententia in hac parte fuit primi illius post ascensionem Christi hæretici, vtique Simonis magi, qui (testibus Epiphanio, *a* & alijs) totum testamentum vetus, non solùm tanquam prophanum, sed vt planè dæmoniacum, & à malo Deo taxauit. Huius blasphemiæ subscripsere posteà Basilides Manichæus. Faustus Afer; nouissimeque omnium Albanen. & hæretici alij apud Sixtum Senen. *b* à quo (vt à purissimo, multæque scaturiginis fonte) hauriendà, atq; mutuanda sunt multa ex his, quæ hic attingere, & inserere habemus præsidia huius tam abominandæ hæreseos, varia iuxta, at blasphemia sunt.

Arg. 1. à parte negatiua. 3 In primis cum testamentũ nullum omnino sit, nisi (vt inquit Paulus) *c* *Mors intercedat testatoris*; consequens videtur, quòd testamentum vetus Dei testamentum non sit: cùm ante testamentum nouum Deus non subierit mortẽ Christus: *Enim* (vt inquit Paulus) *semel tantum pro peccatis nostris mortuus est*. Cõstat autem, quod testamentum irritum & inualidum non potest esse testamentum Dei; & proinde neque testamentum vetus esse Scripturam Dei.

a *In Acephaleo si Hier. præfat. ad Titum Aug. in Cathal. hæres. & lib. 2. contra aduers. legis, cap. 12 Damas. lib. de hæresibus.*
b *Lib. 8. BB. SS hæresi 1.*
c *Hebræorum 8.*

Deinde

4 Deinde author veteris testamenti fatetur se per id dedisse subditis suis legem non bonam, & præcepta non bona, in quibus suæ legis cultores possēt viuere; iuxta illud Ezechielis: *d Ego dedi eis præcepta nō bona & iudicia, in quibus non viuent.* Insuper suasit, & iussit eisdem Hebræis cædes, furta, & mala omnia: adeò vt quidam ex Prophetis eius scriptum reliquerit: *e Si erit malum in ciuitate quod non fecerit Dominus.* Maximè quoniam ipse excæcauit, indurauit, & aggrauauit mentes hominum, vt ipse non semel fatetur: *f* occiditque iustum quasi impium, vt videre liquet apud Ezechielē. *g* Non ergo author veteris testamenti videtur bonus author, sed scelerum patrator, & artifex; & proinde non bonus, nec verus Deus. — Arguitur 2. ad idem.

d *Ezech.* 20. 25. — e *Amos* 3. & 6. — f *Exod.* 13. 14. — g *Ezech.* 21. 13.

5 Tertiò vetus testamentum tantùm repromittit temporalia bona, & hæc solis Hebræis & Iudæis: istis enim pollicetur diuitias, ventris saturitatē, filios, ac nepotes, vitamque longam, & tandem possessionem terræ Canaam: & hoc sub grauamine carnalis circumcisionis, & abstinentiæ à carnibus, quæ secundum legem appellantur inmundæ; & sub onere sacrificia peragendi, & colendi Sabbatha. At Deus verus, & bonus cœli, & reueri non vult, imò neque adorari nisi in spiritu, & veritate; nec pollicetur caduca, & temporalia, sed spiritualia potius, atq; æterna bona, nec perpetem in hoc mundo vitam, sed æternam in alio, & nos filij eius hæreditatem illam terrigenam omnino repudiamus, & tantùm assurgimus ad illud cæleste regnum. Non ergo testamentum vetus videtur testamentum Dei, sed testamentum potius alicuius aduersantis Dèo, vtique mali Dei aliàs dæmonis. — Arg. 3. à patre negatiua

6 Quartò in testamento veteri multa multipliciter pugnantia cum multis testamenti noui deprehendūtur: ergo vel testamentum nouum non est à bono Deo, quod nefas: vel testamentum vetus est à malo Deo, quod intenditur: consequentia patet, & antecedens probatur. Primò ex eo quòd Genes. *h* asseritur Deum per se ipsum mundum creasse, cùm tamen dicatur, quòd per Christum creauit illum: scriptum est enim: *i Mundus per ipsum factus est.* Secundò Genes. *K* legitur, post sextum creationis diem requieuit Deus ab omni opere: cùm tamen Christus dixerit: *l Pater meus vsque modò operatur.* Tertiò, Gen. legitur. *m* Homo factus ad imaginem Dei, cùm tamen dixerit Iudæis Christus: *n Vos ex patre diabolo estis.* Quartò, Gen. asseritur *o* inseparabilitas viri ab vxore sua: iuxta illa verba: *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Cùm tamen Matth. *p* & Lucæ *q* repromissa sit merces æterna relinquenti vxorem circa illa verba: *Quicumque reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, vitam æternam possidebit.* Quintò, Exod. dicitur *r* honora patrem tuum, & matrem tuàm: cùm tamen *s* Christus prohibuerit sepulturæ officium cuidam filio honerare volenti suū patrem sepulturæ beneficio: dixit enim, *Sine mortuos sepeliri mortuos suos.* Sextò, Gen. *t* & Exod. 3. *v* dicitur, Deum visum fuisse à Iacobo, & Moyse: cùm tamen dicatur, *x Deum nemo vidit vnquam.* Septimò vetus testamentum describit Deum auersantem malos, & persequentem illos cùm dicit, *y* Ego *Deus zelotes visitans iniquitatem patruum in filios.* Cùm tamen Christus *z* dicat illum esse benignum supra malos, sicut & supra bonos: quod idem repetit dicens: *a Qui solem suum oriri facit supra malos, & supra bonos, & pluit super iustos, & iniustos.* Octauò, vetus testamentum vindictam & odium inimicorum præcipit, nouum vero prohibet: & è contra iubet inimicos diligere, & illis benefacere: iuxta illud Matth: *b Audistis quia dictum est antiquis* (scilicet *c*) *oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dextram, maxillam tuam præbe, & illi alteram.* Et iterum: *d Audistis, quia dictum est odio habebis inimicum tuum: ego autem dico vobis diligite imicos vestros.* Plura alia huius farinæ possent induci testimonia; sed prædicta sufficiunt pro argumentatione illa. — Arg. 4. ad idem.

h *Genes.* 1. 1. — i *Ioann.* 1. — K *Gen.* 2. — l *Ioan.* 5. — m *Gen.* 1. — n *Iob.* 8. — o *Genes.* 2. — p *Matth.* 19. — q *Luc.* 18. — r *Exod.* 20. — s *Matth.* 8. — t *Genes.* 32. v. 30. — v *Exod.* 3. v. 6. — x *Ioann.* 1. — y *Exod.* 20. — z *Luc.* 6. — a *Matth.* 5. — b *Matth.* 5. v. 38. — c *Exod.* 21. 24. — d v. 43.

7 Quintò, vetus testimonium enarrat fabulosa multa, & conficta, adeò vt propter hoc veteres Scripturas vocauerit Paulus: *e Prophanas, ac aniles fabulas,* — Arg. 5. pro eadē parte negatiua.

e 1. *Ad Timoth.* 1. & 4.

fabulas, ac stultas genealogias, quæ quæstiones præstant interminatas, magis quam ædificationem in fide. At verbum Dei etiam scriptum nihil fabulosum, aut fictum continere potest, imò neque quid inutile: cùm omnia, quæ nutu Dei scripta sunt, ad nostram doctrinam & vtilitatem scripta sint. Igitur testamentum vetus non continet verbum Dei.

Arg. 6. pro eadē parte negatiua: 8 Sextò testamentum vetus, non solùm continet narrationes falsas & fabulosas, verùm etiam historias scandalorum plenas, & quæ honestiores mētes omnino deprauare possunt: refert enim soceros dormientes cum nuribus suis, vt cum Thamar dormiuit Iudas; *f* parentes cum filiabus, vt Loth. *g* Prophetas cum fornicibus vt Oseas *h* Nazarei cum scortis, vt Sanson *i* referuntque maritos vendentes amatoribus vxorum suarum integras noctes, vt Abraham, *K* & parentes vnico marito duas germanas vxores tradentes, vt Iacobo tradidit Laban: *l* & tandem memoria prodit maiores Principes terræ luxui & turpitudini insudantes, vt Dauid, *m* & Salomon, *n* & alia multa obscœna, nefariaque tâm circa idolorum culturam, quàm erga prohibita alia, & omnino turpia, quæ longum esset enumerare; quin imò, & memoria recolere, absque integræ mentis præiudicio. Non ergo ab ore Dei huiusmodi scandala sunt delata, nec iussu illius mandata literis exempla sic ad malum efficacissima.

f *Gen.* 3.
g *Gen.* 9.
h *Oseæ* 1.
i *Iud.* 4.
K *Gen.* 12.
l *Gen.* 29.
m 2. *Reg.* 11.
n 3. *Reg.* 1.

Arg. 7. ad idem. 9 Septimò, non tantùm (vt hactenus vidimus) in promissionibus, in verbis, & in exemplis, sed etiam in effectibus ipsis testamentum vetus cum nouo testamento pugnat. Non ergo author vnius potuit esse author alterius. Consequentia hæc satis per se ipsam liquet; antecedens autem probatur in primis ex eo, quod testamentum vetus spiritum incutiebat timoris atque seruitutis: nouum è contra, spiritum amoris, & libertatis, iuxta illud Pauli: *o* *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum filiorum Dei.* Vnde factum est id, quod Augustinus *p* monuit, vt breuem differentiam legis, & Euangelij esse timorem & amorem. Patet deinde, quod testamentum vetus ministrabat mortem iuxta illud Pauli: *q* *Quod si ministratio mortis literis deformata lapidibus fuit in gloria.* Lex autem noua vitam, iuxta illud eiusdem: *Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege mortis.* Id est, lex noua liberat hominem à grauamine & iugo veteris legis, quàm (vt dixit Petrus *r*) antiqui Patres portare, imò neque ipsi Apostoli *s* portare potuerunt: adeò enim grauis & honerosa erat, & proinde mortem incutiens: cùm tamen leue & suaue sit onus Euangelij: est ergo vetus testamentum à mortis authore proditum: & proinde non à vero Deo authore vitæ.

o *Rom.* 8. *nu.* 15.
p *Tom* 6. *lib. contra Adamam Manich. cap.* 17.
q 2. *Corinth.* 3. *num.* 7.
r *Actorum* 15.
s *Lucæ* 11.

Arg. 8. pro parte negatiua quæstionis. 10 Denique nullum testamentum vetus affinitatem, aut etiam similitudinem retinet cum testamento nouo: ergo non potest esse ab authore noui testamenti; consequentia patet ex eo quod vnus, & idem testator vnam, & eandem voluntatem retinet, & proinde vnicam dispositionem. Antecedens autem probatur ex eo, quòd inprimis testamentum nouum omnino sonat Christum: at testamentum vetus nullum, neque verbum de Christo habet: nam si aliquod maximè vulgatissimum illud Dei ad Moysem: *t* *Prophetam suscitabo eis similem tibi.* Quòd Catholici egregiè magnificant in Vaticinium Christi; sed Christus omnino à Moyse dissimilis inuenitur, non solùm deitate; sed etiam integritate morum, præstantiaque virtutum: Christus enim peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Moyses autem propter peccata sua morte mulctatus est; non ergo Propheta ille similis Moysi potuit esse Christus. Deinde ex eo, quod veteris testamenti ad nouū inepta omnino esset agglutinatio: siquidem, vt dixit Christus: *v* *Nemo panum nouum assuit vestimento veteri, alioquin maior scisura fiet. Neque vinum nouum veternosis vtribus credit.* Igitur testamentum vetus Scripturam sacram non continet, nec redolet.

t *Deuter.* 18.
v *Matth.* 9. 15.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur de fide pars affirmatiua, vtique testamentum vetus canonicum esse.

a lib. 1. contra aduers. legis, cap. 14. in init. a Genes. cap. 1. b Matth. 19. Marc. 10. Exod. 3. c Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20. Leuit. 11. d 1. Petri 1. nu. 9. e Ioan. 19. Deuter. 6. f Matth. 4. Luc. 4. Iof. 1. g Ad Hebr. 13. 2. Reg. 17. h Ad Hebr. 1. 3. Reg. 19. i Rom. 11. Iob. 5. k 1. Corint. 3. Psalm. 2. l Actor. 4. Prouerb. 3. m Rom. 12. Esai. 1. n Rom. 9. Hier. 7. o Matth. 21. Dan. 9. p Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. Ioel. 2. q Actor. 2. Amos 6. r Luc. 6. Malach. 1. s Ad Rom. 9. t Tim. 3. lib. in Lucam. v Sup. 1. c. Baruch. x Baruch. 1. v. 1. y 1. Ad Timoth. 2. v. 1. & 2. z Ioan. 5. v. 39. a Matth. 1. v. 2. b Luc. 2. c Ad Heb. 11. d Ad Galath. 4. v. 24.

11 HIS Tamen ineptijs, argutijsque hæreticorum non obstantibus, sed ex parte potius fauentibus (saltim quia vt Augustinus *a* (rem istã ex professo discutiens) inquit: *Vasa iræ permittuntur ista garrire, vt tanquam de negligentiæ somno excitentur vasa misericordiæ*) irrefragabile est verè sacrã, & â vero Deo veteris testamenti Scripturam esse. Hoc enim aduersus hæreticos dilucidè ostendere possumus. *Hæreticorũ calũniæ ex parte veritati profũt.*

12 In primis enim cum hæretici isti (de quibus in primo capite) noui testamenti Scripturam, vt sacram agnoscant; consequens est, vt veteris testamenti paginam necessariò recipiant: quoniam hanc testatur illa, & munit se ea: vt patet ex illis: *a Masculũ, & fœminã fecit eos.* Quæ referuntur Matth. 19. *b Ego sum Deus Abraham Deus Isaac & Deus* Iacob. Quæ referũtur Matth. 22. *c Sãcti eritis quoniam ego sanctus sum.* Quæ referuntur 1. Petri 1. *d Os non comminuetis ex eo.* Quæ referuntur Ioan. 19. *e Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Quæ referuntur Matth 4. *f Non te deseram, neque derelinquam.* Quæ referuntur ad Hebr. 13. g *Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ.* Quæ referũtur ad Hebr. 1. *h Domine Prophetas tuos occiderunt.* Quæ referuntur Rom. 11. *i Cõprehendã sapiẽtes in astucia eorũ.* Quæ referũtur 1. Corint. 3. k *Quare fremuerũt gẽtes.* Quæ referũtur Actor. 4. *l Nolite sapiẽtes esse apud vos metipsos.* Quæ referũtur Rom. 12. *m Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, &c.* Quæ referũtur Rom. 9. *n Vos autẽ fecistis eam speluncã latronũ.* Quæ referuntur Matth. 21. *o Cùm videritis abominationẽ dessolationis.* Quæ referũtur Matth. 24. *p Et erit in nouissimis diebus, effundã de spiritu meo super omnem carnẽ.* Quæ habentur Actor. 2. *q Væ vobis diuitibus.* Quæ habẽtur Luc. 6. *r Iacob dilexit, Esau autem odio habuit.* Quæ habentur ad Rom. 9. *s* Et ex alijs quãplurimis elogijs, quæ videri possunt in indice testimoniorũ, quæ â Christo Domino, & Apostolis ex veteri testamento mutuata sunt, qui insertus habetur in recentioribus Biblijs ad calcem. Videri etiam possunt multa apud D. Ambr. *t* & vt Theodoretus *v* notauit, tanta inter vtriusque paginæ testimonia consonantia est, vt quoniam Baruch *x* pro salute & incolumitate Regum infidelium deprecatum est, monuit Paulus, *y* orationes fieri pro salute Regum, & omnium illorum, qui in sublimitate cõstituti sunt. Si ergo testamentum nouum integræ fidei est; consequens, vt etiam testamẽtum vetus integram apud fideles mereatur fidem. *Ostenditur pars affirmatiua contra hæreticos ex locis testamenti veteris inductis in testamẽto nouo.* 13 *Mira inter vtriusque testamenti cõsonãtia.*

14 Confirmatur. Christus Dominus ad Scripturam veteris testamenti misit legisperitos, inquiens: *z Scrutamini Scripturas: quia ipsæ testimonium perhibent de me.* Matthæus *a* item; & Lucas *b* compendio historiarum totius veteris testamenti Christi genealogiam â calce ad caput texuerunt. Paulus similiter ferè omnes veteris testamenti historias â primo Genesis, vsque ad vltimum Machab. vno quasi capite complexus est, inquiens: *c Fide credimus aptata esse secula verbo Dei.* Quibus totius sacræ paginæ quasi compendium absoluit. Signum ergo est veteris testamenti Scripturas â Christo, & Apostolis eius vt veras diuinasque fuisse agnitas, & proinde quod reputantes vt diuinum testamentum nouum, non possunt reprobare, vt profanum, aut etiam vt suspectæ fidei testamentum vetus. *Authore Christo ostenditur veteris testamenti authoritas.*

14 Deinde duo filij Abrahæ, scilicet, Ismael, & Isaac vtriusque testamenti, vtique veteris, & noui signa & figuram extitere, iuxta quæ Paulus docuit, inquiens: *d Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, &c. Hæc autem sunt duo testamenta.* Ergo vt ambo ex semine Abrahæ orti sunt, vnicum & indiuiduum patrem habuerunt, licèt alias ipsi filij dissimiles imperfectione, & inæquales in gradu inuenti sunt: ita duo testamenta ex vno authore Deo, li- *Ismael, & Isaac, vtriusq; testamẽti figura.*

cèt

tèt alias dissimilia in proprietatibus, esse debent: alias allegoriæ Pauli non relinquetur locus, quod tamen nefas: nam ipse dixit: *e Hæc autem per allegoriam dicta sunt.* Allegoria autem in hoc sita est, quod sicut vnus pater Abraham duos genuit filios in dignitate dispares, sic vnicus author Deus duo condidit testamenta, vetus vtique & nouum in perfectione inæqualia.

e Aug. to. 1. lib. 15. de Ciuit. cap. 2. ad finem.

Vtriusq; testamenti vnus finis, & scopus.

15 Tertiò vtriusque testamenti vnus & idem scopus, vnus & idem finis est, vtique dilectio Dei & proximi: iuxta illud Christi: *f In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ; Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & proximum sicut te ipsum.* Propter quod dixit Paulus: *g Plenitudo legis est dilectio, & qui diligit, totam legem impleuit.* Id est, tam scriptam, quàm Euangelicam; nam etiam lex scripta Dei, & proximi dilectionem strictè præcipit, vt videre liquet Deuter. *h* Vnde August. ex illis verbis Pauli: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi:* infert eandem esse veteris, & noui testamenti rationem: quia in vtroque præcipitur lex charitatis, & vtrumque testamentum legat nobis charitatis iussionem, & mandatum: itaque vtriusque testamenti vnus est finis, igitur etiam est vnus author: siquidem ex vnitate finis venamur legis intentionem, & ex vnitate intentionis identitatem agentis, saltim formaliter & prout sic. Ex quo sequitur, testamentum vetus non fuisse â malo Deo, vel ab authore aduersante bono Deo, sed potius consentienti illi, & conærente per omnia, ac tandem ab eodem Deo Optimo Maximo.

f Matth. 22. 40.
g Rom. 13.
h Deut. 6. à n. 2. & Leuit. 19. à n. 8.

Testamẽtum vetus, & nouum habẽt se velut medium, & finis.

16 Denique testamentum vetus, & nouum habent se, velut medium, & finis: iuxta illud Pauli: *i Finis legis Christus in salutem omni credenti.* Et iuxta illud eiusdem: *K Lex pedagogus noster in Christo,* id est, instruens nos in ordine ad consummatorem Christum. Deinde habent etiam se vt policitatio, & exhibitio: iuxta illud Pauli: *l Paulus Apostolus segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sacris.* Et iuxta illud eiusdẽ: *m Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius.* Vnde dixit Bernardus noster: *n Vetus testamentum promittit reconciliationem, nouum exhibet illam.* Et Gregorius Magnus: *o Duo testamenta vt duo illa Cherubim propitiatorij mutuo se versis vultibus respiciunt: quia in nullo discrepant: & quod vnum promittit, hoc aliud exhibet.* Cùm ergo eiusdẽ omnino sit intendere finem, & eligere media: item policeri, & adimplere pollicitationem; sequitur, quod eiusdem omnino Dei sit; & ad vnicum, & eundem pertineat Deum condere testamentum vetus, quod habet rationem medij & pollicitationis, & condere testamentum nouum, quod habet rationem finis & exhibitionis.

i Rom. 11. nu. 4.
K Ad Galat. 3.
l Rom. 1. v. 1.
m Ad Galat. 3.
n Serm. 62. in ser. varijs & paruis.
o Homil. 6. in Ezech.

Testamẽtum vetus est prophetia noui.

17 Confirmatur; & corroboratur hoc ipsum sic: Vetus testamentum habet se respectu noui, vt Prophetia respectu rei prophetatæ: iuxta illud Petri: *p Cui omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in illum.* Vndè Gregorius Magnus: *q Prophetia est noui testamenti vetus testamentum.* Et August. *r Vetus testamentum rectè intelligentibus Prophetia est noui testamenti.* Rursum vetus testamentum habet se respectu noui, vt vmbra respectu lucis: iuxta illud Pauli: *s Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Vnde à Diuo Chrysost. *t* vetus testamentum appellatur vmbra noui. Habet etiam se vt figura respectu veritatis iuxta illud Pauli: *v Omnia in figura contigebant illis propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt.* Vnde Gregor. Magnns, & similes sancti Patres librorum ediderunt ingentia volumina allegorijs referta, in quibus veteris testamenti figuræ inductæ sunt tanquam prædictiones, & imagines eorum, quæ in nouo testamento fieri, contingereque debuerunt.

p Actorum 10. v. 13.
q Vbi sup.
r To. 4. lib. de Cathechi. rud. cap. 4.
s Hebræorum 10.
t In Psal. 106.
v 1. Corinth. 10.

Habet etiam se vetus testamentum, vt ænigma explicandum, soluendumq; per nouum: iuxta illud actorum: *x Nos annuntiamus, quæ ad Patres nostros promissio facta est.* Propter quod de Christo dictum est: *y Dignus est agnus, qui occisus est accipere librum, & soluere septem signacula eius.* Et propter id moriente Christo velum templi scissum à summo vsque deorsum est, vt signum esset quod clausa, & obsignata mysteria in volumine veteris testamenti, ex tunc aperienda

x Actorum 13.
y Apocalyp. 5.

aperienda erãt, & hominibus propalanda, velamine obscuritatis detracto: Quare Gregorius Magnus dixit: z *Quod explicatio testamenti veteris erat testamentum nouum.* Et Ambr. a *Nouum testamentum apertio est veteris testamenti.* Cùm ergo eiusdem omnino sit, & ad eundem prorsus pertineat vaticinari rem aliquam, & velut digito indicare illam, atq; inumbrare, & per figuras adhibitas, vel ænigmata recõdita insinuare, & posteà palàm aperire; consequens est, vt etiam veteris, & noui testamenti opus ad eundem architectum Deum opificemque pertineat.

z Vbi suprà. a Super c. 6. Apocalyp.

19 His adde, quòd vetus testamentum habet se respectu noui, sicut quid imperfectum, & incompletum; perficiendum tamen, & complendum per illud: iuxta illud Christi Domini: b *Non veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere.* Et iterum: c *Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, in Prophetis, & Psalmis de me.* Propter quod dixit Ambrosius: *In lege æquitatis eruditio: in Euangelio autem bonitatis perfectio.* Et Iustin. martyr. d *Quid est Euangelium? lex impleta?* Cuius gratia Petrus Chrysol. e explicans id: f *IHS perambulabat Hiericho.* Sic habet: *Quare perãbulabat, & non ambulabat? quia quod Moyses ambulauerat, perambulabat Christus.* Quasi dicat, repetebat, reficiebat, & consummabat, quæ Moses cœperat, & tetigerat.

Testamẽtum nouum est perfectio veteris.

b Matth. 5. v. 17. c Lucæ vlt. v. 44. d Quæst. 110. e Serm. 54. f Luc. 18.

Videri non obscurè id poterit commentario illo Aug. g quo verba orationis Dominicæ, ex verbis testamenti veteris mirè eliciendã curauit, explicat enim sic: *Qui dicit, v. g. id;* h *Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis: quid aliud dicit, quã sanctificetur nomen tuum? Qui dicit illud,* i *Deus virtutum conuerte nos, ostende faciem tuam, & salui erimus: quid aliud dicit, quã veniat regnum tuum? Qui dicit id,* K *Vias meas dirige, secundũ eloquiũ tuũ, & non dominetur mei omnis iniustitia: quid aliud dicit, quã fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra? Qui dicit id;* l *Diuitias, & paupertatẽ ne dederis mihi? Sed tantũ victus mei tribue necessaria: quid aliud dicit, quã panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie? Qui dicit id;* m *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius: &* id, n *Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis: quid aliud dicit, quã dimitte nobis debita nostra? sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui dicit id,* o *Aufer à me concupiscentias ventris, & desideriũ cõcubitus, ne apprehendat me: quid aliud dicit, quã, Ne nos inducas in tentationẽ?* Qui dicit id: p *Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me: quid aliud dicit, quã libera nos à malo? Etsi per omnia præcationum sanctarum verba discurras, quãtũ existimo, nihil inuenies, quod nõ ista Dominica cõtineat, & cõcludat oratio.*

Explicatio eruditа oratio nis dominicæ.

g Epist. 120. c. 12. h Eccles. 36. 4. i Psalm. 79. 4. K Psalm. 118. l Prou. 30. 8. m Psalm. 131. 1. n Psalm. 7. 7. o Eccles. 23. 6. p Psalm. 58. 2.

Habet denique se testamentum vetus respectu noui, sicut seminatio ad messem, seu seminare ad metere: iuxta illud Christi Domini: q *Ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis.* Sed eiusdem omnino est perducere vsque ad terminum, & ponere in via rem aliquam, & perficere eam cuius est inchoare: ergo etiam eiusdem est condere testamentũ vetus, cuius est dictare, & construere testamentum nouum.

q Ioann. 4. v. 38.

20 Inde tãta est connexio, & subordinatio vnius ad alterum testamentũ, vt cùm re vera duo testamenta sint: iuxta illud Pauli: r *Hæc autem sunt duo testamenta.* Et duobus opus fuerit: saltim quia vt Hieronymus dixit: s *Duo testamenta, duo labia Christi sunt.* Et Ambrosius Aug. t & Beda: v *Duo testamenta duo illi gladij sunt, respectu quorum Christus dixit Petro, satis est.* Et iterum Ambros. x *Duo testamenta sunt duæ illæ alæ, quæ mulieri datæ sunt, vt eorum doctrina Ecclesia & diabolum euadat, & ad cœlestem Patriam ascendat.* Nihilominus ab aliquibus etiam sanctis vtrumque, hoc testamentũ appellatur vnum, & idem. Chrysost. enim ita inquit: z *Non ignorabat Paulus vetus, & nouum testamentum idem, atque adeò in diuiduum esse.* Ambrosius etiam ait: a *Vetus testamentum, & nouum esse illum eundem librum, de quo in Apocalypsi habetur, quod scriptus erat intus & foris.* Greg. Magnus similiter inquit: b *Quod sicut apud eorum Ezechielis rota erat in medio rotæ, sic apud Scripturam Dei vnum testamentum est in medio alterius, vtique nouum in visceribus veteris.* Et denique Tertullianus: *Duo testamenta gladius ille bis acutus ex ore Dei prodiens, Apocalypsis 1. & 19. sunt.* Tanta est concordia illorum, &

Tam mira inter vtrumque testamentum cõsensio est, vt duo cum sint, sæpè pro vno vsurpentur.

r Ad Galath. 4. v. 14. s Prouerb. 8. t Sup. Luc. lib. 10. cap. 22. v Tract. in Psalm. 144. x Sup. ad Colos. 6. y Sup. Apocalyp. 14. z Tom. 5. orat. 8. vnũ esse legislat. veteris & noui testamenti. a Sup. cap. 5. Apocalyp. b Homil. 6. in Ezechielem.

per

per omnia affinitas,& cõsonãtia,vt cũ re vera distincta sint vnitatẽ nihilominus& identitatẽ redoleant,vel potius simplicitatẽ. Non ergo possunt habere diuersos,& distinctos,ne dũ aduersos,& secũ pugnantes authores,sed vnũ tantùm,& eundem,Deum vtique Optimum Maximum.

CAPVT TERTIVM.

Respondetur tribus prioribus argumentis 1. capitis, & explicatur quid debeat intelligi per legem non bonam.

Quomodò duplici testamẽto duplex testatoris Christi obtigerit mors?

21 NEq; obstant argumenta contraria. Ad primũ enim respondetur duplicẽ hoc est duplicis generis fuisse mortẽ Christi, videlicet typicã vnã,seu figuralẽ in victimarũ mactatione,& oblatione sacrificiorũ,propter quã Christus dicitur, *a* agnus occisus ab origine mundi,iuxta quæ notauit D. Thom. *b* alterã verã, & realẽ,per quã nexus animæ cũ corpore resolutus est. Et cũ testamentũ vetus figurale fuerit, sufficiens erat ad sui stabilimentũ figuralis mors authoris,vtiq; veri Dei, qualis est Christus Dominus.

a Apocalyp. 21.
b *3. p. q. 83. & lect. sup. 1. ad Hebr. 12.*

Quid per legẽ non bonã intelligãt sacræ literæ?

22 Ad secundũ argumentũ primi capitis omissis varijs solutionibus,de quibus Sixtus Senens. *c* respondetur,quod per præcepta non bona non subintellexit Deus legẽ veterẽ,de qua scriptum est: *(ex Domini immaculata conuertens animas.* Et iterum: *d Itaq; lex sancta,& mandatum sanctum,& iustum,& bonum.* Et rursum: *e Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum.* Et Sap. 6. nominatur lex iustitiæ,sed subintellexit id quod ẽ vestigio subiunxit intra eundẽ versiculum,scilicet: *Iudicia,in quibus non viuunt*,id est,sententiam duram, & aduersam ob violatã legẽ. Est enim(vt Tertul. *f* Damascenus,& alij notarunt)scripturæ phrasis appellare mala,ea quæ aduersa,& incõmoda sunt,vt apud Hieremiam: *g Faciemus quidquid præceperit Deus siue malum,siue bonum.* Et alibi: *h Exaudiat Deus orationes vestras,nec vos deserat in tempore malo*,id est, aduerso & in commodo, & iuxta alia, quæ mox subijciemus infra ad finẽ huius solutionis.

c *Lib. 8. BB. S. heres. 1. respon. ad 1. obiectionem hæreticorum.*
d *Rom. 7. ver. 12.*
e *Eccles. 24.*
f *Contra Marc. lib. 2. Ambr. lib. 4. de fide cap. 20.*
g *Hierem. 42. v. 6.*
h *2. Mach. 1. v. 5.*

23 Transmigrationis & exilij sentẽtia durissima?

Vsus est autem hic Dominus hac phrasi loquendi:quia cum paulò ante repromisisset vitam suam legis cultoribus,inquiens in eodem capite: *Dedi eis præcepta mea,& iudicia mea,quæ faciens homo viuet in eis*;consequens est, vt interminaretur transgressoribus mortem,& sententiã, & iudicium, in quo non posset viuere, vt verè interminanatus est, dixit enim: *i Iterum leuaui manum meam in solitudine,vt dispergerem illos in nationes,& ventilarem in terras,eo quod iudicia mea non fecissent.* Constat autem præceptum transmigrationis,& ventilationis de gente in gentem durissimum esse,& incommodum, & proinde non bonum.

i *V. 23. & 24.*

Quid præcepta bona & quid non bona?

24 Videatur Hieronymus, *K* qui egregiè fauet interpretationi istæ. Et sanè ipsa per seipsam liquet,maximè si considerentur verba textus, quæ post recensita,sic habent: *Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia,in quibus nõ possent viuere.* Quasi diceretur iudicia,in quibus non viueret: vtiq; iudicium latum de ventilatione illorum in nationes.Quasi apertiùs dixisset. Ergò sicut ego dedi eis præcepta bona,in quibus viuerent,si obseruarent illa, ita & ego ipse dedi eis præcepta non bona;id est, sententiam, & iudicium,in quibus nõ viuent;id est,non bene se habebunt:quia sunt iudicia de ventilatione, & dispersione inter gentes.

K Sup. Ezechiel 20.

Quomodò lex vetus præcepta furandi, & occidendi tulit?

25 Ad illud secundi argumenti eiusdem,de præceptis occidendi, & furãdi respondetur, quod sicut magistratus politici iure delictorum ministerio pœnas sumunt de malefactoribus, & debitoribus, tàm in vita, quàm in substantia: sic Deus vniuersorum Dominus, & moderator medio Hebræorum ministerio pœnas de vtroque sumebat à reis,& sontibus.

26 Ad testimonium Amos, quod inducitur in eodē secundo argumento, respondetur, intelligendū esse iuxta regulā modò traditā, non quidē de malo culpæ, sed tantū de malo pœnæ, vtiq; de malo quod molestiā, & in cōmoditatē inducit; sicut enim vulgari sermone frequenter dicuntur valetudinarij, qui male se habent, vt significent quod aduersa laborant valitudine; ita in Scriptura dicitur: malum quidquid aduersum est, vt in Psalmo dicitur: *In die mala liberabit eum Dominus*, id est, in die aduersa, & alibi dicitur: *Dies mali sunt*, id est, aduersi, & incōmodi, nec mirū; nā etiā malitiæ nomine significantur aduersa, vt Hieronymus notauit, & probauit ex illo Ioelis loco: l *Præstabilis super malitiam*. Et ex illo Euangelij: m *Sufficit diei malitia sua*. Et ex illo Machabæorum: n *Recordati sunt malitiæ magnæ, quam fecerant in Israel, & tribulauerat eos valde.*

Quod est malū in ciuitate à Deo?

l Sup. Ioel. 2. idē sup. Iobe 1.
m Idem sup. Matth. 6.
n Idem in epist. ad amandum. 1. Machab. 10.
o Luc. 7.
p Sup. Amos 8.

27 Quod autem in hoc elogio malū sumatur in prædicta significatione, hoc est, pro aduersitate & calamitate planè conuincitur ex eo, quod non dicitur malū vtcumq;, sed malū in ciuitate, id est, malum publicum & cōmune, vt cùm dicitur: o *Mulier in ciuitate peccatrix*, id est, publica peccatrix. Cōstat autē malum publicum, & cōmune toti ciuitati esse idē quod calamitas publica (vt doctè notauit Arias Montanus) p cuiusmodi sunt fames, pestes, epidemiæ, &c. De his autē ait Dominus quod non temere, aut casu eueniunt, neq; quod à priuato aliquo, & particulari hoste immittūtur, sed iusto suo iudicio, & speciali prouidentia eius. Licèt enim priuata mala à priuatis in priuatos sæpissimè immittantur: at publica Deo tantùm iudice & vltore eueniunt, vtique vel ad excitandā ciuitatē, vel ad expianda scelera & facinora illius.

Quod sit malū in ciuitate.

28 Ad tertium argumētum respondetur, quod licet (vt August. notauit) vetus testamentum habeat promissa tēporalia, vt patet; q nouum verò spiritualia, & æterna; vt patet, r & alibi sæpè, non est ita intelligendum quasi vetus testamentum solas tēporales promissiones haberet, cùm scriptum legamus: s *Filij sanctorum sumus, & vitam illorum expectamus, quam Deus daturus est eis, qui fidem non mutant*. Et alibi: t *Oculus, vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligentibus te?* Et iterum: v *Multi de his, qui dormierunt euigilabunt in vitam æternam*. Neque enim est intelligendum quasi nulla tēporalia bona promissa fuerint in nouo testamento, cùm scriptum sit: x *Accipietis centies in tēpore hoc domos fratres, &c.* Sed quia vetus testamentum: quia rē gerebat cum hominibus ita imperfectis, vt vocarentur pueri sub pedagogo, & ferula, opus potissimum habebat promissione tēporalium bonorum, eo quod pueri & imperfecti viri maximè puerilibus istis prouocantur muneribus: at testamentum nouum cùm rē gerat perfectiorē, & cum perfectioribus viris, maximè vtitur maioribus promissionibus, & pollicitationibus, hoc est, spiritualibus, & æternis, & ideò tēporalia tribuuntur veteri testamento; æterna verò nouo, cū tamen vtrūq; testamētum vtraq; polliceatur, & cōtineat. Videatur D. Tho. y qui rē istā accuratè prosequitur in gratiam conditoris vtriusque testamenti, vtique in gratiam Dei.

q Deut. 4. & 28. & Leuit. 26.
r Matth. 5.
s Tob. 2.
t Isai. 64.
v Dan. 12.
x Marc. 10.
y 2.2. q. 107. a. 1. ad 2. & q. 99. art. 6.

Testamētum vetus non tantum tēporalia bona, sed & spiritalia pollicebatur.

29 Testamētum nouum etiā spiritualia, & tēporalia pollicetur, sed illa potissimum.

CAPVT QVARTVM.

Respondetur quarto argumentō 1. capitis, & ostenditur maxima concordia inter vtrumq; testamentum.

30 AD quartum argumentum respondetur negando assumptum de repugnantia veteris, & noui testamenti. Et ad primum, quod obijcitur dicendum est cum August. a quòd cum nomine Dei creantis subintelligatur trinitas; cōnsequens est, vt etiam subintelligatur verbum, præsertim cùm scriptum narret creationis modum sub his verbis: *Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux*. Constat autē quod quidquid dicto fit, necessario fit per verbum.

a Cōtra Ademāt Manedi cap. 1.

Quomodò primò dicatur, Deū fecisse mūdū, & postea, quod verbū fecit illū?

Ad se-

Quomodò dicatur Deũ quieuisse die septimo?

31 Ad secundam contradictionem respondetur cum eodem Augus. b nõ scriptum esse, quod quieuerit Deus absolutè, sed ab illo opere quod patrarat, hoc est, à conditione mundi: quare (teste D. Thom.) c Deus iam non laborat nouas condendo creaturas, sed operatur conseruando, quas semel condidit.

32 Ad tertiam repugnantiã respondetur similiter cum August. d similitudinẽ hominis cum Deo, de qua Gen. 1. esse vel secundũ naturã, vel secundũ gratiã: filiationẽ verò Pharisęorum cum diabolo esse tantũ secundũ imitationem ad culpam.

Quomodò homo sit ad imaginẽ Dei, cũ tamẽ aliquando dicatur filius diaboli?

33 Ad quartã repugnantiã respondetur primo, sicut August. e ipse respondet, videlicet institutiones illas contrarias non esse: quia in prima est sermo de illo, qui vxorẽ ducit: in secunda vero de eo qui ob maius bonũ ab omni maritali cõiugio sese continet. Secundò respõdetur tantũ probare, quod vxor præferenda sit patribus terrenis, nõ autẽ patri, patriæ ve cœlesti. Quare licitũ est viro fideli vxorẽ infidelẽ, quã ante conuersionẽ duxit, repudiare, si modo non vult cũ suo habitare marito citra contumeliã creatoris.

Quomodò cohærẽt ista propter vxorẽ relinquet homo patrem, & qui relinquerit vxorẽ, vitam æternam possidebit.

34 Ad quintã contradictionẽ respondetur cũ August. parẽtes in omni iure honorãdos esse. Tũ quia mãdata ad vitã seruanda sunt iuxtã illa Christi, f in quibus continetur præceptũ de parentibus honorandis. Tûm quia Paulus g expressum de re ista præceptũ tulit. Verũ tamen huiusmodi honor non omnibus præferendus est, sed in suo gradũ collocandus, vtiq; post honorẽ diuinũ, & propriũ spirituale, atq; æternũ commodũ. Non enim patres honorandi sunt plusquã Deus, sed potius colendi, & amandi propter ipsum Deũ, & in ordine ad illũ. Parentũ enim sicut & proximorũ dilectio gradus est ad honorẽ Dei, & ad eius dilectionẽ: quapropter si parentes ipsi impedimento sunt diuino honori, aut amori, audiendi non veniunt, nec amandi, sed amandi potius. Vnde non solũ in testamento nouo scriptũ habemus: h *Qui non odit patrẽ suum, & matrem suam non potest meus esse discipulus.* Sed in veteri exaratum est: i *Qui dicit patri, aut matri non noui vos; & qui filios suos non cognoscit, ipse agnoscit testamentũ meũ.* Idcirco cũ Christus dixit discipulo: *Sine mortuos sepelire mortuos suos;* non tã fuit monere eũ, vt à cura patris desisteret, quam ne præferret sequelæ Dei sepulturã patris: quia nulla maior pietas quã sequi Deũ, maximę vocantẽ & monentẽ: omnia enim vocationi diuinæ postponenda sunt, & nullius rei prætextu præferenda; quoniã vocatio diuina procrastinanda non est, neq; in aliud instans reijcienda. Maximè quando non desunt, qui imminentibus possint, vel etiã ingruentibus necessitatibus occurrere, vt in casu argumenti nõ deerant, qui patrem discipuli mortuum, moribundumve congruenter traderent sepulturæ.

Quomodò qui præcepit honorare parentes, negauit filio interesse funeri patris sui.

35 Ad sextã repugnantiã respondetur cũ eodẽ August. K quod non dicitur Deus zelotes visitans iniquitatẽ patrũ in quoscumq; filios, sed in illos tantũ qui (vt ex textu subijcitur) oderunt Deũ, nõ secus, atq; patres illorũ, talis autẽ visitatio non est sæuitia, sed iustitia: qualẽ imò; & duriorẽ exercet nõui testamẽti author, cũ reprobis dicturus aliquãndo sit: *Ite maledicti in ignẽ æternũ.* Et sanè (vt idẽ August. l obseruat) cũ de authore testamenti veteris scriptũ sit: *Quòd est misericors, miserator, & iustus, longanimis, & multæ misericordiæ: & qui non in perpetuũ irascitur, neq; in æternũ comminatur: & quod* m *non secundũ peccata nostra fecit nobis neq; secundũ iniquitates nostras retribuit nobis: sed quod quantũ distat ortus ab occidenti, longè fecit à nobis iniquitates nostras; & quod sicut miseretur pater filiorũ suorũ, ita ipse timentiũ se.* Ac deniquè n *Quòd non vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat:* consequens fit, vt etiã benignitate polleat, atq; mansuetudine, vt author testamenti noui. Adde, quod cũ status testamenti veteris esset status pueritiæ, & pedagogiæ oportuit, sicut tẽporalibus promissionibus, ita & tẽporalibus cõminationibus abundare: pueri enim his medijs, maximè ad virtutũ officia, & ornamenta inducuntur, iuxta quæ videri possunt apud D. Thom. o

Quomodò dicatur Deus Zelotes cum sit multissimus.

b Vbi sup. cap. 4.
c 1. p. q. 73. a. 2. ad 1.
d Vbi sup. cap. 5.
e Vbi sup. cap. 3.
f Matth. 19.
g Colossens. 3.
h Matth. 14. 16.
i Deuter. 33.
K Vbi sup. c. 7.
l Lib. 1. contra aduers. legis cap. 17.
m Psalm. 102.
n Ezechiel. 33.
o 1. 2. q. 99. a. 6.

p Contra Adim. cap. 9.

Quomodò dicatur de aliquibus, quòd Deum viderint, cũ Deũ nemo viderit.

36 Ad septimã repugnantiã respondetur cum Augustino, p quod vsq; ad Ioannis tempora mortalium nemo vidit Deum in se, & secundum se, sed tantum in ministrorum personis Dei authoritatem gerentibus; vtiq; in Angelis quos Iacob, & Moyses in maiestate viderunt, & facie ad faciem, atque ore ad os sunt loquuti, iuxta quæ ex Stephano habemus, q Secundò respondetur regulam vniuersalem Scripturæ sæpissimè æquiualere indefinitæ, vt cùm dicitur: *non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*: cùm tamen certa fide tenendum sit, in Ecclesia Catholica pios aliquos iustos, & sanctos vigere cùm Ecclesia ipsa sancta sit, id est, constans ex aliquibus sanctis, vt potissimis mẽbris.

q Actorum. 7.

37 Ad octauam contradictionem respondetur eloquia illa contraria non esse; quia in primo sermo est ad iudices & magistratus, vt in criminibus par pari referant, & vim vi propulsent: ita tamen vt iustæ vindictæ modum, & metam non transiliant, sed pœnam talionis exerceant, eruendo vtique oculum pro oculo, & dentem pro dente: in secundo autem sermo est ad priuatos quoslibet, quibus etiam per legem veterem interdictum erat priuata se velle authoritate vindicare: iuxta illud Leuitici: r *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ inimicorum tuorum*. Vtique ad vindicandam illam priuata authoritate. Quare cùm lex Euangelij perfectior fuerit, non mirum si à fidelibus maiorem exigat perfectionem, quæ consistit in hoc quod est: s *Non resistere malo, sed dare locum iræ*, vtique non retaliando, nec violenter repellendo illam, vicemque illi rependendo, sed potius cedendo humiliter, altè despiciendo, & paccabiliter tolerando. De quibus plura, & pulcra August. t & D. Tho. qui nouissimus addit monitũ de obijcienda sinistra maxilla ei, qui percusserit dextram, congruere Apostolis pro illo tempore: quia tanquam Ecclesiæ fundatores volebat eos Christus patienter sustinere primos persequutionum impetus, vt homines videntes eorum patientiam conuerterentur ad fidem: vnde Paulus dixit: x *Signa Apostolatus nostri in omni patientia*.

Quomodò testamentum vetus vindictã præcipiat, quãm nouum prohibet?

r Leuit. 19. 18.

s Rom. 12. 19.

t Lib. contra Manichæ. cap. 15.

v Sup. ad Rom. 12. lect. 3.

x 2. Corinth. 12. v. 12.

38 Maiorem difficultatem ingerit id quod è vestigio subiunctum est de odio habendis inimicis, iuxta præceptum veteris testamenti. Cũ enimodium suapte natura malum, & prohibitum sit, non videtur qualiter sub præcepto diuino fieri posset. Sed ad hoc me alibi respondisse memini, y explicando huiusmodi odium de odio militari, & de inimicis, qui more belli dicuntur inimici, qualis erat Amalech aduersus Iudæos, quod genus odij est secundũ effectum, non autem secundum affectum. Aliter etiam nunc possumus respondere cum D. Thom. z qui docet, non omne odium malum, & prohibitum esse; nam mali odium malum esse non potest, sed illud tantum quod est abominatio boni. a Quare Dominus odio habet impium, & impietatem eius, non quidem detestando naturam; sed execrando impietatem, quæ deturpat eam: propter quod etiam scriptum est: b *Odisti omnes qui operantur iniquitatem*. Et iterum: c *Odisti omnes qui fornicantur abs te*. Et rursum: d *Non Deus volens iniquitatem tues*. Et tandem: e *Altissimus odio habet iniquitatem*. Idcircò author testamenti veteris iure potuit indicere contra inimicos odium, sanè tamen intellectum: vtique illud quod est abominatio mali, non autem detestatio boni, saltem formaliter, & per se: nã materialiter, & concõmitanter sæpè quod bonum est destruitur, vt quod malũ est dissipetur, iuxta quæ eueniunt in suspendio famosi latronis, aliâs celebratissimi artificis.

Quale odiũ contra inimicos lex vetus indixerit?

y Tom. 1 Quadr. Fer. 6. Cinerũ. §. 2. per totum.

z 2. 2. q. 34. a. 3.

a Sap. 14. nu. 9.

b Psalm. 5. v. 7.

c Psal. 72. v. 27.

d Psalm. 5. v. 1.

e Eccles. 12. v. 3.

CAPVT QVINTVM.

Respondetur 5. & 6. argumentis 1. capitis, & ostenditur quas genealogias Paulus damnauerit.

39 AD quintum argumentum respondetur cũ August. a solùm hæreticorum perfidiã audere potuisse interpretari verba illa Pauli de veteris instrumẽti scripturis, quas alias ipse tantopere extulit, dicendo: b *Scimus quia bona est lex*: & quas ipse Christus cõmendauit

a 2. Cõtra aduers. legis, cap. 1.

b 1. Ad Timot. 1.

Magna Rabbinorum figmenta.

cõmendauit dùm dixit: *c Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias*. Maximè quòd Paulus eo loco tantùm perstrinxit figmenta Rabbinorũ, cõmentantiũ Deum duas creasse mulieres, & similia figmenta, quæ Græcè appellantur *Deuterosim*: ex quibus texunt genealogias propè modũ infinitas, quæ pariunt infructuosas quæstiones, atque interminabiles: vel etiã intellexit aniles illas, & omnino ridiculas scripturarũ interpretationes, quas Iudæi fingunt pro libito. Vnde illas Origenes, *d* August. *e* & alij appellant meras fabulas: & propter illas Athanasius *f* dixit Iudæos esse meros fabulatores, hinc etiam vocat deliramenta omnes has fictiones.

c Marc. 7.

Iudæorũ ad literas sacras interpretationes minũ suspectæ.

40 Quare Iudæorũ interpretationes circa literas sacras, vel omnino fugiendæ sunt vt chimæricæ, vel saltim cautè legendæ, vtpotè suspectæ fidei, & maiori ex parte maximo studio constructæ, vel ad eleuandã (si fieri posset) vel saltim ad obscurandã diuinitatẽ Christi: vt enim Iudæi Christũ tradiderunt gentibus ad crucifigendã eius humanitatẽ, ac dilacerandã flagris, clauis, & palis acerbissimis, sic scribis, & Rabbinis suis tradiderunt eundẽ, vt diuinitatẽ illius falsis, peruersisq; expositionibus perderent: & veritatis verbũ, quod in illo emicat, extinguerent: iuxta quæ subtiliter notauit author imperfecti super illud: *g Ecce ascendimus Hierosolymam*: & prudenter monuit Leo Castren. *h*

d Hom. 1. in lib. Reg. in fine.
e 2. Cõtra Faust. cap. 27.
f 1. De Incar. & de fi. c. vnitatis, & Trinit. Hier. epist. ad Algas. q. 10. Chrysost. sup. Matth. 20. homil. 35.
g Chrys. hom. 35. Imperf.
h Præfatione in Esaiam.

Cur Scripturæ veracitati non deroget aliquarũ fabularum fida narratio.

41 Ad sextũ argumentũ respondetur cũ August. *i* quod vt speculi fidelis nitor nullius accipit adulandã personã, sed tã pulcra, & integra, quã de formia, & fœda demonstrat: sic scriptura fidelis. Et quod sicut distorta mẽbra nõ deprauant lucẽ, quæ cuncta demonstrat, ita nec cuiuspiã malefacta malã scripturam faciunt.

42 Similia sunt, quæ Magnus Gregor. *K* habet: dũ inquit: *Scriptura sacra mentis oculis quasi speculum quoddam apponitur, vt interna nostra facies in ipsa videatur: ibi enim fœda, ibi pulcra nostra cognoscimus, ibi sentimus quantum proficimus, ibi à profectu quam longè distamus: nonnumquam victritia facta sanctorum, nonnumquam illorum casus commemorat: illa ad imitationem, istos ad timorem, humilitatem, & cautelam.*

i Tom. 6. lib. 21. contra Faust, cap. 60. & 61.
K 2. Moral. cap. 1.

Scriptura sacra speculũ fidelissimum.

Quare magni ponderis sunt turpia etiã & obscœna, quæ nobis scriptura proponit, vt periculũ in alieno capite facientes, propriũ tueamur, & alieno sapiamus incommodo.

CAPVT SEXTVM.

Respondetur 7. & 8. argumento 1. capitis, & ostenditur lex vetus data in timorem: noua autem in amorem, & vtriusque affinitas, & cohærentia.

Quomodò cohereat lex vetus cũ noua si illa in timorẽ hęc in amorẽ lata.

43 AD septimũ argumentũ respondetur cũ D. Thom. *a* concedendo planè in primis quod lex vetus data sit in timorẽ, vtpotè lata ad hoc vt inductione pœnarũ seruaretur: & proinde quod fuit data in spiritu seruitutis: quia seruorũ est, pœnis ad officia addici. Vnde tonitrua fulgura, & multa horribilia, & ardua in eius promulgatione visa sunt: iuxta quæ referuntur *b* propter quod à Paulo inclamatũ est: *c Terribile erat quod videbatur*. At nõ propterea aborret à lege gratiæ, in qua etiã metus incutitur, dum strictè monemur: *d Timete eum, qui potest corpus, & animã perdere in gehennam.* Maximè quòd cũ: *e Initium Sapientiæ sit timor Domini*, & sapientia sit via ad amicitiã, & ad dilectionẽ: adeò vt quidã dixerit: *f Solus sapiẽs scit amare.* Consequens est, vt etiã timor præmuniat iter ad amorẽ, & pietatẽ. Quapropter August. asseruit: *g Pietas timore inchoatur, charitate perficitur.*

a Sup. ad Rom. 8. lect. 3.
b Exod. 19.
c Heb. 12.
d Matth. 10. v. 28.
e Psalm. 110.
f Seneca epist. 81.
g Tom. 1. lib. de Vera religione c. 17.

Amor, & timor ab eodẽ.

44 Sed quantumcumque sit inter timorem, & amorem disparitas, ad huc non arguit distinctionem inter authores, nedum discrepantiam, & disconuenientiam: nam vt Paulus inquit. *h Hæc omnia operatur vnus, & idem spiritus, diuidens singulis prout vult.* Vt vnus, & idem spiritus in Christo Domino

h 1. Corinth. 12.

est testimonium Deuteronomij de Christo ad literam intelligendum esse. De quo non plura, nam alibi de eo copiosius dixi. *a*

Quid sit illud Matth. nemo vinũ nouũ cõmittit vtribus veter nosis.

a Tom. 2. Quadr. Fer. 2. post. Dominicam 3. §. 1. per totum.

49 Ad elogium aliud de commissura panni rudis vestimento veteri, & de mixtione vini noui, seu immissione in vtres veteres, de quo Matth. *b* respondetur ineptum esse ad rem; quoniam ob id tantum à Domino inductũ est, vt discipulis Ioannis Baptistæ obijcientibus: *Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* ostenderet indulgentiam, qua vtebatur in suos, dùm non cogebat eos ita ieiunare nõ negligentiæ, aut luxus esse; sed prudentiæ potius, quæ subitas mutationes de vno extremo in aliud abhorret, vt ingentis periculi causas. Dũ enim insueta irrumpunt subitò, perniciem potiusquam commodum afferunt. Inde Hippocrates: *c Plurimum, ac repente euaquare, vel reperir periculosum, sed quod paulatim fit, tutum est.* Quare tâm in morum, animorumque mutationibus, quàm etiam corporum paulatim semper, ac pedetentim, non autem festine, & propere procedendum est. Et ideò discipulos suos imperfectos adhuc, & debiles, & in ieiunandi agone minimè exercitatos noluit Christus ieiunio premere, ne rigida, & inaccessa illis disciplina ieiuniorum à vero instituto amoueret, vt vestimentum vetus longo vsu attritum auersatur suturam panni rudis, quia illicò rumpitur, & dilaceratur; non secus, ac vtres veteres vini noui, feruentisque infusione. Ecce quid hic significent vestimentum vetus, & vtres veteres, vtiq; discipulos debiles, minusq; robustos, vt potè minus assuefactos ad virtutum exercitia, & quid pãnus nouus, & vinum nouum. vtique viuendi genus austerum, & asperum, non autem vetus, aut nouum testamentum, de quibus sermo non inerat, nec rei subiectæ materiam suppeditabant.

b Matth. 9. 15.

c Lib. 2. Aphorism. 4. 15.

DVBIVM NONVM.

Vtrùm testamentum nouum iure inter Scripturas sacras enumerandum sit?

SVMMARIVM.

1 *Procemium operis.*
2 *Pars negatiua Iudæorum, & gentilium est.*
3 *Ex hæreticis vnus declinauit in partem negatiuam.*
4 *Alius hæreticus contra testamentũ nouum oblatrauit.*
5 *Anabaptistarũ & Seruitanorũ contra nouũ testamentum perfugium.*
6 *Arguitur 1. pro parte negatiua quæstionis.*
7 *Confirmatur primum argumentum.*
8 *Arg. 2. pro parte negatiua.*
9 *Arg. 3. pro eadem parte negatiua.*
10 *Arg. 4. pro parte negatiua.*
11 *Cõfirmatur prædictũ argumentũ*
12 *Ex veteri testamento noui authoritas comprobatur.*
13 *Quidam ex intelligentia veteris testamenti intulit ferè cuncta noui.*
14 *In vtroque fœdere asseritur Christus Filius Dei.*
15 *In vtroque fœdere asseritur Christus incarnatus.*
16 *In vtroque fœdere asseritur Christus Dei mediator.*
17 *In vtroque fœdere asseritur Christus Propheta.*
18. *In vtroque fœdere asseritur Christus Doctor hominum.*
19 *In vtroque fœdere asseritur Christus legislator.*
20 *In vtroq; fœdere asseritur Christus Summus Pontifex.*
21 *In vtroque fœdere asseritur Christus Rex æternus.*
22 *In vtroque fœdere prædicatur Christus Messias.*
23 *In vtroque fœdere prædicatur Christus Redemptor.*

Innocens

Prooemiū operis. 1 Veteris testamenti causa hactenus perorata, sequitur peroremus illam, quae noui testamenti est. In qua nunc quae communia sunt: aliquando verò (si Deus votis annuat) singulari sigillatim expendam. In praesentia autem an nouum testamentum canonicum sit discutiam? expositurus (Deo dante) in posterum idem de singulis eiusdem testamenti partibus.

CAPVT PRIMVM.

Authores partis negatiuae.

Pars negatiua Iudaeorum & gentilium est. 2 A Parte negatiua quaestionis, tàm Iudaei omnes, quàm etiā infideles sunt, vtrique; enim aequa mente, vel potius dementia, diffitentur Christum Deum, ac Dei consubstantialem filiū vnde inficiantur similiter: & proinde scripturam omnem, quae de illo est, & ad illum.

Ex haereticis vnus declinauit in partē negatiuam. 3 Ex haereticis autem vide neminem, qui testamentum nouum prorsus reijciat: nisi fortè Faustum Manichaeum, qui apud August. a incertae fidei illud arguit tamquam quod neque à Christo, neque ab Apostolis eius, sed à quibusdam semi Iudaeis asserit exaratum, & literis proditum. Sed neque haereticus iste omnia testamenti noui elogia repellit, nisi tantùm illa, quae vel à veteri desumpta sunt, vel Christum verum hominem adstruunt. Censet enim iniuriam fieri

a Tom. 6. lib. 33. contra Faustum Manich. cap. 3.

fieri diuinitati Christi. Si vel homo verus, vere natus, circuncisus, passus, mortuus credatur, & sedultus, vel ad conciliandam fidem dictis eius peregrini testes inquirantur, vtiq; propheticæ prædictiones, cũ eius miracula supperant & redundet eius authoritas, vt potè diuina.

Alius hæreticus cõtra testamẽtũ.

4 Alius etiam apud Hieron. hæreticus extitit Heluidius nomine, qui noui testamenti exemplaria adulterata dixit, more vtique vetustissimò hæreticorum, apud quos id quod suo aduersatur errori, mox Euangelium non est, sed corruptela & mendum Quare dici solet de illis, quod *scripturas non admittunt, sed faciunt*: & quod *Euangelium non recipiunt, sed dant*. Sic autem apud nouatores præsertim Anabaptistas, & Seruitanos mos iste increbuit, vt procaciter asserant apud Sixtum Senensem, *b* sacros noui testaméti codices multis ab hinc annis contaminatos esse. Quo se perfugio non minus ineluctabiles reddunt, quam Iudæi, ac pagani, cum eodem se clypeo muniant, vtiq; abnegandi scripturam, quæ contra illos est, licet semper (ob magnum Dei munus) eueniat illis quod Tertullianus, *c* de Marcione risit & irrisit, videlicèt: *Spongiam illius non satis diligenter imbibisse, & expunxiße omnia, quæ ad reuincendum Marcionem opportuna erant*. Vnde istorum etiam hæreticorum exacta refutatio desperata non est, saltim propter incontaminata & intemerata elogia incautè ab illis prætermissa, quæ postea in eos pro pugione sunt. Sed age, videamus aduersariorum argumenta quæ illis sua calumniandi libido subministrat.

Hæreticorũ perfugium.

5

Anabaptistarũ & Seruitanorum cõtra nouum testamẽtũ perfugiũ

b *Lib.7. BB.S. hæresi 1.*

c *Lib.5. contra Marc.*

CAPVT SECVNDVM.

Argumenta pro parte negatiua, scilicèt, testamentum nouum Scripturam sacram non esse.

a *Ioan.10.v.33.*

IN Primis autem Iudæorum, atq; paganorum argumenta potiora in eo maximè cardine voluũtur, quod Christus. *a* *Cum homo sit* (verba sunt Iudæorum ad Christum) *Deum se facit*. Vnde cum authoris noui testamenti conatus studiumque maximè illo tendant, vt Christum verum Deum non minus, quàm hominem adstruant: totam noui testamenti scripturam, toto cælo eliminant, & in inferno secum euersam esse volunt. 6

Arg. 1. pro parte negatiue quæstionis.

b *Paulus 1. Cor.2*

7 His adde quod testamento nouo prædicatur Christus crucifixus & patibulo appensus: hoc autem (vt Palus retulit *b*) *Iudæis scandalum est, gentibus autem stultitia*: imô etiam quod homo sit, implicatorium eis apparet, non secus, atq; infinitũ & increatum, finitum & creatum fieri, prout illi argumentantur in Seruetio scripturarum, *c* apud Paulum Burgen.

Confirmatur primum argumẽtum.

c *Scrut. scrip d. 8. c. 13. fol. 268.*

8 Diende argumenta Fausti in eo sita sunt, quod noui testamenti historia multa pugnantia implicat, propter Euangelistarum in multis discrepantium quæ tamen â scriptoribus sacris valde aliena est: & proinde indigna, quæ discipulis Christi tribuatur, sed potius alijs hominibus inferioris notæ, ac minoris cerebri, vtiq; Iudæis leuissimis.

Arg. 2. pro parte negatiua.

d *Præfat. in 4. Euangelia ad Damasum.*

e *Sup c.5. ad Galat.*

f *Sup. cap. 5. ad Rom.*

g *Homil. 8. in Matth.*

h *Lib. de Spiritu Sancto.*

9 Tertio Heluidij Anabaptistarum, & Serueti argumentum est, quod Latini noui testamenti codices tamquam omnino viciati olim emendati sunt à D. Hieron. *d* qui ad veritatem Græcã illos restituit; iuxta quæ ipse expressis verbis retulit. At temporibus illis exemplaria Græca erant deprauatiora Latinis, teste eodem Hieronymo, *e* & in præfactione Pentateuchi. & iuxta illud Ambrosij: *f* *Græci diuersos habent codices, qui ob studium contẽtionis à se inuicem discrepant*. Quibus consonat illud Origen. *g* *Multam differentiam inter exemplaria inuenimus*. Igitur noui testamenti codices corrupti semper sunt, vt potè correcti ad normam corruptorum. Quare Ambrosius non erubuit dicere, *h* *Codicum Latinorum aliquos perfidi falsarunt*.

Arg. 3. pro eadẽ parte negatiua.

Denique

Arg. ad pro parte negatiua.

10 Denique sic argumentamur nos. Nouum testamentū non debuit literis exarari, sed potius animo insculpi: iuxta illud Hierem. *Dabo legem meam in visceribus eorum: & in corde eorum scribam eam, & non docebit vir vltra proximum suum*: id est: longè aliud erit testamentum nouæ legis à testamento veteris. Hæc enim cum carnalis esset, ac materialis, materialibus oportebat literis consignari, & à literis explanari doctoribus: quare à Paulo appellabatur sæpè lex scripta & litera per antonomasiam: at illa cum spiritalis sit animo inserenda est, nec tàm humano, quàm diuino magisterio enodanda. *Ierem. 31. v. 33.*

Confirmatur prædictū argumétum.

11 His consonat illud *Pauli, i Epistola estis Christi ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed spiritu* Dei *viui: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis*: Sic ergo exarari debuit doctrina Christi: & proinde non materialibus characteribus, atq; elementis, veluti testamentum nouum scriptum est. *i 2. Cor. 3. v. 3.*

CAPVT TERTIVM.

Ostenditur sacra noui testamenti scriptura contra Iudæos.

12 Ex veteri testaméto noui authoritas probatur.

HIS Tamen non obstantibus affirmatiuā insequitur partem vniuersalis Christi Ecclesia, sponsa Christi, columna, & firmamentum veritatis, vbique definiens tamquam fidei dogma, nouum testamentum Christi sacrum & canonicum esse, legitimamque & authenticam continere scripturam. Quod etiam ipsis Iudæis debuit esse ratum, ac fixum; siquidem illis pro constanti est, quod in testamento veteri noua quædam lex, nouumque testamentum futurum promissumque inuenitur: iuxta Hieremiæ illud: *a Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum*. Item iuxta illud Baruch: *b Statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis, in Deum, & ipsi mihi in populum*. At testamentum hoc non potest esse aliud, quàm illud quod nos testamentum nouum vocamus, in quo planè exprimitur quidquid subindicatur in veteri, & expletum videmus quidquid in alio est promissum, præsertim erga Christum Dominum, qui propterea vocatur à Paulo, *c finis legis*: quoniā potiora, & antiquioris paginæ referuntur ad illum, non secus atq; sagittæ collimantur in scopum, & lineæ à circunferentia prosiliunt in centrum. *a Iere. 31. v. 31.* *b Baruch. 2. v. 35.* *c Rom. 8. v. 10.*

Quidam ex intelligentia veteris testaméti intulit ferê cūcta noui.

13 Inde euenit, quod Iudæus quidam, nomine Apollo, Alexandrinus genere, potens in scriptura cum esset, diligenter docuit ea quæ sunt Christi, licèt ex nuper factis solus baptismus Ioannis ad eius peruenisset notitiam, iuxta quæ referuntur in actis Apostolorum: *d* ex peritia enim scripturarum comparauit sibi, & alijs notitiam eorum, quæ sunt Christi: adeò enim in scripturis Christus delituit. Quo iure Christus dixit: *e Scrutamini scripturas, quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me*. *d Act. 18. v. 24.* *e Ioan. 5. v. 39.*

In vtroque fœdere asseritur Christus filius Dei

14 Et sanè si rectè expendantur, vberrima & vrgentissima apud antiquiores scripturas testimonia inueniuntur, quæ Christū ex amussim depingunt, & eum velut indice produnt. Vt autem de multis paucula paucis decerpā: in primis, si Christus Dominus in nouo testamento asseritur filius Dei, vtiq; *f* ibi: *Et ecce vox de cœlo dicens: Hic est filius meus dilectus*: & ibi: *g Tu es Christus filius* Dei *viui*: & ibi: *h In principio erat verbum, &c.* Idem non minus luculenter adstruitur in testamēto veteri, nimirum, *i Dominus dixit ad me; Filius meus es tu, ego hodie genui te*: & iterum, *K Ex vtero ante luciferū genui te*: & rursum. *l Ipse inuocabit me, Pater meus es tu.* *f Matth. 3.* *g Matth. 16.* *h Ioan. 1.* *i Psal. 2.* *K Psalm. 109.* *l Psalm. 88.*

In vtroque fœdere asseritur Christus incarnatus.

15 Deinde si idem asseritur incarnatus, ibi, *m Et verbum caro factum est*: Si cōceptus de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, *n* ibi. *o Cum esset desponsata mater* *m Ioan. 1.* *n Matth. 1.* *o Matth. 2.*

IESV

epilogum in eo reducta sunt, dum quæ sparsim alibi, & fusè dicta habentur, in vno Christo collecta inueniuntur, vt centro lineæ ad quod tendunt, omnia enim & singula Christum pollicentur, prædicant, prænunciant, ac signant.

Iudæi agnoscunt Christū maximè in veteri testamēti repromissum.

26 Inde est quod Iudæi in libro Zanhedrim in capite Helech. planè profitentur, quod licèt prophetarum libri incidenter & obiter de alijs, ex professo tamen de vnico tantùm præloquuntur Christo. Videatur interim D. Bonauentura in libro de luminaribus Ecclesiæ, vbi naturalia quæq; ostendit esse symbola Christi: maximè tamen oracula, & vaticinia testamenti veteris. Quocirca sapientissimè dixit Iustinus Martyr, r *Euangelium nihil aliud esse, quàm legem impletam*, Inquisiuit enim & rogauit, quidnam Euangelium esset? & respondit, *Lex completa*: vtiq; quia iuxta Gregorium, s *Quod vetus testamentum promisit, hoc nouum exhibuit: & quod illud occultè nunciat: hoc istud exhibitum apertè clamat.* r q. 101. s Hom. 6. in Ezech.

Quanta Iudæorū petulantia amplexando testamētū vetus respuere nouum?

27 Ex his planè conuincitur, quod veterem legem mordicus tenere, vt tenent Iudæi; & tamen nouam non amplexari, sed repudiare, potius & abijcere, vt etiam ipsi abijciunt; ingentis procacitatis, atq; impudentiæ est: cum tanta sit vtriusq; fœderis concordia & conspiratio, vt expressus vnius partis assensus sit implicitus consensus alterius, & implicita fides.

28 Ne autem obijciat aliquis, & insurgens dicat, ex veteri testamento colligi quidem posse futurum aliquando Messiam verum Deum, ac hominem: non autem iam fuisse, aut præcessisse quod est argumentum noui. Ne igitur igitur id obijciat aliquis, inducam aliquot ex veteri testamento elogia, quæ t Gen. 49. v. 10.

Ostenditur Christum iam venisse iuxta Genes. & Esai oracula.

nouum veritatem conuincant, & in primis illud, t *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est*. Quod abundè explicatū relinquimus alibi v Constat autem multis ab hinc annis ablatum à domo Iuda sceptrum. Item & illud. x *Deus ipse veniet & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet, sicut ceruus claudus, & solutæ erunt linguæ mutorum*. Quod ad literam impletum accipimus, y vbi illis omnibus patratis miraculis coram Baptistæ discipulis, monuit illos Christus ita inquiens: *Dicite Ioanni, quæ audistis & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, & surdi audiunt, &c.* v 22. q. 1. art. 3. dub. 3. c. 12. ad finem. x Esai. 35. v. 4. y Matth. 11. v. 5.

Idē rursū ex Daniele ostenditur.

29 His subiungere placet vaticinium illud, z de quatuor monarchijs, Chaldæorum, Persarum, Græcorum & Latinorum, in statua illa multigena inumbratis, quæ ad iactum exigui lapidis corruens contrita est. Cū enim huius lapidis regnū sit regnū Messiæ, ex sententia omniū, quibus refragari nefas, etiam apud Iudæos, quoniam eo loci dicitur: *In diebus illis suscitauit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur & stabit in æternum*: Cōsequens est Messiam iam diu venisse: vtpotè debellaturus & exturbaturus aduentu suo quatuor illa prædicta regna, quæ diu iam corruerunt. Maximè cùm inter illa relatum non habeamus quintum istud Mahometi, aliàs cæteris amplius, & opulentius, vtpotè temporibus illis nondum erectum, aut ante aduentum Christi erigendum, aliàs non subticuisset propheta demolitionem illius potius quàm aliorum, sed quinq; numerasset regna funditus consternanda ad illius lapidis ictum. Signum igitur est, quod aduentus Messiæ præcesit Mahometanorum Imperium, & proinde quod Messias iam diù venit, atq; adeo veram esse historiam testamenti noui, quæ aduentum illius expletum narrat. z Dan. 2. v. 44.

30 Cur Mahometanicum regnum à Daniele prætermissum.

Cuiusdā Iudæi commentum de Christo nōdū incarnato.

31 Scio cuiusdam Iudæi (nomine Rabbi Abraham Benefra) commentum esse quod regnum Romanorum & Sarracenorum apud Danielem sunt vnū, & idem: eo quod regnum quartum simul ex ferro, & luto compactum pingitur à Daniele tamquam ex dissimilibus elementis conflatum, quales sunt Christiani & Sarraceni, & proinde Messiam non dùm venisse, aut venturum fore, vsque ad regni Sarracenorum excidium, simul & Christianorum.

32 Sed multū mitiata est iniquitas illi, quoniā vates ipse se explicat inquiēs, a Quod a Vers. 43.

Quod autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum misceri non potest testæ. Quando autem (rogo) Christiani cum Mahometanis connubia ineunt? Quando tanta inter vtrosque consuetudo, vt simul generationi vacent? sane nihil minus. Est enim mutuus inter eos, reciprocusq; dissensionis stomachus: non ergo commixtio illa ferri, & luti communionē vnius regni inter Sarracenos, & Christianos designant, sed significat Imperium Romanorum multis modis sibi firmitudinem, & stabilitatem consulens, etiam per connubia, quæ dissidentes inter se, & nimium discrepantes animos conciliare solent, & proinde consolidare: tamen in fine sic debile migrauit, & exile ob intestina etiam inter cognatos odia, vt leui iactu lapidis contritum sit. Sanè Pompeius Cæsaris duxit filiam Iuliam nomine, & Marcus Antonius Octauiam Octauij sororem, & similes similes, at non propterea intestinum quo laborabant liuorem in inuicem exuerunt: & ideò tamquam regnum in se ipso diuisum sensim cō conuulsum est, & ad terram prostratum. Refellitur efficaciter prædictū cōmetū.

33 Hæc contra Iudæos infidos, sed est abluere Ætyopem, & nigræ noctis velle illustrare tenebras: quoniam de illis Esaias *b* (iuxta trāslationem septuaginta, quam Basilius *c* agnouit, & exponit) prophetauit: *Legem signant, ne discant.* Vnde probationum nostrarum pondus non sentiunt, at tamen cæcutiētibus cunctis meridianus sol, luculentissimus est, & à multis Rabbinorum iā diù non parum certo oculo internotus, diuinitatem siquidem, & humanitatem Messiæ plures illorum attestati leguntur. Et quidem apud Adrianum, *d* finium habemus Rabbi Ananiam, & Rabbi Iacob filium Ambræ, qui circa illa verba Ruth, *e Aram genuit Aminadab*, exponunt illud Genesis, *f Semen posuit mihi Deus aliud pro Abel.* Vtique Seth. Exponunt igitur hoc verbum de Messia, quia nouum semen, nouamq; ætatem importare debeat. Item Rabbi Mosem Hispanus, *g* in libro qui dicitur Misdras Tahelim, interpretatus est apud eundem Finiū vbi supra illud, *Videbam coram me vitē. h* Interpretatus est vtique de Messia, de quo dicitur, *i Vineam de Ægipto transtulisti.* Inquit enim author iste, quod Abraham fuit planctatio inferior, Messias autem planctatio inferior simul & superior: id est, duplicem generationem referens, terrestrem nimirum & cœlestem. Tetra Iudæorum perfidia. 34 Quinam Rabbini aduentū Christi expressorint.

b *Esai. 8. v. 3.*
c *Sup. Esai. 2.*
d *Lib. 1. Flagelij Iudæorum ca. 3. & l. 2. c. 17. & lib. 3. cap. 35.*
e *Ruth. 4. v. 19.*
f *Gen. 4. v. 9.*
g *Cap. 32.*
h *Gen. 40. v. 9.*
i *Psalm. 74.*

35 Rursum apud Augustinum Iustinianum k Episcopum Nebrensem commentarijs Octapli ad primum Psal. Dauid, legimus Rabbi Simeonem Demohai super illud, *l Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, ita discurrentem: *In tempore tertio completa est maxima copula & coniuncti & incorporati mūdi superiores & inferiores, & quod erat corpus superius, erat quoq; inferius, Deus sanctus & benedictus: & ille qui dicitur sanctus Deus exercituum implet totam terram gloria sua.* Christi aduētus ab alio Rabbino prædict°.

K *In Octaplo ad primum Psalmū.*
l *Gen. 1.*

36 Præterea in libro cælati pudoris apud Petrum Gregorium, ita legitur, *m Puri sunt illi iusti, qui recuperauerunt animas suas mediante corpore illo sanctissimo, quod vocatur homo: quod implet totam terrā: spiritus hic est in quo clauduntur omnes sancti spiritus, exceperant verò ipsum puri illi, & benemeriti Dominum eorum, dominumq; dominorum in paradypso.* Alius Rabinus ad idem.

m *In syntag. artis mirab.*

37 Similiter in lib. Misdras Tehelim, *n* circa illa verba. *In lumine tuo videbimus lumen*, narratur quemdam missum ad accendendam lucernam, cumque illa frequenter extingueretur, dixisse: *Vsquequo dinexor in opere hoc? expectabo ortum solis & ambulabo in luce illius.* Et mox subiungitur, hoc inductum fuisse ad insinuandum Iudæos multiplici captiuitate vexatos & seruitute oppressos, non satis ad pileum, id est, in libertatē vocandos, donec illusceceret caro, quæ secundum substantiam Deus sit, videatur Augustinus in Octaplo. *o* NotaRabbini verbum.

Pluraque alia istis similia de diuinitate & humanitate Messiæ à Rabbinis dictata, & adnotata videri possunt apud Gregorium Tolosanum, *p* apud quē etiam relata eius inuenientur. Quæ plus satis sunt ad reuincendam perfidiā Iudæorum qui simplices & germanos sacrarum literarum sensus à suis præceptoribus

n *In Psalm. 35.*
o *Vbi sup. ad Psal. 55.*
p *Vbi sup.*

ceptoribus traditos amplecti recussant, modò in Christi laudem cedant, & eius diuinitatem annuncient.

Notabilis libri lapide inclusi, & casu ferro deprompti.

38 Silentio tamen prætereundum non est, quod (tempore Federici secundi & Ferdinandi Regis Castellæ circa annum Domini 1244. in Toleto Hispaniæ nostræ illustrissimo oppido) accidit: vtiq; Iudæo quodam durum & integrum lapidem ferro conterente in agro, intra viscera eius inuentus fuit quidam liber, folia habens quasi lignea, & tribus linguis Hebraica, scilicet, Græca, & Latina scripto referens. *Filius Dei nascetur ex Virgine Maria & pro salute humana patietur.* Quod cum Iudæus legeret, & intelligeret, statim cum tota familia baptizatus est, prout relatum habemus apud Marchoardum, q de Susannis & apud Petrum de Lacaualleria, r Cæsaraugustanum. Sed vrgentiora sunt verba, quæ in testamento veteri de diuinitate Messiæ passim offeruntur: quæ tamen cum non emolliant legentium Iudæorum viscera, signum est, quod vsque nunc, non solum velo obducta, sed in modum lapidis obdurata in Christum, habent ea. Quare illis iam prætermissis ad alios trāseamus.

q *Tract. de Iudeis 3. p. c. 2. nu. 60.*

r *In lib. zelus Christi fol. 47.*

CAPVT QVARTVM.

Ostenditur sacra noui testamenti scriptura contra Sarracenos & Mahometanos.

39 *Sarraceni agnoscūt Christum Messiam iuxta Alchorani articulos.*

DEinde contra Sarracenos sermo ineūdus est, breuissimus quidem, sed efficacissimus, si modò vera sunt, quæ ex Mahometi Alchorano probatæ fidei authores a nobis, vt testes oculati produnt, vtique Sarracenæ fidei articulum esse quod Christus Dominus fuerit verus, germanusque Messias in lege promissus, quia in chora secunda quæ est chora Ambram dicitur, Angelos dixisse Mariæ: *Deus denunciauit tibi bonum nouum in verbo suo, cuius nomē est Macech Ize, Filius Mariæ*, id est Messias IESVS: *Macèch* enim, seu *Maciha* Arabice sonat Messias; Ize autem IESVS.

a *Marchoar. de Iudæis 3. p. c. 1. num. 54. Paul. Grisal. ib. de Cas. Cath. Petrus de Lacaualleria vbi supr. pag. 4. num. 19.*

Insuper in tertia chora dicitur: *Non dicatis circa Deum nisi veritatem, quoniā Messias Ize filius Mariæ missus est Dei, nec dedignatur Messias, quod sit seruus Dei.*

Item in chora quarta habetur. *Heretici sunt illi, qui dicūnt, quod Deus non est ille Messias Filius Mariæ.* Et in chora octaua, quæ dicitur altamba, id est, capitulum de pœnitentia, sic habetur: *Accipite Doctores vestros & Messiam filium Mariæ.*

Ex his planè eliciunt, qui prædicta verba notarūt apud Sarracenos esse fidei dogma egregium, quod Christus sit verus Messias; hoc est Messias ille in lege promissus, & à Deo missus in salutem hominum. Quod si hoc sic in confesso apud illos est, consequēs fit, vt etiam apud eosdem esse in confesso debeat facta, & dicta Christi diuina esse, vtpotè hominis missi, & promissi à Deo in salutem cunctorum: & ex consequenti testamentum nouum vndiq; diuinum esse, vtpotè conflatum ex dictis, atq; factis Christi.

Sarraceni legem Moysis & Euangeliū in multis approbāt.

40 His addes, quod prædicti authores eadē fide subijciunt, videlicet Sarracenos in multis locis sui Alcorani legem Moysi, & Euangelia mirum in modum approbare, miris que laudibus euehere: signanter vero in chora quarta; vbi dicitur, quod Iesus Christus dixit Pentateuchum & Euangelia, vbi est rectitudo & lux vera; ergo ac diuina est Euangeliorum doctrina: & proinde scriptura noui testamenti cùm per omnia sacris Euangelijs consentiat, & ex cōsequenti Sarraceni adherentes Pentateucho, id est, legi Moysis, nō possunt recedere ab Euangelio Christi. nam vt quondam ipse perfidis Iudæis obiecit. b *Si crederitis Moysi, crederitis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.*

b *Ioan. 5. v. 46.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Ostenditur sacra noui testamenti scriptura contra Gentiles omnes & Paganos.

MOX Aduersus gentiles dimicandum est, non quidē scripturarum nostrarum, quas ipsi non agnoscunt, telis, sed suarum Sybillarum oraculis, quæ illis diuina sunt, & omni fide dignissima.

Quænā Sybillæ?

41 Etenim (vt referunt nobis Diod. Siculus, a Seruius, b Lactantius, c & alij) Sybillæ dicebantur mulieres Deo plenæ, quarum pectora cum diuinum numen recepissent vaticinabantur. Dicebantur autem Sybillæ à consilijs diuinis enunciandis, quoniam æoles, i. Græci appellant *Deos Syois*: & apud illos, *boule*, idem est, quod consilium, siue sententia. Quare: Sybillæ quasi sybullæ, id est, quæ diuina consilia nunciant mortalibus. Inde Hieron. contra Iouinianum, d *Quod si æolici sermonis generatione Sybillæ Deo boulæ appellantur, rectè consilium Dei sola scribitur nosse virginitas.*

a *Lib.* 5.
b *Lib.* 4. *Æneid.*
c *Lib.* 1. *diuinarum instit. Marc. Varr. in lib.* 6. *rerum diuinarum. Onuph. Paulin Veronen. libello de Sybilijs.*
d *Lib.* 2. *contra Iouin.*

Regina Sabba dicebatur Sybilla.

42 Inde Regina Sabba apud Græcos Sybilla dicebatur iuxta Georgium Cedrenum, e vtpotè sic edocta diuinitus, vt sapientiæ diuinæ Salomonis periculum facere tentauerit. Venit enim ab extremis finibus terræ videre sapientiam Salomonis: vtiq; nō segniter, aut superficie tenus, sed quæstionibus interrogationibus, & argumentis discutiendam.

e *Georgius Ced.*

Sybillæ quot numero?

43 Et licèt de numero Sybillarum magna inter scriptores veteres dissensio sit: dùm alij duas tantùm, alij tres, alij quatuor, alij decem, alij plures esse contendunt, & alij vnam tantum; dum de illis facere constituūt, quod olim de Iouibus, Herculibus, Mineruisq;, & hodie de Getrudibus Benedictinis nostris sanctissimis monalibus factum est; nimirum plores cum fuerint, non tamen, vt plures computantur. Nihilominus Marcus Varro, f (cui fides integra in istis habenda est; vtpotè quòd nemo vmquam doctior, nec apud Græcos, nec apud Latinos iuxta testimonium Lactantij, g) Sybillas decem numero refert, easq; enumerat cum authoribus, qui earum gesta adnotarunt.

Sybillæ multæ de Christo præconiarunt.

f *Lib. rerum diuinarum ad Caium Cæsar. Pontif.*
g *Vbi sup.*

Vaticinium Sybillæ Delphicæ de Christo Domino

44 Hæ igitur fœminæ diuino spiritu afflatæ, quas Gentiles, vt veridicas venerantur, ac vates, ferè eadem, quæ Prophetæ sacri de Christo Domino prædicauerunt, imò ferè quæ Euangelistæ: adeò vt propter hoc explicans Augustinus illud Pauli ad Romanos: h *(per Prophetas suos)* notanter dixerit, i *Fuerūt & Prophetæ enim ipsius, vtiq; Sybillæ.* Fidem ergo illarum dictis debēt, & proin de noui testamenti oraculis.

h *Rom.* 1. *v.* 2.
i *August. sup. ad Rom.* 1. *v.* 2.

Vaticinium Sybillæ Antheæ de Christo Domino

45 Sed age, referamus oracula Sybillarum & verba, vt sic gentilibus bellū indicamus. Prima autem Sybillarum, eademq; vetustissima illa est, quæ Delphica dicitur, cuius hæc sunt carmina apud Chrysippū & Onuphriū Pāuinū.

Non tarde veniet tacita, sed mente tenendum
Hoc opus, hoc memori semper, qui corde reponet
Huius pertentam cor gaudia magna prophetæ
Eximij, qui virginea conceptus ab albo,
Prodibit, sine contactu maris.

Secunda Sybillarum illa est, quæ Æritrhea dicitur in Babylone orta excidium Troiæ contra Homerum, & multa de Christo vaticinata, quarum summa hæc est, apud prædictum Onuphrium.

Cerno

Cerno Dei natum, qui se dimisit ab alto.
Vltima fœlices referunt cum tempora solis
Virgine matre satus prudenti pectore verax.

47 Vaticinium Sybillæ Cumeæ de Christo Domino

Tertia Sybillarum est illa, quæ Cumea, siue Cymeria appellatur, ita vaticinata de Christo post excidium Illiacum apud eundem Onuphrium:

Inteneris annis facie præsignis honore
Militiæ æternæ Regem sacra virgo cibabit
Lacte suo. Per quem gaudebunt pectore summò
Omnia, & eo lucebit sydus ab orbe,
Mirificum sua dona Magi cum laude ferentes
Obijcent puero myrrham, aurum, thura sabæa.

48 Vaticinium Sybillæ Samiæ de Christo Domino

Quarta Sybillarum est Samia Numæ Pompilij temporibus florens: cuius etiã apud Onuphrium, hæc sunt carmina.

Ecce dies nigras, quæ tollit leta tenebras
Mox veniet, soluens nodosa volumina vatum
Gentis Iudææ referent, vt carmina plebis.
Hunc poterunt clarum virorum tangere Regem
Humano quem virgo sinu inuiolata souebit
Annuit hoc cœlum rutilantia sydera monstrant.

49 Vaticinium Sybillæ Cumanæ de de Christo.

Quinta Sybillarum est Cumana, aliàs Amalthea, temporibus Tarquini superbi: cuius apud præfatum Onuphrium hæc sunt vaticinia.

Iam mea certa manent & vera nouissima verba
Vltima venturi quod erant oracula Regis,
Qui toti veniens mundo cum pace placebit
Vt voluit nostra ve factus carne decenter
In cunctis humilis.

50 Vaticinium Sybillæ Hellesponticæ de Christo.

Sexta Sybillarum est illa, cuius nomen Hellespontica Cyri temporibus, sic de Christo vaticinata.

Dum meditor quondàm vidi decoram puellam,
Quæ sobolem multo pareret splendore micantem
Progenies summi speciosa & vera tonantis
Pacifica mundum, qui sub ditione gubernat.

51 Vaticinium Sybillæ Lybicæ de Christo Domino

Septima Sybillarum est Lybica Eurypidis coætanea; quæ de Christo hæc apud Onuphrium sic scripsit.

Ecce dies veniunt quo æternus tempore Princeps
Irridians sata læta viris sua crimina tollet
Æquus erit cunctis: gremio Rex membra rediuit
Reginæ mundi sanctus per secula viuus.

52 Vaticinium Sybillæ Persicæ de Christo Domino

Octaua Sybillarum est Persica nobilis fœmina ex Babylone: quæ de Christo Domino sic est vaticinata apud Onuphrium.

Virgine matre satus pando residebit à sello
Iucundus Princeps, vnus qui ferre salutem
Rite queat lapsis.

53 Vaticiniũ Sybillæ Phrygiæ de Christo Domino

Nona Sybillarum est Phrygia, sic apud Onuphrium præfata:

Ipsa Deum vidi summum punire volentem
Mundi homines stupidos, & pectora cæca rebelles,
Virginis in corpus voluit demittere cœlo
Ipse Deus prolem, quam nunciat Angelus almæ
Matri, quo miseros contracta sorde leuaret.

54 Vaticinium Sybillæ Tyburtinæ de Christo Domino.

Decima Sybillarum, dicitur Tyburtina: tanti habita, vt ad Acminis ripas pro dea colleretur, cuius hæc de Christo sunt carmina in Onuphrio.

Verax ipse Deus dedit hæc mihi munia fandi
Carmina, quod sanctam potui monstrare puellam,
Concipietque Nazareis in finibus illum,
Quem sub carne Deum Bethlemnica rura videbunt.
O nimium fœlix cœlo dignissima mater,
Quæ tantam sacro lactabit ab vbere prolem?

Gentiles acquiescentes prædictũ oraculis non possint Euangelio desentire.

Quid clarius de Christo, vel Prophetas vaticinatos, vel Apostolos prædicatos fuisse comperimus? Gentiles ergo, qui vaticinia hæc obsequuntur vt cœlica, Euangelicam narrationem per omnia illis cohærentem, & consentientem apocryphæ, aut suspectæ fidei calumniari nõ possunt: sed potius, vt scripturam diuinam venerari tenentur.

Paulus Magni prætulit Sybillarum oracula.

56 Inde Paulus tanti fecit Sybillarum oracula, vt (teste Clemente Alexandrino k) monuerit cunctos ad lectionem librorum Græcorum: vt sic, vel obiter incurrerent in Sybillarum volumina, miris vaticinijs plena. Et non desunt, qui versiculum illum, l *Præuenerunt Principes coniuncti psalentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*: aptatum velint ad prædictiones Sybillicas Apostolicis prædicationibus maximè consonas.

k *Lib. 6. strom.*
l *Psal. 67. v. 28.*

Tempore Constantini inuenta lamina mysterijs Christi plena.

57 His adde, quod (vt Eusebius, m S. Thomas, n Eutropius, o & alij) referunt videlicêt tempore Constantini, & Helenæ matris eius, inuentum fuisse Constantinopoli quoddam sepulcrum, in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore, cum inscriptione ista: *Christus nascetur de Virgine, & credo in eum: ô sol, sub Helenæ & Constantini temporibus iterum me videbis.* Item de diuino Platone refert nobis ille, qui supra author p libri nuncupatur zelus Christus, quod secum humari fecit & supra pectus reponi auream laminam hanc continentem scripturam: *Credo in Christum nasciturum de Virgine, passurum pro humano genere, & tertia die resurrecturum.* Nec sanè mirum hoc videbitur illis, qui apud Augustinum q legerint, quod in quibusdã Platonis libris principium Euangelij Ioannis literis proditum est, præsertim à verbis illis: *In principio erat verbum*, vsque ad illa; *& tenebræ eam non comprehenderunt.*

m *In Rom. hist.*
n *2. 2. q. 2. ar. 7. ad 3.*
o *Lib. 23. in Cõs. Marcherdus de Susannis tract. de Iudæis 3. p. c. 11*
p *Petrus de Lata ualleria fol. 47.*
q *Lib. 6. confess.*

58 In libris Platonicis inuenitur initium Euãgelij secũm Ioãnem.

Non

Opera Christi illum apud gentiles ostendunt. 59 Non igitur gentilibus aliquod subterfugium est, quominus testamento nouo habeant irrefragabilem fidem. Maximè quia vt Christus dixit, *r Simi- bi non creditis, operibus credite*. Adeò enim miraculosa erant, vt planè inducere et esse diuina, ac proindeà Deo supernaturaliter edita, & in veteris cõfirmationem patrata: falsa enim non possunt ope Dei muniri, nec Deo autore firmari. r *Ioan.10.38.*

CAPVT SEXTVM.

Ostenditur contra hęreticos scripturam testamenti noui authenticam, & incorruptam esse.

60 Apostoli aut discipuli Domini noui testamẽti scriptores. CONTRA Hæreticos priori capite relatos tertio loco pugnandum est, & eadem testanda veritas, quæ satis testata manet ex dictis contra Iudæos, & etiam paganos. Sed adhuc pergere, & longiùs insequi placet, & possumus argumento deducto ex eo, quod omnium Ecclesiarum Christi successu, ac traditione per vulgatum est; vtique Apostolos Domini fuisse noui testamenti scriptores: non secus, ac medicorum scholis perpetua serie satum habetur, & insitum, quod Hippocrates scripsit aphorismorum libros, & reliquos, qui sub eius nomine codices circumferuntur, & idem est de Platonis, Aristoteles, atque similium apud philosophos scriptis. Ergo (vt argumentatur Augustinus a) sicut propter hoc citra vesaniam & vecordiam negari non potest libros istis à prædictis fuisse scriptoribus exaratos, ita ab Apostolis libros illos. a *tom.6. lib.33. contra Faust.c.6.*

In corrupti & integri noui testamenti codices. 61 Idem argumentum militat pro exemplarium sacrorum incorruptione & integritate. Nam si Hippocratis libri ideò legitimi & incontaminati putantur, quia prout modo habentur lecti & alligati inueniuntur à medicinæ primatibus, vtique à Galeno & similibus: cur noui testamenti codices inuiolati non reputabuntur? cum eodem tenore verborum apud omnes Ecclesiæ proceres à longa seculorum serie lecti, relatique offendantur? Sanè illic non cespicare, hic autem, vel in limina offendere, malignitatis potius, & vecordiæ, quàm difficultatis, aut veritatis argumentum est.

In corruptiores omnibus libris sint libri sacri 62 His adde cum Augustino, *b* quod si aliquid quantumuis minimum in nouo testamento haberemus, in cuius possemus fide iure bacillare, nihil proinde stabile relinqueretur in illo: quia non est maior ratio cur vni parti, quam alteri deferendum sit, & inconcussa fide adhærendum, ex quo totus liber authenticus, ex æquo promulgatur: ex quo etiam sequeretur nullas omnino literas authoritatis posse apud homines pondus habere dùm quas Ecclesia recolit, vt Apostolicas, & ab Apostolis ad nos interrupta serie transmissas, corruptionis tamen, & contaminationis labe fœdatas arguuntur. Quod etiam est Augustini argumentum loco vnde supra relato & à Sixto Senensi c propositum: qui rem istam accuratè tetigit, ac perigit. Vnde qui fusiorem notitiam eius habere voluerit Senensem consulat: nos enim ad sequentia iam gradum facimus: nam qui in tanta luce non videt cæcus est. b *Epi.8. ad Hier.* c *Lib.3. BB. S. cap. de nouo test.*

(∴)

Dubium 9. *Vtrum testamentum nouum sacra Scriptura sit?*

CAPVT SEPTIMVM.

Ostenditur pro catholicis scripturam testamenti noui authenticam esse.

63 Ecclesia clamat testamenti noui authoritatem.

IAM pro catholicis eadem præmissa veritas ostendenda est, vel ostentanda potius. Nam illis argumentationum nostrarum, vel etiam probationum impetu opus non est, cum Ecclesiæ vocem audiant & agnoscant, quæ clamitat testamentum nouum non solùm scripturæ sacræ dignitatem habere, verùm & scripturarum sacrarum flosculos & apices aucupari: vtpotè quod cum *multifariam, multisque modis olim Deus loqueretur Patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio.* Filij autem verba non tantùm spiritus & vita sunt, vt vel ipse perhibuit, inquiens: *a Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Verùm & vita æterna: dicente Petro ad Christum, *b Domine quò ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Quare testamentum nouum per antonomasiam dicitur testamentum Dei: iuxta illud, *c Ipse dominus Deus noster, In vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in sæculum testamenti sui: verbi quod mandauit in mille generationes:* & iterum: *d Redemptionem misit Dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum.* Dicitur etiam testamentum nouum iuxta illud Christi. *e Hic est sanguis noui testamenti.* Vtpotè numquam antiquandum, sed in suo vigore ac robore perpetuò permansurum. Quo iure à Paulo vocatur testamentum æternum, iuxta illud, *f In sanguine testamenti æterni.* & alibi *g testamentum melius:* dicens, *Et ideò melioris testamenti mediator est.*

64 Cur Christi verba dicantur testamentum nouum.

65 Inde Origenes, *h* Arnobius, *i* Hieron. *K* & alij dicunt, verba testamenti noui esse aurum illud optimum, de quo in Canticis, *l Caput eius aurum optimum:* & in Psal. *m Eduxit eos cum argento & auro:* & apud Ioelem. *n Argentum meum, & aurum meum tulistis, desiderabilia mea & pulcerrima.* Gregorius etiam Magnus, *o* dixit, esse poculum illum ex vino condito, de quo in Canticis, *p Dabo tibi poculum ex vino condito.* August. *q* Origin. *r* & alij. Posteriora illa columbæ deargentatæ in pallore auri; de quibus in Psalmo 67. *s*

Encomia scripturæ pro testamento nouo secundum Orig. & alios.

66 Hieronymus *t* præterea dixit, noui testamenti elogia esse noua illa, quæ Deus facturus erat dicens: *v Ecce ergo facio noua & nunc orientur & cognoscetis ea.* Alij rursum librum illum quē Iob tanti optabat scribi, inquiēs, *x Quis mihi tribuat, vt scribātur sermones mei? Scio enim, quod redemptor meus viuit:* & iterū: *y Quis mihi tribuat, vt librum scribat ipse qui iudicat?* Alij librum illum, quem Ioannes deuorare visus est edicto illo. *z Accipe librum & deuora illum: & in ore tuo erit dulce tamquam mel.* Ita Augustinus. *a*

Encomia eiusdem secundum Hieronymum.

67 Hilarius *b* præterea & Gregorius *c* aiunt, noui testamenti elogia, & cūcta illius verba esse illam declarationem sermonem Dei, de qua in Psalmis dicitur: *d Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.* Quibus consonant Hieronymus, *e* & Ambrosius, *f* apud quos testamentum nouum est fons ille Dauid patens inablutio. De quo apud Zachariam, *g In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.*

Encomia eiusdem secundum Hilar. & Gregor.

68 Gregorius, *h* denique & Hieronymus *i* dicunt, volumina testamenti noui esse pleiadas illas, de quibus apud Iob, *K Numquid comungere valebis micantes stellas pleiadas.* Vtpotè quod Pleiades sunt septem stellæ splendore mirabiles, quæ habent nomen à pluuia, vel à pluralitate: nouum autem testamentum Sydericum omnino est, & multis constans codicibus gratiam septiformem promittens à cœlo, velut imbrem desluxum.

Encomia eiusdem secundum eosdem.

a Iosn. 8. v. 63.
b Ioan. 6. v. 68.
c Psalm. 104.
d Psalm. 110.
e Matth: 26. v. 18
f Heb. 12. v. 20.
g Heb. 7. 28.
h Sup. Cant. 5.
i In Psalm. 104.
k Sup. Ioel. 3.
l Cant. 5. v. 11.
m Psalm. 104. v. 37.
n Ioel. 3. v. 5.
o Sup. Cant. 8.
p Cant. 8. v. 2.
q 16. de ciui. c. 2
r Hom. 3. & 4. super Cant.
t Psalm. 67.
s Sup. Esai. 43.
v Esai. 43. v. 19.
x Iob. cap. 19. v. 23.
y Iob. 31. v. 35.
z Apocal. 10. v. 9.
a Ibi.
b In Psalm. 118
c In Psal. 50.
d Psalm. 118. v. 130.
e Sup. Zach. 13.
f Sup. 2. Corint. 6
g Zach. 13. v. 1.
h Li. 29. moral. cap. 28. & 29.
i Sup. Iob. 36.
K Iob. 38. v. 51.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

Respondetur primo argumento secundi capitis, & ostenditur, quod iure Christus dixit se Deum esse.

69
Miraculis comprobauit Christus diuinitatem suã.

IAM Aduersariorum machinæ submouendæ sunt: & in primis primũ illud, potissimumque argumentũ, quod tã Iudæi, quàm gentiles in Christũ obijciunt de diuinitate illius; quasi verbo tenus assertam, temereq; iactatam & non potius irrefragabilibus signis, portentisq; testatam vulgauerit. Sanè (vt aduersus Iudæos argumentatur Arnobius. a) *Si debilitates & corporum passiones surdi, manci, & muti, neruorum contractio & amissio luminis fatalibus accidunt, irrogenturq; decretis, vt liquet & constat, & solus hæc Christus correxit, restituit, atque sanauit: sole ipso est clarius potentiorem illum fuisse, quàm facta sunt, cum ea soluit & vicit, quæ perpetuis nexibus & immobili fuerant necessitate deuincta, & proinde potentiam illius omnipotentiam esse eiusque naturam diuinam.* a Lib. 1. aduersus Iudæos ad mediũ

Idem ostēditur plenius.

70 Maximè quòd *sine adminiculis* (etiam verbum hoc Arnobij b est) *Sed sola sui nominis possibilitate, id faciebat, vtpote cuius imperium, cuius vocem popularibus & quotidianis verbis missam, valetudines, morbi, febres, atque alia corporum cruciamenta fugiebant. Cuius præsentiam, cuius visum gens illa nequibat ferre, mersorum in visceribus dæmonum, contritaque vi noua membrorum possessioni cedebat, cuius fœdæ vitiligines iussioni obtemperabant, pulsa statim & concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant, cuius ex leui tacta stabant profluuia sanguinis & immoderatos cohibebant fluores. Cuius manus intercutes, & veternosæ fugiebant vndæ, penetrabilis ille vitabat liquor & turgentia viscera salutari ariditate deflabant. Qui claudos currere præcipiebat, & iam operis res erat: porrigere mancos manus & articuli mobilitates iam ingenitus explicabant: captos membris assurgere, & iam suos referebant lectos alienis paulò ante ceruicibus lati: cuius vocem ad simplicem furebunda, & insana explicabant se maria: procellarum turbines tempestatesque sidebant. Qui per altissimos gurgites pedem ferebat in lutum, calcabat ponti terga, vndis ipsis stupentibus in famulatum subeunte natura. Qui sequentium se millia quinque saturauit panibus, ac ne esse præstigia incredulis illis videretur & duris, bis senarum sportarum sinus reliquiarum fragminibus aggerebat. Qui reddere in corpora iam dudum animas præcipiebat afflatas: prodire ab aggeribus conditos: quidquid singuli voluerunt obscurisque suis cogitationibus continerent, tacitorum in cordibus peruidebat. Qui cum vnam emittere vocem à populis dissona oratione loquentibus suo cuique vtens existimabatur eloquio.* b Vbi sup. paulò ante.

Idē verbo Christi roboratur.

71 Inde est quod Christus ad Philippum dixit: c *Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? alioquin propter opera ipsa credite.* Vtpotè quod nulla maior (inquit etiam Arnobius d) diuinitatis Christi comprobatio, quam gestarum ab eo fides rerum, quam virtutum nouitas, quam omnia victa decreta, dissolutaque ad simplicem eius vocem fata. c Ioan. 14. n. 11. d Vbi sup.

Christi diuinitas ex plantatione Ecclesiarum concluditur.

72 Quod si aliquis vel Iudæorum, vel gentium huiusmodi factorum fidem detrectare voluerit, quantumcumque apud probatos authores testata (quod tamen cuique nefas) satis adhuc nobis erit ad rem, si sciat illud quod ignorari non potest, neque in controuersiam induci, videlicet, Christianorum genus à Christo plantatum esse, & vniuersas Ecclesias ab illo & in illo fundatas. Hinc enim (vt Chrysost. ait e) demonstrationem faciemus virtutis Christi, & ostendemus planè ipsum esse Deum. Et enim ita argumentatur Chrysost. f *Non est pari hominis in tantis rebus orbem terræ, marique tam breui tempore comprehendere, & tàm absurdis moribus præuentam tantisq; malis irritum liberare humanum genus: & non Romanos tantùm, sed & Persas, & omne (vt sic dicam) Barbarorum genus:* Et vt argumentatur Arnobius. g e Tom. 5. serm. quod Christus sit Deus. f Vbi sup.

Vnus fuit Christus, qui cum officia Religionis certæ suis sectatoribus traderet, mundum totum repentè compleuit.

73 Insuper addit Chrysost.) *Hæc Christus confecit nullis vsus armis, nullos faciens sumptus, nullos mouens exercitus, nulla prælia committens, sed per vndecim viros principio ignobiles, viles, rudos, idiotas, pauperes, nudos, persuasit tot hominum tribubus, idque non præsentibus solùm, sed & futuris.*

Confirmatur id ipsum.

74 Ne autem occurreret aliquis, vel potiùs obijceret, Christum per discipulos suos nihil nouum, arduumq; tentasse in illos, quos impleuit populos, subiungit sequentia Chrysostomus. *Quid? quot, subuertit leges patrias? aboleuit inueteratas consuetudines? euellit stirpes tanto tempore radicatas? & pro illis suas alijs implantauit? abduxit ab his in quæ propensi eramus & in ardua & difficilia induxit: cumq; hæc faceret infestabantur sui ab omnibus: & crucem ipse* (genus mortis ignominiosissimum) *sustinuit.*

Ardua multum tentauit Christus quæ tamé fælicissime absoluit.

75 Hinc patet nihil prorsus obesse, sed prodesse nimium assertionibus de diuinitate Christi, mortis illius indignitas, & acerbitas; siquidé sustinuit eã, & quod seggessit, vt Deus multa signa faciens, potius quam vt homo naturali corporis dissolutione degressus. Vnde (inquit Ambros. *b*) *pro multis, & tam liberalibus donis, quæ ab eo profecta in nobis sunt, Deus dici, appellarique deberet. Maximè quia nihil nocens, aut noxium, sed opiferum & salutare, quod dignum Deo est, munifica nobis liberalitate donauit.*

h Vbi sup.

Nihil diuinitati Christi denegat mors acerba illius.

76 Inde etiam dixit Chrysost. i *Hoc mortis genus diademate quouis gloriosius est. Nam Reges positis diadematibus crucem suscipiunt mortis symbolum. In purpuris Crux, in armis Crux, in mensa Crux, in toto orbe Crux, & super solem fulget Crux, vnde scriptum est. Et erit requies eius honor: vtique quoniam secus illi, atq; alijs ab ipso Christo euenit: siquidem ante crucem in luctu res eius erant: Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt, ipse inter amicos solus comprehensus est, & multi qui crediderant retrorsum abierunt: cæterum vbi occisus est, vbi mortuus, non solum res eius non interciderunt, sed multò clariores, illustrioresq; & sublimiores sunt redditæ. Orbis enim ad fidem accessit & infiniti martyrum populi occisi: in omni regione & ciuitate prædicamus crucifixum & omnia genera hominũ, terrarumq; quas sol spectat, ad Christi nomẽ occurrunt, vt adorent; vt discas, quod Christus, non sit purus homo, quorũ est magna in gloria florescere per vitam, post mortem verò probro & ignominia affici: quia moriuntur, ac pereunt cum illis omnia illorum, id quod non solum in diuite, sed & in Principe, ac Regibus ipsis quis videt: nam leges eorum irritantur, statuæ obscurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in obliuionem venit, & à cognatis ipsis despiciuntur.*

i Vbi sup.

Mors Christi in Cruce quouis diademate gloriosius.

77 His subiunge quod Arnobius aduersos gentes expendit, nimirum. *Quod innocens malè interemptus infamis non est, nec turpitudinis aliqua commaculatur nota: vt patet in Pythagora Samio iniusta damnationis suspicione vico concremato: & in Socrate, ciuitatis suæ iniquo iudicio damnato, & capitis pœna affecto, & in alijs iniustè damnatis, quorum gloria pacta virtute acerbitate mortis non fuit obscurata: quia non suo merito pœnas graues, sed cruciatoris perpetitur sæuitatem.*

Arnob. vbi sup.

Innocés male interéptus infamis vsquam est.

78 Adde etiam quod Arnobius ipse mox addit sub hac serie verborum, K *Vos qui hominem nos colere morte functum ignominiosa redditis: non ne liberum & vos patrem membratim à Titanis dissipatum Fanorum consecrationi aptatis? Nonne Æsculapium medicaminum repertorem post pœnas, & supplicia fulminis custodem nuncupauistis & præsidẽ sanitatis valetudinis & salutis? nonne ipsum Herculem magnum sacrificijs, hostijs, & thure inuitatis incenso: quem ipsi vos fertis viuum arsisse post pœnas? nonne ipsum Romulum patrem senatorum manibus dilaceratum, sacerdotibus & puluinaribus honoratis, & in ædibus adoratis amplissimis & post hæc omnia cœlum ascendisse iuratis? aut igitur ridendi & vos estis, qui homines grauissimis cruciatibus interemptos Deos tutatis & colitis: aut si certa est ratio, cur id vobis faciendum putetis, & nobis permittere scire; quibus istud causis, rationibusque faciamus.*

k Vbi sup.

Nequeũt gentiles obijcere nobis q̃ hominẽ colimus crucifixũ illũq; pro Deo habeam'

Adijciamus

Ex Iudæorum cladibus Christi diuinitas arguitur

Cypr. lib. de Vanit. idolorum. Tertul. in Apolog. c. 21. n. 324.

79 Adijciamus denique Tertulliani simul & Cypriani luculentissimum testimonium & efficacissimum argumentum, quod ita habet. *Iudæis primum erat apud Deum gratia & insignis iustitia: vnde illis regni sublimitas floruit & generis magnitudo prouenit, sed quia fiducia patrum inflati, diuina præcepta contempserunt, datam illis perdiderunt gratiam, quod si ipsi non confitentur, hodiernus tamen exitus ipsorum demonstrat: dispersi enim & palabundi & cœli & soli sui extorres vagantur per orbem sine homine, sine Deo, regeq; quibus nec aduenarum iure terram patriam saltim vestigio salutare conceditur: venit igitur, qui ad reformandam, & illuminandam terram venturus à Deo prænunciabatur, Christus ille Filius Dei.* Hoc est, cum Iudæi olim multum apud Deum gratia, & opinione valuerint: post Christi tamen necem & ignominiosam crucem seipsos, ac sua perdiderint: consequens est necem illatā perperam illam fuisse, vtpotè seuerissima Dei castigatione mulctatam: & proinde assertionem de diuinitate Christi; verissimam esse, cùm tā acriter sæuitum sit infidentes Iudæos.

Nihil repugnantiæ clauditur in hoc quod est Deū fieri hominem.

80 Neque Deum hominem fieri est infinitum fieri finitum, & creatorem creaturam: vt in tertia parte huius argumenti primum obiectum est: sed naturam finitam, & creatam terminari personalitate infinita: quod implicatorium non esse abunde satis in materia de Incarnatione ostenditur ex eo, quod est proprium personalitatis infinitæ posse supplere vices cuiuscunque personalitatis creatæ, quia inferiora in superiobus præhabentur & continentur eminentialiter, vt in infinita albedine finitæ albedines, & ideò illa præstare potest quidquid est præstabile per istas in quocunque subiecto.

Etiam si Deus sit homo, non propterea creator sit creatura.

81 Et licèt natura humana sic terminata & personata creata & creatura sit prorsus limitata & finita: quia tamen creator sic terminans illam, neque est res producta ex nihilo, neque vnquam sic producibilis, vtporè importās suppositum necessarium simpliciter & omnino æternū, ideò neq; est, nec potest creatura esse, aut dici, vtiq; absolutè & simpliciter: nam secundū quid videlicèt, cum limitatione & determinatione, non est inconueniens sic dici: nimirum secundum humanitatem, quo pacto sanctorum aliqui aliquando dixerunt Christum creaturam, de quo tamen longa disputatio in tertia parte D. Th. ibi etiam postquam art. 6. difinitum est, veram esse propositionem istam *Deus factus est homo*, in articulo septimo controuertitur, an etiam hæc sit vera, *Homo factus est Deus.* Et tandem absoluit D. Th. partem negatiuam, pro qua ibi cum commentatoribus suis consulendus est. Ex quo sequitur, quod licèt Christus verè sit Deus verus, falsa tamen est obiectio Iudæorum in illum: videlicèt. *Tu homo cum sis, Deum te facis.* Quia licèt Deus factus sit homo, homo tamen non fit Deus: neque Christus aliquando indicauit, quod ipse cùm esset homo factus fuit Deus, sed è contra, quod cum esset Deus, factus est homo. Quia tamen argumentum illorum diuinitatem Christi calumniabatur, operæ pretium fuit causæ eius patrocinari, & veritatem istam pro captu & virili defendere, quare paululum in gratiam illius demoratum est & longiusculus funi contractu.

1 q. 16. art. 8.

82 Quid de hac propositione sentiendum Homo factus est Deus?

Ioan. 10. vers. 33.

CAPVT NOVENVM.

Resp. secundo argumento secundi capitis, & ostenditur diuersitatem verborum noui testamenti nihil contrarietatis habere, sed potius vtilitatis.

Improba Fausti Manichæi mens

AD Faustum Manichæū, secundi argumenti structorem, respōdendū est, quod quantumcūq; vela suarū calūniarū expandat, leuior suus erit impetus, quàm vt aliquorum animos cōmouere possit, imò vel leuiter pungere. Nam præterquam quod singuli nodi suis in locis sigillatim expli-

can li sunt, vtique cum obiecti fuerint in examine singulorum librorum: omnis tamen illorum varietas, & diuersitas veracitatem potius & synceritatẽ in scriptoribus quàm imposturæ, & fallitatis intentionem arguunt. Vt enim Chrysost. *a* & August. *b* notarunt: si ex toto, & in omnibus noui testamenti scriptores consonarent, hoc ipso illorum authoritas minus benè audiret, vtpotè quo(d) hoc ipso apud multos suspecta redderetur: nimirum quoniam videretur quod data opera & ex composito conuenissent, vt sic Euangelio condito & examussim depicto reliquis imposturam facerent & veritatis specie auditores & lectores deciperent. 84

a Praef. c. Matth.
b Lib. 2. de consensu Euan. ca. 5.

Oportuit scriptores sacros non in omnibus & per omnia eadem prorsus dicere.

85 Præsertim (addit Chrysost. *c*) quod tota discrepantia est in tẽporibus, locis, & similiũ circunstantiarũ apicibus, quorum varietas veritati, quæ maximè intenditur, nullo modo præiudicat: non autem in substantia rerum vtique illarum in quibus Christianæ religionis pondus potissimum insidet: in his enim omnis illi omninò cõsentiunt, cuiusmodi sunt, quod Deus factus sit homo, quod natus ex Virgine, quod mirabilia patratus, quod passus, mortuus, sepultus, & quod tertia die resurrexit, & tandem descendit ad inferos, inde venturus homines iudicare. Vnde doctores sacri vnus Ecclesiæ oculus non autem plures dicuntur, nimirum ibi: *d Vulnerasti cor meum soror mea in vno oculorum tuorum.* Iuxta interpretationem Gregorij & D. Tho. *e* vtpotè quia simul omnes concordes quasi vnus oculus sunt, vnum & idem videntes: & proinde idem prorsus loquentes & testantes. *f Quia quod videmus testamur.*

c Vbi sup.
d Cant. 4.
e Sup. Cantic. 4.
f Ioan. 3.

In quibus scriptores discripẽt absq; detrimẽto veritatis

CAPVT DECIMVM.

Resp. tertio argumento secũdi capitis & explicatur quid sit legem nouam in corde scribi, & iam neminem à proximo suo doceri. 86

Ad Tertium argumentum, quod nos ex penu nostro adiecimus, dicendum est, verbum illud: *Dabo legem meam in corde eorum*: posse dupliciter intelligi. Primo de lege improprié & metaphoricè dicta qualis est gratia & charitas: quæ quoniam inclinationes sunt, & impulsus ad superiora bona, meritò dicuntur lex: siquidem concupiscentia: quia impulsus & propẽsio est ad malum, dicitur etiam lex, iuxta illud *a*: *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati, quæ est in membris meis.* Cùm enim proprium sit legis impellere & quasi in sorte vim iure dicuntur leges propensiones illæ, quæ intrinsecus voluntatem alliciunt & quasi impellunt ad opus: cuiusmodi sunt gratia, & charitas respectu boni & concupiscentiæ fomes respectu mali. Secundò potest intelligi de lege propriè, & simpliciter dicta, qualis est lex mandatorum prohibens, aut præcipiens: vt in testamento nouo lex supernaturalia credendi & suscipiendi rite sacramenta.

Quomodo lex noua scripta dicatur in cordibus

87 Inclinatio sortitur nomen legis.

a Rom. 7. 24.

88 His positis dico primo, quod si sermo est de lege priori modo sumpta (vt August. *b* D. Th. *c* & alij contendunt) argumentũ nostrum nullius est momẽti: quoniam huiusmodi lex longè alia inuenitur ab illa, quæ in testamento nouo literis exaratur. Hæc enim est lex præceptiua, verbo edita & scriptura atque atramento signata, vel saltim signabilis: illa verò est impulsiua, & quæ tantũ in animato & rationali potest insculpi subiecto. Constat autẽ quod impressio eius non impedit inscriptionem alterius, vt patet in antiquis patribus qui præter gratiam & charitatem, quibus florebant, velut lege impulsiua, potiti etiam sunt lege scripta, veluti lege præceptiua, sensibiliter illis intimante voluptatem diuinam. Quare cùm in noua lege, qui gratia fruuntur diuina (tamquam impulsiua lege & opitulatiua) indigeant intimatione sensibili, & visibili voluntatis diuinæ (quæ nostrarum humanarum

b De spiritu & litera cap. 21.
c 1. 2. q. 106.

Lex gratiæ longè alia à scripta.

Lex gratiæ lex impulsiua & opitulatiua indigẽs scriptura.

manarum actionum prima, & summa regula est) oportet vt illi habeant aliquod instrumentum visibile, vnde (toties quoties libuerit, aut opus fuerit) sensibiliter id haurire valeant. Hoc autem (inquiro) quale commodius, conducibilius, aut stabilius, quàm scriptura? hæc autem nouum testamentum est, vtpotè scripto continens, atque referens verbum Dei ore filij eius prolatum.

Iusti Scriptura etiā, et cordi Dei notitiā gestent.

90 Neque obest, quod Deus in testimonio allegato internum magisterium dumtaxat videatur promittere, externum verò excludere, & negare illis, qui tali impulsiua lege intrinsecus imbuti sunt, inquiens: *Dabo legem meam in cordibus eorum: & non docebit vir vltra proximum suum.* Non inquam obest, quoniam ibi non quidem est sermo de cognitione omnium, quæ fideles assequi tenentur, sed tantûm de cognitione Dei, veri Dei: non enim absolutè dicitur: *Non docebit vltra vir proximum suum.* Sed cum hac limitatione, & determinatione: *Non docebit vltra vir proximum suum, dicens, Agnosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum.* Constat autem eos, qui gratia, & charitate sunt affecti verum Deum cognoscere: siquidem per charitatem diligunt illum: quod enim prorsus ignoratur, nullo modo diligitur; charitate autem, non solùm diligitur Deus, sed summè diligitur ab omnibus, qui gaudent illa dummodo sint adulti, & mentis compotes, de quibus verbum illud procedit: eo quod istis dumtaxat conuenire potest monitum illud; *Agnosce Dominum.* Maximè quod adultis gratia non datur nisi per proprium actum disponant se ad illam: præsertim per actum fidei, quo Deum agnoscant, cùm scriptum sit: e *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est.* Et iterum: *Sine fide impossibile est placere Deo.* e *Heb.11.v.6.*

Quid sit dari legē scriptam in cordibus hominum?

91 Dico secundò, si sermo est de lege secundo modo sumpta, vtique quatenus præceptiua, & mandatorum propositiua est, præmiorum item, & pœnarum tunc illud verbum Hieremiæ: *Dabo legem meam in cordibus eorum.* Tria inter alia potissimum importat; primum est legem nouam primitus non scripto, vt vetus; sed longè alio excelentiori modo ferendam esse à Deo, nimirū instrumento, & stylo, quibus memoriæ, ac menti affigeretur, non autem chartæ, aut membranæ. Cor enim in sacris literis aliquando significat me- d *Psalm.47.*

92 moriā, & cogitationē, vt patet ibi: d *Ponite corda vestra in virtute eius, vt enarretis in progenie altera,* id est, in memoriam reuocate virtutes eius, vt filijs vestris referatis. Et alibi: e *Subuersum est cor meum in memetipso,* id est, nullius iam rei recordor: & omnis à me rei memoria concidit, & cogitatio abolita est. Aliquando etiam significat mentem & intellectum, vt scriptum est: f *Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor,* id est, mente carens. e *Threnorum 1.* f *Oseæ 7.*

Cor aliquādo sumitur pro memoria.

93 Secundum est legem istam maximi faciendam, libenterque & ex animo amplexandam; & spem in illa collocandam esse: id enim significat etiam legem scribi in corde, phrasi scripturæ, apud quam idem est aliquid cordi cōmittere, aut ponere in corde, quod pluris facere illud, & multùm in eo confidere: g *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere,* id est, nolite diuitias quantumcūque maximas magni habere, spemque vestram in illis collocare. Vnde cùm sermo ille Dei esset ad populum, qui legem veterem minusquàm par erat æstimabat, promisit aliam nouam in maximis ponendam, tanquam cui omnium studia tuto se committerent, & fidem suam illi mandarent. g *Psal.61.v.10.*

Aliquid poni in corde est illud magni pendere.

94 Tertium est hujusmodi, legem nouam non tantùm obligationem, sed promptam, expeditamque in professoribus suis obseruantiam, & exequutionem sortituram esse; ita vt prompte, & hilariter animos ad eius obedientiam adijciant: phrasi etiam scripturæ apud quam verbum *in corde fieri*, aut aliquid *in cor mitti*; idem est, quod ad praxim, & exercitium illius animum omninò firmare, veluti cùm Psalm. dicitur: h *In corde meo abscondi eloquia tua, vt nō peccē tibi.* Idē est ac si diceretur, posui verba tua in corde meo, vt à tenore illius, nec latum vnguem dissflectar. Et iterum: i *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui: & legem tuam in medio cordis* h *Psal.118.v.11* i *Psal.39.v.9.*

Ponere aliquid in corde est hilariter ad vsum illi præparari.

mei

mei, id est, firmiter, & efficaciter id volui, ita vt de euentu dubitare nemini
K *Ioann.* 13. liceat. Item: K *Cùm diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas*, id est, cum iam
rata esset, & penitùs constituta, ac seriò deliberata in animo Iudæ proditio
Christi ex suggestione dæmonis. Etenim si abscondere, & ponere, aut mitte-
re in cor, idē est ac firmiter decernere illud: quid scribere? affigere? aut exara
re? vnde cū Deus exprobraret Iudæis peccata, quòd prioris testamenti leges
non obseruabant, iure hic pollicitus est daturū se legē nouā, non sic segniter,
& oscitanter, sed sedulo, & ex animo implendam.

95 Ad conficienda autē tria hæc in prædicto elogio inumbrata, latenter quę promissa, aptè voce sua, ac verbo Deus vsus est, in huius legis sanctione, lationeque. Cum enim antea, non per se, sed per Angelos, & Prophetas hominibus loquutus fuisset, nihil potuit sic noui præstare, quā verbo suo ad eos indē homines loqui. Vnde illud Paulus vt nouissimū manifestauit dicens: *Nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio.* Nobis (inquit) tantùm: nā alijs loquutus est multifariam, non tamen ore suo, & verbo suo. Et quidem sic nobis loquutus est, & sensibiliter loquutus: quoniam legis (quæ ad homines fertur) promulgatio non potest nō esse sensibilis, vt à sensibili iuxta, ac rationali homine excipiatur, & intelligatur, quod est pollicitationis prædictæ primum membrum. Ad quid promisit Deus cordibus indè sculpere legem?

96 Iure etiā pro secunda parte eiusdem promissionis eodem medio vsus est: quia nullus inter homines tam efferus, tamquē extra leges & mores, apud quem non magni fiat, quod os Domini loquutū est. Inde sponsa in Canticis: l *En dilectus meus loquitur mihi.* Et in actibus Apostolorum m rude vulgus: *Voces Dei, & non hominis sunt istæ.* Sic enim magnificauit, & vsque ad cœlum extulit deliramenta Herodis, quorum Deus subitam vindictam sumpsit. Dei loquutio ad nos magni habēda.

l *Cant.* 2 v. 10.
m *Act.* 12. v. 22.

97 Iure etiam pro tertia eiusdem promissionis parte Deus medio isto vsus est. Nam si semper viua vox habet quid latentis energiæ, acriorq; e, & efficatior inuenitur ad concitandos animos: quid viua ipsa viuentis Dei vox? etiam incarnati, cuius eloquium ignitum vehementer est. n Quare discipuli in Emaunta pergentes post Christi auditam vocem dixerunt: o *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via?* Ad signandā ergo, & vel ferro, & igne excidendam, exarandamque in cordibus hominum legem nouā, nullum aptius instrumentum inueniri potuit voce ipsa Dei, vtique Christi Domini. Viua Dei vox maximè concitat animos.

n *Psalm.* 118. v. 140.
o *Luce* 24. v. 24.

98 Inde Christus Dominus laturus legem istam, voce vsus est dicente: p *Videns Iesus turbas ascendit in montem, & cū sedisset accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes, &c.* Vbi signanter notandū est ly: *Aperiens os suum.* Significat enim quod viuæ vocis oraculo Christus nouam edidit legem. Quare Theodoretus q explicans Hieremiæ verbum, quod est nostri argumenti moles, vtique. *Dabo legem meam in cordibus eorum*, ita inquit: *Hoc rebus ipsis demonstrauit nobis Deus. Cùm enim sacros Apostolos adduxisset in montem, non dedit eis tabulas lapideas: sed in cordibus eorum scripsit leges diuinas: & dantibus operam virtutibus beatitudinem obtulit.* Præterquam quod eodem capite legem præceptiuam protulit inquiens: r *Audistis quia dictum est antiquis non occides: ego autem dico vobis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Et plura alia vsque ad finem capitis. Inde etiam euenit, quod in die Pentecostes (quando istiusmet legis nouæ ampliorem promulgationem Spiritus Sanctus fecit) vehemens intonuit spiritus, & igneæ linguæ super legis promulgatores visæ ac dispartitæ sunt. Cur Christus voce Euāgeliū præconizauit.

p *Matth.* 5.
q *Sup. Hier.* 31.
r *Matth.* 5.
Act. 2.

99 Per hoc autem non tollitur eandem legem præceptiuam nouam scribendā fore, & literis cōsignādā: quoniā scriptura (vt supra ferè ad idē monui) memoriæ thesaurus est: verba enim prolata citò transeunt, scriptis verò mandata, diu cōsistunt. Quare licet noua lex nō sit per se scripta: vtpotè quæ etiam non scripta obligaret; vt obligauit sanè antequam literis mandaretur: vtique Noua lex nō est per se scripta bene tamē per accidēs.

ex quo

ex quo sufficienter promulgata inuenitur: in quo ab alijs positiuis, & de nouo institutis legibus differt, quæ non obligant, nisi scripto tradantur suo modo; tamen in nostrum commodum & vtilitatem scripta est ad iuuandam labilem memoriam hominum, & ad doctrinam, & consolationem illorum, & dictante illa Spiritu Sancto, & fideliter per scripturam enarrante nobis, non solùm, quæ Christus voce sua edidit, sed quæ latebant in rebus eiusdem Christi Domini. Ipse enim pollicitationem fecit, quòd Spiritus Sanctus enarraret, t & aperiret omnia, item atque suggereret, quæ ipse Apostolis enunciauit, & ideò Scriptura hæc planè diuina, & authentica celebratur. t *Ioan.* 14.

Quo iure dicatur futurum vt fideles agnoscant sine humano magisterio Deum.

100 Neque obest, quod videatur excludi omne extrinsecum magisteriũ, & instrumentum doctrinale ab institutione fidelium, dùm dicitur, quod sine præceptore omnes cognoscent Dominum à minimo vsque ad maximum. Nõ inquam obest: quoniam ibi tantùm est sermo de cognitione vnius Dei contra idololatriam, plurium deorum cultricem; quæ tamen inter fideles sic abolita & radicitus eliminata est, vt nullus, nisi quasi per somnium, indicat in eius memoriam: & tunc potius irrisione & risu, quàm magisterio, & doctrina prosequitur eam. Sic obtinuit verbum illud Domini: *Non docebit vir vltra proximum suum, dicens, Agnosce Dominum*, id est agnosce vnicũ tantùm esse Deum quia non est alius præter illum: v *Omnes enim Dij gentium dæmonia.* Et idolum nihil est in mundo. v *Psal.* 95. v. 5.

Quo iure dicantur Corinthij epistolæ Pauli.

101 Ad illud autẽ ex 2. Cor. x dicitur nihil aliud significare quã quòd Corinthij verba Pauli corde exceperunt ad faciendam illa, & ad excitandos alios, monendosque, vt eidem exercitio incumberent. Sicut autem non propterea Paulus abstinuit à labore, & exercitio scribendi, & per epistolas calamo, & atramento signatas docendi eosdem Corinthios: ita ex eo quod nouo lex scripta retineamur in cordibus fidelium, non sequitur scripturam continentem illam, atque referentem vtilem nobis, & necessariam non esse; saltim in subsidium memoriæ, & in commodum hauriendi oculis, quæ auribus exceperũt, qui Christi adfuerunt concionibus, & Apostolos prædicantes viderunt. x 2. *Cor.* 3. 3.

DVBIVM DECIMVM.

Vtrùm de ratione, & conditione sacræ Scripturæ sit, vt omnia & singula eius diuinitus perscribantur?

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ quiditas controuertitur.*
2 *Arguitur primo à parte negatiua quæstionis.*
3 *Arguitur secundo ad idem.*
4 *Tertio arguitur pro parte negatiua quæstionis.*
5 *Quarto arguitur ad idem.*
6 *Quinto arguitur pro parte negatiua.*
7 *Confirmatur argumentum.*
8 *Arguitur vltimo pro parte negatiua quæstionis.*
9 *Arguitur primo pro parte affirmatiua quæstionis.*
10 *Arguitur secundo ad idem.*
11 *Arguitur tertio pro parte affirmatiua quæstionis.*
12 *Arguitur quarto pro parte affirmatiua.*
13 *Hæreticorum error circa hæc: itẽ & aliorum.*
14 *Melchioris Cani sententia.*
15 *Aliorum sententia plausibilior.*

Quid

Hactenus

1 HActenus quæstionem quoad an est, de Scriptura sacra absolui- mus. Hic iam de quiditate, & qualitate literarum sacrarum ser mo ineundus est, vt probe dignitatem illarum, pariterque au- thoritatem, Deo largiente assequamur, & illis proinde religio sum, atque obsequiosum cultum, & venerationem præstemus, tanquam Dei oraculis, & eloquijs. Scripturæ quiditas controuertitur.

CAPVT PRIMVM.

Argumenta pro parte negatiua quæstionis.

2 NON Infimæ notæ argumenta frequenter obijciūtur pro partis negatiuæ suff[ra]gio: nam in primis illud obijcitur, quod in volumine literarum sacrarum reperiuntur quàm plurima, quę ad salutem hominum inania, & inutilia sunt, v.g. illud Tobiæ *a* de canis cauda adulante Dominum; & illud: *b Pennulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecū*: & illud ibidē, *Lucas est mecū solus*. Et illud *Theophi reliqui infirmum*. Et similia, quæ passim, tàm in Paulo, quàm in alijs Scriptoribus sacris reperiuntur. Cùm igitur Deus, in doctrina reuelata non dictet inania & inutilia ad salutem, sed vtilia dumtaxat, dicente ipso: *c Ego D[o]minus Deus tuus docens te vtilia*; consequens est, quod ista non dictauerit, sed quod ingenio humano & more humano, ab ipsis scriptoribus sacris exarata fuerint. Arg. 1. à parte negatiua quæstionis.

a Tob. 11.
b 2. Ad Tim. 4.
c Esai 48. v. 12.

3 Deinde multa sunt in literis sacris, tàm ex his, quæ pertinent ad salutē, quàm etiam ex ijs, quæ non pertinent, quæ vt veraciter simul, ac fideliter recensita fuerint, nulla reuelatione indigebant, vt patet in his, quæ lumine naturali cognita sunt, v.g. entitas, infinitas, immensitas, & vnitas summa Dei, & in his, quæ sensibus percepta sunt, atque experimento probata: cuiusmodi sunt multa, quæ Moyses gessit, & vidit, & Matthæus, & Ioānes nobis scripto tradiderunt: quæ enim suis oculis hauserant de vita & moribus Christi, hæc nobis monumētis, ac literis exararunt. Ad quid ergo diuina reuelatione indigebant? quæ illis tunc eadē superno ministraret? Quod si necessaria non erat; consequens est, quod à Deo facta nō fuerit; vtpotè quod Deus, sicut non deest in necessariis, sic in superfluis non abundat. Arg. 2. ad idem.

d 1. Cor. 7. v. 10.

4 Tertiò Diuus Paulus scriptor sacer, atque eximius extitit, eiusque volumina sacra, & authentica sunt, iuxta quæ nos supra abundè ostendimus: at ipse inter sua & Dei oracula, & eloquia, & verba distinguit, inquiens: *d Præcipio, non ego, sed Dominus*: & mox: *Cæteris ego dico, non Dominus*. Et aliquando dixit de se aliqua, vti[q]ue in Epistola ad Romanos, & alibi, quæ cōtra Deū potius dicta quàm à Deo dicta videntur. Non ergo illa diuinitus eructata sunt. 3. Arg. pro parte negatiua quæstionis.

Rom. 9. 3.

5 Quartò multis sacrorum Bibliorum scriptoribus crebrò accidit, vt eadem narrantes, alius alio ordine, alius alijs verbis enunciet, v. g. dum Matth. *e* & Lucas, *f* calicis consecrationem enarrant, ille refert Christum dixisse: *Hic est sanguis meus noui testamenti*. Iste vero: *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine*. Quod tamen fieri non potuisset si ab vno spiritu Dei in omnibus vtriusque calamus directus esset. 4. Arg. ad idem.

e Matth. 26. 28.
f Luc. 22. 20.

6 Quintò Origenes super Numeros ait: *g Sermo qui apud Ionam scriptus est, & non est factus, à Iona potius quàm à Deo prolatus esse videtur; non enim semper ea quæ per Proph[e]tam dicuntur, quasi à Deo dicta suscipiantur oportet: nam per Moysem multa quidem loquutus est Deus, ali[a] qua tamen Moyses propria authoritate mandauit, quod Dominus in Euangelijs euidentissimā distinctione secernit, cùm dicit de repudio mulieris interrogatus: h Ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Ostend[i]t hæc, & Paulus in literis suis, cùm dicit de quibusdam, Domi[n]us dicit & non ego. Et iterum in alijs: Præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Et rursum: Quæ loquor, non loquor secundum Deum. Vnde similiter: Et in alijs Prophetiis aliqua quidem Dominus loquutus est, & non Propheta; alia* 5. Arg. pro parte negatiua

g Orig. hom. 16. in Numeros.
h Matth. 19.

vero Propheta, & non Dominus. Hæc Orig. quorum ſimilia habentur apud Baſilium, *i* atque etiam apud Ambroſium. *K* Is enim dum explicat illud Lucæ: *Ad duritiem cordis veſtri permiſit vobis Moyſes dimittere vxores veſtras:* ita inquit, *Oſtendit hic locus quæ propter fragillitatem humanam ſcripta ſunt, non à Deo ſcripta: vnde & Apoſtolus, Denuntio (inquit) non ego ſed Dominus, mulierem à viro non diſcedere.* Igitur authoritate ſanctorum pars negatiua roborata eſt.

i *Lib. 3. cõtra Eunomium cap. vlt.* K *Sup. Lucæ 16.*

Confirmatur argumentum. 7 His fauet, quòd ſcriptores noui teſtamenti, cùm citant aliquot loca ex veteri, ſeruant quidem veritatem ſententiæ, non tamen cohærentiam, & cõformitatem verborum: citant enim illa verbis, quæ illis magis placent, non autem illis quibus in proprijs locis habentur: adeò vt Hieronymus, *l* in ſequentia verba prorumpat: *In multis elogijs, quæ Apoſtoli, vel Euangeliſtæ de libris veteribus aſſumpſerunt, attendendum eſt, illos non ſequutos fuiſſe verborum ordinem, ſed ſenſum.* Et ad hoc inducit illud: *m Ecce Virgo concipiet, &c.* Quod & adducitur à Matth. *n* alijs verbis, prout iam nos in expoſitione illius notauimus.

l *In ca. 7. Eſaiæ.* m *Eſai. 7. v. 4.* n *Cap. 1. v. 23.*

Arg. vlt. pro parte negatiua quæſtionis. 8 Demùm, quoniam alias eſſet omnium librorum ſacrorum vnus omninò ſtylus: vtpotè ab vno, eodemque ſpiritu exiliens, & profluens, cùm tamen vnus ſcriptor alio elegantior, argutior, & ſubtilior ſit, adeò vt infinitum videantur diſtare, ſicut in Eſaia cernimus, reſpectu Prophetæ Amos.

CAPVT SECVNDVM.

Argumenta pro parte affirmatiua quæſtionis.

Arg. 1. pro parte affirmatiua quæſtionis. 9 IN Contrarium nihilominus multa multi ponderis ſunt. Et in primis illud, quod certà fide tenendum, ac tuendum eſt, videlicet, Scripturam ſacram eſſe verbum Dei ſcriptum, ſeu ſcripto traditum. Cùm ergo omni ex parte ſcriptura iſta ſacra ſit, ſequitur quod omni ex parte ſit verbum Dei; & proinde à Deo proditũ & dictatum.

Arg. 2. ad idem. 10 Deinde illud, quod vniuerſorum Theologorum, ſanctorumque Patrũ aſſenſu perpetuo firmatum eſt, videlicet, fide diuina aſſentiendum non eſſe, niſi reuelatis à Deo, vtpotè quod hæc tantum ſunt obiecta fidei diuinæ. At tenemur fide diuina aſſentiri omnibus & ſingulis, quæ ſacra pagina cõtinet. Ergo omnia & ſingula eius ſunt ex afflatu diuino.

Arg. 3. pro parte affirmatiua quæſtionis. 11 Tertium vrget illud quod ſcriptum eſt: *o Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, &c.* Igitur nihil quantumuis minimum, vel minutũ ex ſacris literis eſt, quod ſubterfugere poſsit rationem eloquij Dei, continentis arcana myſteria; alias quod inconueniens ſequeretur ex eo, quod præteriret? minima autem, & exilia iota, & apex ſunt.

o *Matth. 5.*

Arg. 4. pro parte affirmatiuæ quæſtionis. 12 Demùm illud premit, quod alias nobis certò conſtare non poſſet, quodnam ex ſcripturis ſacris eſſet verbum Dei, quodnam verò hominis, ſed confuſa omnia ſuſpectaque rederẽtur; vtpotè quod promiſcuè Dei ſimul, & hominum ibi commixta ſunt eloquia. At hoc abſurdiſsimum eſt, quoniã alias dubitare liceret, de irrefragabili ſingulorum veritate, & authoritate: quoniã dubitare liceret, an hæc potius quàm illa eſſent verba hominum, & non Dei. Omnia ergo, & ſingula, quæ ſacris in libris extant, à Spiritu Sancto dictata, ordinata, diſpoſita, ac digeſta videntur.

CAPVT TERTIVM.

Diuerſa diuerſorum placita erga rem hanc.

Hæreticorũ error circa hæc item & aliorũ. 13 MIſſo illorum hæreticorum errore, qui dicuntur Anonimi, de quibus Epiphanius *a* recenſet auſos fuiſſe iactare, quòd plura in ſacris literis extant, quæ non in ſpiritu Dei, & proinde non in ſpiritu irrefragabilis veritatis, ſed in ſpiritu hominũ, & proinde

a *Hæreſ. 49.*

& proinde in spiritu fallibili, cui potest subesse falsum, exarata sunt. Omisso ergo huiusmodi petulantissimo errore, eo quod pluries illum refelli, dùm omne mendacij genus à sacris literis relegatum monstraui: refert nobis Hieronymus *b* quosdam sui temporis Ecclesiasticos auctumasse, non semper scriptores sacros spiritum in se loquentem diuinum habuisse, nisi tantum cum grauiora, & quæ ad salutem hominum pertinebant, scripto erant verba factu ri. Quorum sẽtẽtiæ adhæsit nouissimus, ac leuissimus Desiderius Erasmus *c* multis in locis, existimans esse Deo indignum, & maximè indecorum, alia quam maioris ponderis negotia dictare. Argumento illis omnibus erat illud quod primo capite, prioriq; loco ductum est.

b Procemio sup. epist. ad Philemonem, & sup. ca. 5. Matth.
c Sup. cap. 3. Matth. & sup. c. 67.

14 Alia rursum Melchioris Cani *d* sententia est, ad Scripturæ sacræ rationem non opus esse, vt omnia quæ continentur in illa ex diuina reuelatione noscantur. Cui multi ex recentioribus suffragantur, innixi maximè secũdo, ac quinto argumento 1. capitis. Melchioris Cani sentẽtia.

d Lib. 2. de Locis cap. 18. in solut. ad 1.

15 Aliorum denique, tàm priscorum, quàm recentiorum sententia est scriptores sacros omnia, & singula speciali Spiritus Sancti impulsu, & afflatu scripsisse, adeò vt in isto quidem negotio, non tàm illi agant, quàm agantur planè instar calami cum à scriptore assumitur, & ad characteres formandos applicatur; iuxta illud: *e Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis* Vbi per scribam intelligitur Deus, per calamum verò ipse Dei amanuensis Dauid. Argumenta huius sententiæ, aut saltem pro illa, caput præcedens continet. Aliorum sentẽtia plausibilior.

e Psalm. 44. v. 3.

CAPVT QVARTVM.
Obseruationes & notabilia pro luce veritatis.

16 ANtequam ad discussionem dubij procedamus, oportet breuissimè aliqua, quæ tenebras dissipent, prænotemus. Quorum primum est, eatenus scripturam aliquam esse diuinam, quatenus est à Deo, habens pro authore, & speciali effectore Deum; aliàs omnis in vniuersum Scriptura, esset sacra, & à Deo, & diuina: quoniam omnis est à Deo, vt à causa prima, & quoniam opera nostra operatus est in nobis. *f* Quid importet essentialiter Scriptura diuina.

f Esai. 26. v. 12.

17. Secundum est dupliciter fieri posse, vt Deus sit author scripturæ. Primo immediatè, ac per se, vtique efficaci suæ voluntatis imperio producendo, & dictando illam, vt produxit, & creauit omnia, quæ ex nihilo fecit. Secundò mediatè, & per ministros, vti per amanuenses, & typographos produnt. & excudunt, librorum authores sua scripta. Quotmodis accidit Deũ esse authorem Scripturæ.

18 Tertium est, Deũ hactenus immediatè, ac per se ipsum nullam scripturam edidisse, nisi fortè Decalogi legem, de qua scriptum habemus *g* exaratam fuisse digito Dei. Verum quoniam dicitur *h* ordinatam fuisse per Angelos, seu (vt August. *i* legit) dispositam, hoc est digestam, operatam, & scriptam minesterio Angelorum, vt præter Anselmum nostrum habent interpretes: ideò verosimilius videtur, quòd Deus per se ipsum nullam Scripturam condiderit, sed tantùm per ministros suos Angelos vel homines. Quam Scripturam Deus immediatè condiderit.

g Exod. 21. & Deut. 9. v. 10.
h Galat. 3. v. 19.
i Lib. 5. contra Faustum.

19 Quod si obijciatur, Christum aliquando digito suo scripsisse, vtique quando *K* ad liberandam adulteram ex Pharisæis scripsit digito in terra, & quando ad Regem Abagarum literas misit; iuxta Eusebij *l* historiam.

K Ioann. 8. v. 6.
l Lib. 1. hist. Eccles. cap. 13.

Responderi solet, quod in priori casu, nec veras literas, nec veros characteres formauit, imò neque citra miraculum formare potuerit; quoniam non in molli, mobilique terra, aut puluere, sed in pauimento potius lapidibus quadratis strato, vtique in templi pauimento scribebat, quod leui digitorum cõtactui citra miraculum cedere, characteresque retinere neutiquam poterat: sed dictum fuisse quod scripsit: quia tanquam meditabundus, & aliud agens, Quid sit Deum digito suo legẽ scripsisse?

parumq;

parumque attendens calumniatorū argutias, incertas, nihilq; significantes figuras in terra delineauit, & sic altius, & cui lentius Pharisæorum consilium spernendum, & subsannandum. In secundo verò casu non video, quod Ecclesia illas prout manu Christi exaratas literas venerata sit, & proinde non constat Deum etiam in assumpta natura literas immediatè, ac per se aliquando exarasse, aut etiam produxisse; sed mediatè tantùm, idque per ministros, & famulos.

Deus per suos amanuenses siue scribas suam nobis Scripturā exarauit.

20 Quartum est, multifariam, multisq; modis Deum per amanuenses, & ministros sæpè scripsisse: quia multifariam, multisque modis, hominibus suam per scripturas, & literas mentem propalauit, & multis suam voluntatem ostendit, vt illam scripto proderent, atque monumentis ederent. Nam in primis immediatè, & per se manifestauit aliquibus mentem suam, vt manifestauit Petro dignitatem Christi. *m* Deinde per internuncios Angelos, & homines propalauit hominibus arcana recondita sua, vt cùm Mariæ Virgini notificauit per Angelum decretum Incarnationis Verbi; & Dauidi per Natham profectam sui criminis relationem & veniam. Et adhuc iste modus multipliciter fieri contingit, nimirū corporea, imaginaria; & intellectuali manifestatione, vti cū Danieli *n* *Apparuerunt digiti quasi manus scribentis in pariete*: quæ fuit corporea, visibilisque manifestatio: & Esaiæ visus fuit: *o* *Dominus super solium excelsum, & eleuatum*: quod pertinet ad imaginariam visionem, & intimationem. Et Dauid: *p* *Super senes intellexit*, quod spectat ad intellectualem. Quamuis de sententia nostri Gregorij Magni, *q* quando Deus per semetipsum loquitur, virtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur, hoc est: intellectualiter, quando verò per Angelum voluntatē suā indicat promiscuè, & indifferenter vtitur tribus modis prædictis, vtique verbis, rebus, imaginibus corporalibus, atque intellectualibus obtutibus, prout ipse sanctus Doctor discurrendo per singula aptè, & ornatè ostendit. Licèt quod in hominis scribentis intellectu, & voluntate fit, à solo Deo est: qui solus habet potestatem immutandi immediatè potentias: nam cætera agentia extrinseca quantumuis cœlica, & seraphica non habent, vt illas possint mouere immediatè, sed mediatè tantum, vtique vel propositione, & repræsentatione obiecti, ad quam etiam sæpè requiritur sensuum transmutatio. De quo D. Thomas *r* in corpore & ad secundum argumentum.

m *Matth.* 16. 18.
n *Daniel* 5.
o *Esai.* 6.
p *Psalm.* 18.
q *Lib.* 28. *Mor.* *cap.* 2.
r 1. 2. q. 9. a. 6.

Omnis arcanæ veritatis propalatio diuina reuelatio est.

21 Quintum denique, & vltimum est, omnem veritatis arcanæ propalationem, & lucem illatam diuinitus, esse reuelationem diuinam, vtpotè, quia reuelatio diuina in eo tantùm sita est, quod Deus manifestet aliquid aliquo, vel aliquibus modis occultum quod fit quando primitus proponit, & manifestat alicui rem illi omninò abditam, & latentem, & quādo certiorem reddit habentem aliquam notitiam de illa non tamen exactam, & perfectam; ac denique quando probè, pleneque memorem eius facit illū, quouis modo faciat, vtique siue verbis, siue rebus, siue motibus, siue nutibus corporalibus, imaginarijs, aut intellectualibus editis immediatè per seipsum, vel per aliquam interiectam personam, hominem, vel Angelum, aut etiam per animatam quācūq; vel inanimatam rem: quoniam hæc omnia habent rationem loquutionis diuinæ, per quam manifestat nobis quod in mente diuina est, & quod nos fugit, & latet, vel omnino, vel aliquomodo, & proinde habet rationem reuelationis diuinæ.

De ratione sacræ Scripturæ est esse omnino à Deo, tā quā à proponente per illam mentem suam.

CAPVT QVINTVM.

Prima conclusio decisiua quæstionis.

22 IAM Conclusionibus litigium dirimendū est, primā autē hāc statuo: *De ratione, & conditione literarum sacrarum, & sacræ Scripturæ est, vt in omnibus, & per omnia sit à Deo tanquam à propalante, seu proponente per illam hominibus mentem suam, siue id faciat proximè per se ipsum, siue mediatè, & remotè per alios.*

 Hæc

Hæc conclusio ex primo, & secundo notabili capitis præcedentis patet. Sed rursum probatur ex eo, quod Scriptura sacra idem est ac verbum Dei scriptum. Constat autem eatenus verbum aliquod esse posse alicuius quatenus est ab eo dicente, & exprimente per illud mentem suam: quare sicut verbum mentale est à dicente mentaliter, & dictio mentalis, & verbum vocale est à dicente vocaliter & dictio vocalis; ita verbum scriptum est à dicente scripto, s u dictio scripta: vnde scriptura si omnino à Deo dicente, & per illam mentem suam propalante non est, non poterit omnino esse sancta, vtpotè non omnino à Deo dicente, & proponente per illam aliquid mentis suæ.

23 Exemplum habemus optimum in scripturis sanctorum Patrum: quoniam illæ tantum dicuntur Augustini, v. g. aut Gregorij literæ, quæ ab Augustino, aut Gregorio profectæ, & eructatæ sunt, atque exaratæ, siue per se ipsos, siue per suos amanuenses scriptores in propalationem, & declarationem suorum conceptuum: & ideo scripta illorum certo dijudicamus sententias, & animi conceptus eorum, & per easdem eosdem nobis conceptus indicant. Quod si aliqua ex parte non sic sunt profectæ ab eis, ex illa non sunt scripta eorum, neque suscipiuntur, aut etiam suspiciuntur vt talia. Vt Scriptura Augustini debet esse ab Aug. ita diuina à Deo

24 Imò altius, & luculentius exemplum nobis est in sacrorum Conciliorum canonibus, & decretis, atque etiam in Summorum Pontificum erga res fidei diffinitionibus: quæ ideò Scriptura sacra non sunt, quoniam licet sint à Deo fouente, & assistente Concilijs, & Pontificibus, ne errore decepti labantur, vel decipiantur; non tamen sunt à Deo dicente, & nutu suo proprios ad nos per illa conceptus manifestante. Quare licet vtrobique contineantur, & sint, quæ verè Dei sunt: quia tamen non exarantur Dei nomine, quasi Deus ad homines per illa loquatur, sed potius Ecclesia Spiritu Sancto fulta, & illustrata, ideò Scripta sacra non sunt, licèt sint sacri canones. Cur sacrorum Cóciliorum scripta sacra Scriptura nõ sint

CAPVT SEXTVM.
Secunda conclusio ad idem.

25 SEQVITVR Secunda conclusio quæ talis est. *Ad rationem sacræ Scripturæ, quam Deus per se ipsum proximè, & immediatè non conficit, requiritur, quod omnia, & singula eius, hoc est, non tantùm sententias, sed etiam verba Deus ipse dictet.* Ad rationem scripturæ requiritur, vt omnia et singula eius à Spiritu Sancto dictentur.

Hæc conclusio, tàm ex præcedenti, quàm ex argumentis secundi capitis constat. Sed adhuc probatur ex eo, quod quodlibet verbum illius est verbum Dei: in hoc enim apertè distinguitur à Conciliorum decretis, & Pontificum diffinitionibus.

Item probatur ex eo, quod cum sacra Scriptura sit idem quod verbum Dei scriptum, ad intrinsecam rationem & conditionem eius spectat, vt procedat, & dicatur ab intellectu diuino ei, qui scripto signaturus est eum: alias quomodo creatura posset verbum Dei scripto, aut etiam voce prodere, & monumentis signare? Imò etiam si proderet tanquam, quæ suapte ingenio diuinam mentem citra omnem reuelationem penetraret (quod implicat) adhuc sacra Scriptura non esset, vtpotè per quam Deus non loqueretur, neque ipse per eam suam mentem aperiret, aut manifestaret, sed alius, qui eam suo nutu scripto signare voluit, vt potest Deus scripto signare affectus voluntatis hominum, quos probè assequitur. Cùm tamen Scriptura illa humana non esset: quoniam non homines illos per talem Scripturam affectus manifestarent, sed Deus.

Cùm ergo sacra Scriptura sit verbũ Dei scriptum, per quod Deus alloquitur homines tanquam per instrumenta consona illis, opus omnino est, vt illud dicat dùm scribitur, hoc autem est, dictare. Et cum omnia & singula Scri-

pturæ ſacræ ſint verbum Dei, aut aliquid eius; conſequens etiam eſt, quod omnia, & ſingula Scripturæ ſacræ debeant dici, & dictari à Deo.

Omne Scripturæ verbũ eſt verbũ Dei.

26 Inde eſt, quod cum omnis ſacra Scriptura, quæ extat, condita, & confecta ſit, non immediatè quidem, & per ſe ab ipſo Deo, ſed mediatè tantùm, & per alios; vt patet ex notabili tertio, c. 4. ideò dixit Petrus: *a Spiritu Sancto dictante loquuti ſunt, ſancti Dei homines.* Et Paulus: *b Omnis ſcriptura diuinus inſpiratur.* Hoc eſt (vt Græci indicant) omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt: inſpiratio autem diuina idem eſt quod reuelatio diuina. Dicitur autem inſpirata quia per Spiritus Sancti afflatum literis conſignatur. Et ad Galathas *c* agens idem de doctrina ſua ait: *Non eſt ſecundùm hominem, neque ego ab homine accepi, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Et ad Hebr. *d* dicit, quod *Deus loquutus fuit Patribus in Prophetis.* Et Chriſtus *e* dixit de Dauid in Spiritu loquutũ fuiſſe, hoc eſt, Spiritu Sancto dictante, & inſtillante verba. Quare ſi Apoſtolis dictum eſt: *f Non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis:* vtpotè quoniam eiſdem ibidem dictum eſt: *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini:* multò melius poterit dici biblicis ſcriptoribus. Nõ eſtis vos qui hæc ſcribitis, ſed ſpiritus patris veſtri, qui vobis, vt inſtrumentis vtitur ad ſcribendũ. Igitur vt ſcripturæ inſtrumenta nullum omninò effectum habent, præter illũ quem ſcriptor potiſsimus delineat, & format: ita neq; ſcriptores biblici in ſacris literis præter illos, qui à Spiritus Sancti afflatu delineãt, & exarant. Et ex conſequenti de ratione, atq; de intrinſeca conditione de Scripturæ ſacræ, quã Deus per alios conficit, eſt, vt prorſus ab afflatu, & impulſu Spiritus Sancti fiat: non enim minus requiruntur iſta ad ſcribendum, & literis conſignandum, quàm ad ore promendum verbum Dei.

a 2. Canon. cap. 1
b 2. Ad Tim. 3. 16.
c Ad Galath. 1. 2.
d Ad Hebr. 1. 1.
e Matth. 22. 44.
f Matth. 10.

Obijcitur cõtra prædicta.

27 Sed obijcies, Reges, & Proceres ſæpe facere ſuas illas, ſiue epiſtolas, ſiue qualeſcumq; literas, quas ipſe, neque per ſeipſos exararunt, neq; ſuis etiã dictarunt amanuenſibus, ſed per hoc ſolùm quòd alieno Marte, & genio ſcriptas, & prænotatas ipſi proprio nomine ſignant, & ſubſignant chyrographo; & ex conſequenti poſſe Deum facere ſacram aliquam Scripturam, etiã ſi neque per ſe ipſum exaret illam, neq; exaranti dictet, ſed per hoc præciſè quod proprio nomine ſignet eam.

Diluitur obiectio diſcrimine inter Scripturas proprias, & appropriatas.

28 Reſpondetur tamen, Scripturas iſtas, in quibus nihil de proprio exprimunt, qui illas ſubſcribũt, nõ eſſe proprias, ſed appropriatas eis, vtpotè quod in rei veritate non ſunt ab illis, cùm tamen debeat eſſe alicuius verbũ ab eo. Quare licet Deus ſummorum Sacerdotum iudicia ſuo calculo, & authoritate munierit, dicens: *g Qui noluerit Sacerdotis imperio obedire ex iudicis ſententia moriatur:* nõ propterea illorum decreta, & iudicia, erant decreta, & iudicia Dei propriè loquendo, ſed authoritatiuè dumtaxat. Et idem eſt de doctrina illorũ pro quibus dixit Chriſtus: *h Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſei, omnia quæcumq; dixerint vobis ſeruate, & facite.* Nõ enim propterea verba iſtorũ, erãt verba Dei. Reges ergo, & proceres, qui ſcripta digeſta ab alijs, tanquam ab ipſis profecta, & dictataque ſubſignant, faciunt quidem, ac reddunt ſua extrinſecè, hoc eſt, per appropriationem, & adoptionem, non tamen intrinſecè, & ſecundùm rem: ſicut filij qui adoptantur: & ſcripta, ſententiæ, placita, atque aliorum dicta, quæ ab aliquibus tanquam ſua aſſumuntur, excuduntur, & euulgantur, fiunt quidem per hoc ſua extrinſecè: at non verè: imò niſi de licentia ſuorum authorum id fiat, pro furtiuis habentur, & inter furtiua enumerantur, quantumuis ea ſuo proprio nomine excudãt. Hiſtoriam fortè hic (& quidem mihi lugubrem) tango, quã aliquos tantilùm perſtringo.

g Deut. 17. 12.
h Matth. 23. 2.

Cur ſancti patres adeo ſingula ſcripturæ verba contéplentur

29 Denique probatur cõcluſio ex eo, quod ſi ſacra Scriptura non eſſet in omnibus, & per omnia dictata ab Spiritu Sancto; hoc eſt, tàm quoad ſingula verba, quàm etiam ſententias, numquam ſancti Patres ſacrique Doctores Eccleſiæ tantùm inſumpſiſſent temporis, in argutè, doctè, ſubtiliter,

sublimiterque, ac religiosè explicandis singulis verbis; atque ex illis eruendis reconditissimis sensibus, & arcanis. Cùm ergo id sedulo fecerint, signum est, quod singula verba venerati sunt, vt arcana, & diuina; & proinde quod pro constanti habuerunt Scripturam sacram vndique esse à Deo.

Inde Gregorius Magnus: i *Ipse ergo hæc scripsit, qui hæc scribenda dictauit.* Et Chrysostomus: K *Ego vos omnes obsecro, ne simpliciter ea quæ in Scripturis sacris cõtenta sunt, transeatis. Nihil enim hic scriptum est, quod non multas sensuum habeat diuitias, quandoquidem diuino Spiritu afflati Prophetæ loquuti sunt. Neque enim, vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus.* Basilius l etiam, & Hieronymus m eadem habent.

i *In proœmium Marci, cap. 1.*
K *Hom. 22. in Genesim.*
l *Hom. 6. & 10. in Examerон.*
m *In cap. 5. Matth.*
n *Epist. 63. ad Iustinum.*

30 Item Ambrosius n explicans rationem, cur in scriptura nihil redundet, aut desit, dicit causam esse: quoniam sacri Scriptores, non secundùm artem scripserunt, sed secundùm gratiam, quæ supra omnem artem est. Ex quo sequitur planè, quod si aliqua pars etiam minima sacræ Scripturæ, secundùm artem esset, aut esse posset, hoc est, secundùm hominem, & humanum ingenium; quod etiam posset esse superflua, vel diminuta, qualia sunt cætera hominum. Vnde cum hoc repugnet Scripturæ; consequens est, quod etiam repugnet illi esse aliunde, quam per Dei gratiam, hoc est, ex afflatu diuino.

Cur in Scriptura nihil redũdet?

CAPVT SEPTIMVM.

Tertia conclusio ad idem.

31 **S**EQVITVR Iam tertia conclusio, quæ sic habet. Ad rationem, aut conditionem Scripturæ, non tantùm requiritur, vt Deus Scriptori eius dictet omnia scribenda, sed etiam quod moueat, & inclinet illum diuinitus ad sic, atque hic, & nunc scribendum.

Oportet Scripturæ sacræ exaratorẽ à Deo inclinari moueri-que ad scribendum.

Hæc conclusio quoad priorem partem ex præcedenti constat. Quoad secundã verò probatur ex illo Petri: a *Neque enim voluntate humana allata est aliquando Scriptura* (hoc est, proprio conatu, studio, libertate, & arbitrio) *sed Spiritu Sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Vbi clarius Caietanus, Batablus, Brixiensis, & alij legunt & trãsferunt, à Spiritu Sancto impulsi, agitati, & rapti: quia vox Græca Phyremonoi, pro qua in vulgato Latino habetur inspirati, significat idem quod permoti, acti, & impulsi. Si autem sic omnes Scriptores biblici sunt affecti; consequens est, vt id Scripturæ natura petierit.

32 Ratio autem est, quia scriptores sacri in scribendi munere, & exercitio tantùm reputantur, vt organi, calami, & instrumenta Dei loquentis ad nos: iuxta id Dauid: b *Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Et illud: c *Lingua mea calamus scribæ.* Quare Gregor. Magnus d *Nomen calami sacris attribuit Scriptoribus, vtpotè vt sicut iste nihil nisi desuper actus applicatus, & motus in nulla Scriptura præstad, sic neque illi in sacra.* Inde etiam Antonius Magnus, e Chrysostomus, f Augustinus, g Gregorius, h & alij, omnem Scripturam sacram appellant, *diuinam Epistolam*, vtpotè à cœlo demissam, & allatam. Quibus Basilius Magnus, i & S. Ephrẽ k consonat, dum omnia Scripturæ sacræ vocant, *dona à cœlo emissa.*

Sacrarũ Scripturarũ exaratores sunt instrumenta Dei.

33 Inde demum est, quòd Ambr. l notauit. Inducens enim illud, Psal. m *Et super vestem meam miserunt sortem,* ita inquit: *Benè de Euangelistis dictum est: quia miserunt sortem. Sors enim veluti diuino pendet examine: & ideò quia non in potestate propria sunt loquuti, neque omnes eadem omnia, sed plerique dixerunt diuersa, quæ alius non dixerat.* Quasi diceret, quamuis ex Scriptoribus sacris plures eadem omnino spirent, diuersa tamen scripserunt: quia non ex proprio, sed diuino motu affecti, & protracti sunt, vt illa potius quàm alia scriberent.

Nota pro sacris scriptoribus.

a *2. Pet. 1. v. 21.*
b *2. Reg. 23. v. 2.*
c *Psal. 44. v. 2.*
d *Hom. 13. in Ezech. & præfat. in Iob cap. 1.*
e *Apud Athanas. in eius vita.*
f *Hom. 3. in Epistol. ad Thessalonicen.*
g *q. 2. in Psalm. 90.*
h *Lib. 4. registri Epist. 84.*
i *In Psalm. 59.*
K *Serm. de patiẽtia, & consumat. seculi.*
l *Lib. de Tobia cap. 20.*
m *Psalm. 21. 19. & Ioann. 19. 25.*

Notā rūr sū de eis dem.

34 Inde est, quod de illorum manibus, atq; calamis dicere nos possumus, quæ de illorū animaliū alis ac pedibus Ezechiel dixit: *n Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebātur; neq; reuertebātur, cū ambularent.* Vtpotè quod nō in votis eorū erat sitū progredi, aut regredi, scribere, aut omnino suspēdere calamū, nisi prout spiritus impellebat, vel ab impulsu cessabat. Notū enim est, & in doctrina sāctorū Patrū protritū, quadriforme illud Ezechielis animal, quatuor Euāgelistarum symbolum extitisse: Quare meritò verba illius accommodantur istis, & intelliguntur de illis. n *Ezech. 1. 12.*

Non minus Dei motione indiget qui scripto, quā qui voce edit vaticinia sacra.

35 Ratio item alia id suadet: quoniam Dei verba exarare, & consignare literis, eiusdem rationis est, atque illā ore enunciare: quoniam sicut per Scriptorum calamum loquitur ad nos Deus, ita per Apostolos fuit ad nos verbo loquutus, & vtrumque est verbum Dei aperire, & Deum per instrumēta creata ad homines loqui. At prophetandi opus non tantùm non potest esse citra reuelationem Dei, verùm neque citra motum, & impulsum illius mouentis hic, & nunc os prophetantis ad prophetandū; vt mouit os Zachariæ, & aliorum: pro quibus ipse dixit: *o Sicut loquutus est per os sanctorum, &c.* Igitur neq; munus scribendi verba Dei, & sacram Scripturam. o *Luc. 1. 70.*

36 Sanè Sunamitis illa ad pedes Elisei procumbens audiuit à Deo: *p Anima eius in amaritudine est; & Dominus celauit à me, & non ostendit mihi.* Idem Eliseus rogatus à tribus illis Regibus de futuro euentu belli: *q Iussit adduci psaltem ad se, & tunc facta est super eum manus Domini, & prophetauit.* Igitur non fuit in potestate prophetarum pro arbitrio suo vaticinari, & vaticinia ore proferre: sed tunc tantùm, cùm Spiritus Domini mentes illorum illustrabat, & ad prophetandi exercitium linguam eorum mouebat. Cùm autem ea sit ratio scribendi, & prophetandi: siquidem vtrumque est edere verbum Dei in persona Dei; consequens est, vt afflatus eiusdem spiritus, & simul impulsus, & agitatio requiratur. p *4. Reg. 4. 28.* q *4. Reg. 3. 15.*

Non est in potestate pro phetæ pro phetari, neq; scriptoris sacri sacrā Scripturā edere.

37 Mirum proculdubio est, quod vitam, mortemq; Domini omnes eius discipuli Apostoliq; probe callentes, & per vniuersum mundum differte prædicātes, duo tātùm ex Apostolis, vtiq; Matthæus, & Ioānes, & vnus ex discipulis, scilicet, Marcus (de Luca alia est ratio) ea monumētis signauerint. Causa autē ea potest esse, quod citra scribendorū peritiam, notitiam, & cognitionē, siue naturaliter, siue supernaturaliter cōparatā, requirebatur Spiritus Sancti incitatio, impetus, & impulsus applicans, & agens eos ad scribenda sacra illa: quoniam aliter scriptura sacra constare nō potest. Et hæc est tota ratio etiam cur sæpè scriptores biblici de seipsis magnificè scribant, vt Moyses, *r* & Dauid, *s* vtiq; quoniam Spiritu Sancto acti, & concitati id faciebant, non autem ex proprio motu, ac ductu. r *Num. 12.* s *Psalm. 118.*

Cur ex omnibus qui vitā mortemq; Christi probe agnouerūt, tam pauci eas literis mandarunt.

CAPVT OCTAVVM,

Quarta conclusio ad idem.

Scriptor sacer nō indiget immediata reuelatione Dei.

38 SIT Iam quarta conclusio in hunc modum. Non est de ratione, aut etiam de intrinseca conditione Scripturæ sacræ, vt scriptor ex immediata reuelatione, & inspiratione diuina, habeat scribēdorum omnium notitiam, & cognitionem. Neque etiam vt inscribendo libertate careat, sed sufficit, vt nihil scribat, nisi afflatus, motus, & directus à Spiritu Santo, & prout sic.

Hæc conclusio habet tres partes, quarum prima est de mente secundæ sententiæ cap. 3. vtiq; Cani, qui eam eo probat, quod Lucas, quæ ab Apostolis accepit, ea scripto ipse mandauit, vt in Euangelij sui procemio testatum reliquit. Et Marcum quæ à Petro didicerat, rogatus à discipulis scripsisse: authores sunt Clem. Romanus, *a* & Papias, *b* Origen. *c* Euseb. Cæsarien. *d* Iren. *e* ac Hieronym. *f* quæ tamen obseruatio futilis esset, si ad sacra verba

a *Lib. 6. dispositionum apud Euseb. l. b. 2. hist. Ecclesi. cap. 15.*
b *Apud eundē ibi & lib. 3. c. vlt.*
c *Lib. 1. in Matth. iuxta eundem Euseb lib. 6. c. 18.*
d *Lib. 3. hist. c. 4.*
e *Lib. 3. cōtra hæres. cap. 1.*
f *De viris illustribus in Marco.*

exaranda sola immediata reuelatio, & inspiratio conducens esset. Imò futile esset verbum illud: g *Et qui vidit, testimonium perhibuit.* Quoniam omnis alia cognitio præter reuelationem, & inspirationem diuinam vana est huic muneri.

g *Ioan.21.ad fin.*

39 Deinde probatur ex eo, quod sicut verbũ Dei nõ petit produci, & ore promi asciente, & penetrante eum, vt patet in Prophetia Cayphæ prophetantis, & nesciẽtis quid diceret, h sic neque scribi: vtrumq; siquidem est diuinitus loqui. Præterquam quod licet requiratur peritia, notitiaque scribendorũ, hæc aliunde quàm per inspirationem, & reuelationem potest haberi, vtique experimento, & oculari visione: vt vidit Ioan. Euang. quæ de Christi passione exarauit, & alia: pro quibus dixit: i *Quæ audiuimus, quæ vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ hæc annunciamus vobis.*

h *Ioan. c. 11. v.* i *Ioan.1.v.1.* Verbum Dei potest promi à nesciẽte, afflato tamen spiritu Dei.

40 Secunda autem pars conclusionis videtur militare contra aliquos, qui scriptores biblicos meros calamos iudicant, non se agentes, sed prorsus potius actos ab impellente spiritu. Primô, quoniam eorum velocitas in scribẽdo id videtur arguere. Secundò, quia ex præcendenti conclusione patet scriptores sacros necessario impellendos esse ab Spiritu Sancto, & proinde non liberos, nec libertati suæ relinquendos. Vnde K *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*, id est, subitò, à principali scriptore impulsa & correpta.

Non opus est, vt scriptor sacer libertate careat dũ scribit.

K *Psal.44.v.2.*

41 At præterquã quod Origenes l oppositum asserit, vel illud nostram conclusionem ostendit, quod alias scriptores sacri in scribendo nihil meriti habuissent, & proinde nec virtutis, nec laudis: quia vbi arbitrij libertas deest, meritum abesse oportet. Et quidem idem esse dicendum de loquutione, & prolatione verborum, pro quibus dixit Christus Apostolis: m *Dum steteritis ante Reges, & Præsides nolite, &c. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, &c.* Cum tamen omnia illa essent eximij meriti, vtporè diuinæ fidei confessiones, protestationes, & patrocinia in Christi Domini gloriam, & in Dei obsequium.

l *Lib.3. Periar-* m *Matth. 10.v. 19.* Magni meriti est sacri Scriptoris exercitiũ.

42 Neque obstat illud quod obijcitur de velocitate: quoniam ad hanc satis est regi, incitari, & afflari ab Spiritu Sancto: Scriptura quippe est: n *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Vnde & Christus Dominus ductus est ab Spiritu Sancto in desertum, & tamen liberè ductus; non enim fuit extrinseca violentia coactus, & omnino percitus. Item qui sunt Filij Dei Spiritu Dei aguntur, & tamen non propterea libertate priuantur, sed tamen: o *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas:* iuxta elogium Pauli.

n *Psalm.147.18.* o *2.Cor.3.17.* Spiritus Domini præstat velocitatem nec tollit libertatẽ.

43 Neque iterum obstat vis conclusionis præcedentis. Tùm propter mòdò dicta. Tùm quia impulsus ille, & impetus, necessarius quidem est ad Scripturam sacram: at nõ propterea necessitans scriptorem, sed potius eo, humano modo vtens: vtiq; salua libertate arbitrij. Sicut etiam saluo genio, & ingenio scriptoris adducitur, & dirigitur ad scribendum, propter quod cum subtilioribus subtilius, & cum rudioribus crassius, & simplicius scribit Spiritus Sanctus: vt patet in propheta aulico Esaia, & in pastore rudi Amos. Itaque impellit Spiritus Sanctus Scriptores sacros, vt scribant, libertatem autem non propellit.

Deus se se attemperat Scriptoris captui.

44 Neque iterum obstat, Scriptores sacros haberi, & commoueri, vt calamos, & instrumenta ad scribendum: nam etiam sacramentorum ministri sunt instrumentales causæ sacramentorum, & tamen voluntariè, ac liberè administrant ea.

Etiã sunt aliqua instrumẽta libera.

45 Tertia item pars liquet ex eo, quod tunc fit Deus loquens per illã Scripturam, & illa Scriptura est à Deo tanquàm alloquente nobis per illã, & suũ ad nos conceptum dirigente, & manifestante: nam si fuit verè loquutus per liberas illas, quas digiti cuiusdam quasi manus in pariete scripserunt, p multò melius loquetur, per verba, quæ singulariter, & sigillatim dictat, vt suo exarentur nomine, & ad quæ scribenda animum scriptoris inducit, & adducit manum.

p *Dan.5.v.5.* Deus ad nos loquitur sacra sua Scriptura.

CAPVT

CAPVT NONVM.

Corollarium ex dictis circa veritatem Bibliorum.

Scriptura sacra est irrefragabilis veritatis.

46 EX His omnibus conclusionibus constat sacram Scripturam esse suapte natura infallibilis, & irrefragabilis veritatis, vtpotè prorsus à Deo inspirante, regente, dirigente, ac mouente scriptorem illius, ne in aliquo decipiat vel decipiatur, siue per ignorantiam, siue per malitiam, siue per memoriæ lapsum, incuriam, incogitantiā, inaduertētiam, vel aliquid huiusmodi. Vnde dictū est à Christo Domino de Spiritu Sancto: *a Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis*: vtique vt sic doctiores, certiores, & peritiores redderentur ad ea, quæ dicto scripto contestaturi, & in lucem emissuri erant. Et Paulus: *b Non spiritū huius mundi accipimus, sed spiritū, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non indoctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus.*

a Ioan. 14. 26.
b 1. Cor. 2. 12.

Si Deus falleretur, aut falleret seipsum distrueret.

47 Item quoniam omnia Biblica sunt verbum Dei, vt patet ex cap. 3. notabili primo. Ex quo illud c Psalm. *Dominus narrauit in scripturis populorum & Principum, &c.* Et illud: *d An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Et illud protritum, & frequentissimum apud Esaiā, aliosq; Prophetas: *Os Domini loquutum est. Hæc dicit Dominus.* Deus autem est summa veritas, cui ab intrinseco repugnat mendacium. Vnde dicitur: *e Non est Deus quasi homo vt mentiatur.* Et Psal. 30. appellatur: *f Deus veritatis.* Et Ioan. 14. *g Spiritus veritatis.* Et Rom. 3. dicitur: *h Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* Et alibi: *i Fidelis Deus seipsum negare non potest.* Negaret autem seipsum, hoc est, seipsum destrueret, si prima, & summa veritas cum sit, in aliquod mendacium deflecteret, vt lux seipsam destrueret, si in tenebras degeneraret. Sed de his nos plura diximus. K

c Psal. 86. v. 6.
d Cor. 13. 13.
e Numer. 23. 19.
f Psal. 30. v. 6.
g Ioan. 14. 17.
h Rom. 3. v. 4.
i 2. ad Tim. 2. 13.
K 2. 2. q. 1. d. 3.

Omnia sacræ scripturę verba habēt idem authoritatis pondus, licèt non entitatis.

48 Etsi obijcias, Biblica omnia esse paris, æqualisq; veritatis, vtpotè omnia à Deo, qui sicut à veritate nequit vel minimum deflectere, ita neque verius, aut minus verè aliquando loqui, sed semper verissimè, summaq; veritate. At cum veritates ipsæ impares, & inæquales sint inter se, non secus atq; earum quiditates, & entitates (siquidem essentiæ rerum sunt sicut numeri impares, & inæquales videlicet) consequens est vt illarum etiam certitudo, & veritas etiam inæqualis sit, & proinde non desumenda à veritate dicentis Dei, sed à veritate dictorum; & proinde ex veritate Dei dicentis non posse colligi summam veritatem dictorum.

Duplex rerum sacræ paginæ veritas.

49 Respondetur tamen, aliam esse veritatem in essendo, & aliam in enunciando: illa enim est passio entis, quæ fundatur in rei entitate; & ideò quod plus habet de entitate, habet amplius etiā de veritate transcendentali, & entitatiua: ista autem fundatur in veritate, quæ est specialis virtus moralis, cuius munus est inclinare voluntatem ad hoc, vt quæ dicto vel scripto proferūtur, non aliter proferantur, quàm sunt in mente, & quod nō proferat aliquid tanquā certum, quod rationabiliter, & prudenter non iudicetur certum esse: id autem quod Deus iudicat certum esse, non potest non esse certū: & id quod profert, vt verum habet summum veritatis pondus, vtique non transcendentalis, & entitatiuæ vel in essendo, sed moralis, & in dicendo: & ita quod in essendo est magis, vel minus verum, potest in dicendo esse paris, æqualisq; veritatis, si ab æquali veritatis authoritate asseratur; sicut tàm euidēs est conclusio maioris, quâm minoris momenti per eandem scientiam, si vtraque per omnino idem principium demonstretur.

Est veritas in essendo, & in dicendo.

50 Itaque veritas in essendo commensuratur entitati rei: quare hæc propositio: *Deus est trinus*, æqualis veritatis transcendentalis est, siue à Deo, siue ab

homine proferatur: quia eiusdem vtrobique entitatis est. Veritas autem in enunciando commensuratur veritati dicentis,& ita propositio minoris entitatis certior, veriorque est, si ab assertore maioris authoritatis proferatur, quàm veritas maioris quiditatis.

CAPVT DECIMVM.
Corollarium aliud de authoritate sacræ paginæ.

31 INde etiam sequitur summam esse sacrorum bibliorum authoritatem, vtpotè, quæ summam veritatē continēt, tanquam diuina oracula,& scripta: summæ autem veritatis authoritas summa est, eo quod authoritas idē est, ac dignitas,reputatio,& æstimatio,ob quæ dictis,factisque alicuius plurimū differimus. Inde authenticum testimoniū est,quod irrefragabili authoritate viget,& cui inficiari nemo potest. Et ita de sacrarū literarum authoritate,infallibilitate, & certitudine nemini dubitare licet,aut quouis modo hærere,citra notā hæresis. Hoc est enim sacris literis propriū,vt latè Aug. *a* varijs,ac multis in locis inquit: *Solis scripturarum libris,qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum authorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissimè credam. Alios autem ita lego,vt quantalibet sanctitate,doctrinaque polleant,non ideò verum putem,quod ipsi ita senserunt,vel scripserunt.* Vtique quoniam de scriptoribus sacris dumtaxat certum est calamum non mouisse, nisi ex directione, ductu,monituque Spiritus Sancti: quare honos, qui eorū scripturis defertur, alijs deferendus non est: licet Summorum Pontificum,Conciliorum, canones,& decreta,sanctorūq; Patrū volumina in maximis habenda sint, vtpotè organa per quę Deus hominibus suam sæpissimè voluntatem aperuit,quamuis longè aliter quàm per Scripturas sacras. Sed de his plura super primam partem D.Thom. *b* & Melchior Cano. *c*

Summa sacræ paginæ authoritas.

a *Lib. 11. de Ciuit. c. 3. & lib. 1. confes. cap. 5. & epist. 7. ad Marcellinum, & epist. 19. ad Hierony. & lib. 2. de Baptismo contra Donatistas c. 3. & in proœmio 3. lib. de Trinitate.*
b q. 1. a. 8.
c 2. *De Loci.*

CAPVT VNDECIMVM.
Obijcitur contra corollarium cap. 9. Scripturam sacram non esse summè veram.

52 VT autem omnia intimius penetremus, placet inficiari parum per duo hæc notatu dignissima, quæ duobus capitibus proximè præcedentibus intulimus corollaria. Et vt ordine procedam; primum inficiabor summam veritatem: deinde summā authoritatem sacræ Scripturæ. Argumenta autem prioris clasis hæc sunt.

Arg. contra prædicta ca. præcedē ti.

53 In primis habetur, *a* quod Dauid quando esuriens comedit propositionis panes,socios,comites, & commilitones secum duxit: cùm tamen dicatur, *b* quod solus tunc accessit,& interfuit: & Marcus eandem enarrans historiam dicit, *c* tunc Dauid introisse in domum Dei sub Abiathar Sacerdote: cum tamen constet *d* id non accidisse,nisi sub Abimelech Pontifice: & Lucas *e* in oratione Stephani refert septuaginta quinque viros de genere Iacob ingressos fuisse Ægyptum: cùm tamen constet, *f* non fuisse nisi septuaginta. Item refert ibi Patriarcha sepultos fuisse in Sichem,cum ex Iosepho *g* constet sepultos fuisse in Ebron,& cap. 8. recenset Abraham emisse sepulcrū à filis Hemor,qui erant filij Sichem: cum tamen constet *h* emisse ab Ephron filio Ser.

Arg. 1. Scripturæ veritatem irrefragabilē non esse.

54 Deinde teste D. Hier. Paulus citauit ex libris apocryphis elogiū illud, *Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: & teste eodem *K* super primum caput

Arg. 2. Scripturā sacram sūmæ veritatis non esse.

a *Matth. 12. v. 3.*
b 1. *Reg. 21. v. 1.*
c *Marc. c. 2. v. 15*
d 2. *Reg. 21. 6.*
e *Actor. 7.*
f *Genes. 26. & Exod. 1.*
g *Lib. 2. antiq. c. 8.*
h *Gen. 23.*
i *Sup. cap. 5. ad Ephes.*
k *Idē sup. Epist. ad Titum.*

put epistolæ ad Titum, Iudas in sua canonica citauit ex apocryha historia, id quod retulit de Henoch. Constat autem apocrypha oracula chimærica esse, ac fictitia: & proinde non summè vera.

Arg. 3. ad idem. 55 Tertiò, Apostoli citant elogia veteris testamenti in alio longè sensu ab eo, in quo scripta sunt; vt Paulus l illud m Psal. *In omnem terram exiu t sonus eorum, &c.* Citat de prædicatione Apostolorum: de qua tamen Dauid non agebat, sed potiùs de cœlorum motu illustratione & circuitione. Et Petrus illud Actorum n illud Ioelis o. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*, citat in alio sensu ab eo, quo à Propheta inductus est, teste Hieron. ibidem. l Rom. 10. 18. m Psal. 18. 4. n Actor. 2. o Ioel. 2.

Arg. vlt. ad idem. 56 Ac denique quoniam alias omnia præcepta scripturæ essent præcepta diuina, & per consequens, illud Pauli, p *Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum*; id est, non bigamum: esset præceptum diuinum ab Ecclesia indispensabile, cum tamen constet Ecclesiam sæpisimè dispensasse illud. Item præceptum illud Concilij Apostolorum de abstinentia à suffocato, & sanguine, esse præceptum diuinum & ius diuinum, & proinde ab homine indispensabile, cùm tamen Ecclesia omnino, & omnibus dispensauerit illud. Non ergo omnia sacræ scripturę sunt verbum Dei, & proinde neque summè vera: siquidem non sunt à veritate summa. p Ad Tit. 1. 6.

CAPVT DVODECIMVM.

Obijcitur etiam contra corollarium cap. 10. & arguitur, scripturarum authoritatem non esse summam, sed potius inferiorem authoritate Ecclesiæ.

57 Arg. 1. scripturam sacrā summæ authoritatis nō esse. Item contra secundum corollarium dimicandum est hoc secundo loco: & quidem machinis, & armis desumptis ex eo, quod Ecclesiam iudicat ac definitiuam sententiā pronūciat de scripturis sacris: siquidem ex illa habemus, quinam sint libri canonici, quinam incorrupti & authentici; quis etiam legitimus sacræ Scripturæ sensus. Cum ergo iudicare pertineat ad superiorem authoritatem, cōsequens est, maiorem esse authoritatem Ecclesiæ iudicātis authoritate sacræ Scripturæ ab Ecclesia iudicatæ.

Confirmatur argumentum. 58 Et confirmatur ex illo decantatissimo Augustini, a *Euangelio non crederem, nisi me authoritas Ecclesiæ commoueret.* Eminentior igitur est Ecclesiæ authoritas, atq; præcellentior: siquidem propter eam colitur scripturarum authoritas. Et Tertullianus, b Hieronymus, c atq; etiam ipse Augustinus d dicunt, ideò Paulum Hierosolymam ascendisse, suumquè Euangelium contulisse cùm Petro, e quia Ecclesia non recepisset illud nisi à Petro confirmatum esset. Cùm igitur Petrus in tantum habuerit potestatem confirmandi Euangelium, in quantum erat Ecclesiæ Præsul; consequens est, authoritatem Ecclesiæ præcellere authoritatem sacræ scripturæ. a Lib. contra Epistol. fundam. ca. 4 b Li. 4. aduersus Marchionem. c Epist. ad Augustinum qui est 11. inter August. d Lib. 29. contra Faustum cap. 4. e Ad Galat. 2.

Arg. 2. ad idem. 59 Deinde Ecclesia antiquior est sacra scriptura, siquidem nulla sacra scriptura antiquior est illa, quam Moses condidit, vtique Pentateuchum. Cum tamen à primis parentibus Ecclesiam fuisse & floruisse, supra in tractatu de Ecclesia abunde à nobis ostensum est. Item cum Christus Christianam Ecclesiam constitueret & instrueret, nihil scriptum condidit, neq; per se, neque per alium, sed tantum præcepit Apostolis, vt verbo prædicarent omni creaturæ Euangelium: quare octo annis ab Ascensione Christi mansit Ecclesia Christiana sine scriptura, vel à Christo, vel ab Apostolis exarata. Sed hoc octauo anno post Ascensionem Christi scripsit Matthæus, vt alibi nos

latè ostendimus. Igitur siue loquamur de Ecclesia, quæ ab initio mundi fuit, siue de Christiana, semper fuit antiquior sua sacra scriptura, & proinde venerabilior, maiorisque dignitatis & authoritatis: quoniam cæteris paribus antiquiora præeminent recentioribus, maximè in authoritate. Vnde est illud Ciceronis, *f Apex senectutis est authoritas*. Et iterum: *g Habet senectus honorata præsertim, vt ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ voluptates.*

Encomia senectutis.

f D: senectut. 17
g Idem ibid. 57.

60 Quod autem cætera sint paria inter scripturam, & Ecclesiam, patet ex eo, quod etiam Ecclesia est à Deo, non secus, ac sacra scriptura: iuxta illud Hieremiæ: *h Ego plantaui te vineam meam electam omne semen verum*. Vnde adeò cara illi est & grata, vt dicat: *i Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa genetrici suæ.*

Ecclesia à Deo est condita, vt scriptura ab eo dictata.

h Hiere. 2. v. 21
i Cant. 6. 8.

61 Et confirmatur ex eo quod, vt habet Cicero, *k Non cani, non rugæ repentè authoritatem arripere possunt, sed honestè acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos*. Cùm igitur superior Ecclesiæ ætas honeste acta sit, vtpotè quæ sancta semper, ac Deo digna extitit, iuxta nuper citata, *l* & iuxta ea, quæ nos in tractatu de Ecclesia ostendimus, consequens est, quod extremos carpserit authoritatis fructus, & proinde quod in authoritatis culmine scripturas præcellat.

Non canicies, sed probitas authoritatis causa est.

k Vbi sup. Cicero num. 58.
l 1 t. 6. v. 8.

62 Denique quoniam Scriptura sacra omnino est propter Ecclesiam, non autem Ecclesia propter scripturam. Igitur longè dignior est Ecclesia, quàm sacra scriptura: siquidem dignior est finis omnibus, quæ sunt ad finem.

Arg. vlt. contra scripturarū authoritatem supernam.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.
Respondetur argum. 11. capitis, & defenditur summa sacræ scripturæ veritas.

63 Nihilominus leuiora hæc sunt, & alia multa, quæ hic solent induci, & à nobis inducta sunt alibi, quam vt summam sacra paginæ fidelitatem, & authoritatem possint eleuare. Quare ad primum 11. capit. argumentum quantum ad secundam partem resp. nō quidem vt respondent Lyra & alij, videlicet, hyperbolicè dictū esse, quod solus Dauid tūc coram Sacerdote interfuit, quia cum magno semper comitatu stipatus incederet, paucos tunc secum detulit pueros. Huic enim responsioni obstat apertissimè textus inquiens, *a Obstupuit Achimelech sacerdos viso Dauide, & dixit ei, quare tu solus, & nullus est tecum? & ait Dauid ad Achimelech Sacerdotem, Rex præcepit mihi, nemo sciat rem.*

Explicatur & cōciliātur duo veteris ac noui testamenti oracula, quæ videntur pugnantia.

a Vers. 2.

Sed resp. quod licèt Dauid ingressus fuerit domum Dei solus: at alibi agentes, & eadem fame laborantes reliquit aliquos ex socijs pueris suis, pro quibus simul ac pro se petijt à Sacerdote panes, vt reficerentur: vt aperte colligitur ex vers. 3. vbi dicitur, quod petijt à Sacerdote quinque panes & quod Sacerdos respondit illi: *Si mūdi sunt pueri, maximè à mulieribus*. Ad quid enim cautio ista vel interrogatio, nisi quia Dauid etiam pro pueris suis petebat panes? Vnde ipse ibidem refectionem accepit, & postea detulit pueris suis alibi commorantibus. Et hoc est quod dicitur, *b* de Dauide, & illis qui cum eo erant, hoc est de illis, qui tunc licèt non pro tunc famulabantur ei, sed eius expectabant regressum, vt comitarentur illum; vt liquet. *c*

b Matth. 12. v. 7
c 1. Reg. 21. v. 2
d Marc. cap. 2. v. 25.

64 Ad illud Marci *d* respōdent Chrysostomus, *e* Euthimius, *f* Theophilactus & alij, quod Abiathar erat binomius etiam vt appellaretur nomine patris sui Achimelech. Victor autē Antiochenus respōdet libros regum meminisse Achimelech tamquā simplicis Sacerdotis: Christum autem *h* meminisse Abiathar tamquam summi Pontificis, quod probat ex eo, quod sacra scriptura numerat Achimelech inter Sacerdotes, quos gladio abstulit Saul. Quæ solutio-

Cōciliatur prædictus veteris testamenti locus cū alio ex Marco Euangelistæ.

e Homil. 40. in Marc. 2.
f Sup. Marc. 2.
g Sup. Marci. 2.
h Marc. 2.

solutio videtur mihi literæ germanior, eo quod in memorato Regum libro semel, bis, & tertio nuncupatur Sacerdos Achimelech, nūquam verò appellatur Pontifex, aut summus Sacerdos; Abiathar verò appellatur à Christo Pontifex. Ex quo sequitur, quod historia illa accidit sub vtroque vtique sub Achimelech Sacerdote & sub Abiathar summo Pōtifice, nisiq; historia Regū meminit vnius: historia verò Euāgelica meminit alterius, quod in sacris literis frequentissimū est suppleri ab vno, quod ab alio silentio inuolutum est.

Cōciliatur loc⁹ actorum 7. cū alio ex Gen. 26

65 Ad illud item Actorum, *i* resp. non quidem blaspheme & impudice, vt Caluinus & Beza, qui dicunt mendosum esse locum istum: cum omnes libri noui testamēti Latini, Græci, & Syriaci in eius lectionē consentiant, omnesq; sancti Patres illā admittant. Sed resp. quod quādo scriptura non cōmemorat ex filijs Iacob ingredeuntibus Ægyptū, nisi septuaginta, non numerat nepotes Ioseph qui fuerunt numero quinque, vtique Ephraim, Iaam, Sutalaā Manasses, & Machir. Et iure nō eos numerat: quoniam vt Augustinus *k* notauit, quinque isti nepotes Ioseph non solum Ægyptum non sunt ingressi, cum alijs filijs Iacob, aut etiā cum alijs filijs Ioseph, verum nec tūc nati erant neq; etiam vtero geniti: vtpotè quod vt Hieronymus *l* habet Patres eorum Manasses, & Ephrain filij Ioseph, nondum erant tam prouectæ ætatis, vt filios possent procreare, & gignere quando sacra scriptura numerat septuaginta quinque de genere Iacob Ægyptum ingressos. Tunc licet per prolepsim, hoc est, per anticipationem numerat (vt notauit Hieronymus *m*) nepotes Ioseph quia licet nati tempore memorati ingressus non erant, imo neque vtero geniti, erant tamen in lumbis parentum suorum: & inde in lucem tandem prodituri, & Ægiptum habitaturæ tamquam progenies Iacob: quod etiam iure facit sacra scriptura frequens in huiusmodi anticipationibus, adeò vt Paulus *n* dicat, quod Leui obtulit decimas Melchisedech, *o* vtiq; quoniam proauus eius Abraham decimas illi obtulit, *o* etiam si ipse Leui natus non fuerit nisi 86. anno ætatis Iacob patris sui. *p*

i Act. 7. v. 5.
k q. 52. in Gen. & q. vlt. & lib. 6 de ciu. c. 49.
l In tradit. Hebraicis.
m Vbi sup.
n Heb. 7. vers. 5.
o Gen. 14. 20.
p Gen. 29. 34.

Cōciliatur locus genesis d sepulcro patriarcharum cum alio Ioseph.

66 Ad id rursum *q* de sepulcris patriarcharum varij sunt dicendi modi. Magister enim historiæ scholasticæ Cartusianus Gagneius, & alij cōtendunt Patriarchas bis tumulatos fuisse, & translatos primo ab Ægypto in Sichem, deinde à Sichem in Hebrom, quia primum refertur memorato loco, secundum autem asseritur à Iosepho. *r* Et non videtur in hac parte contemnendus Iosephus; maximè dicente hic Stephano de Iacob: *Defunctus est ipse, & Patres nostri, & translati sunt in Sichem & positi sunt in sepulcro quod emit Abrahā pretio argenti a filijs Hemor filij Sichem* Vbi videtur palam dicere Patriarchas prius in Sichem, postea verò in Hebron translatos fuisse. In Hebron enim fuit ager quem emit Abraham in sepulturam vxoris suæ. Hieronymus autem id apertè negat, dicens: *s Patriarchæ non sunt sepulti in Hebron*. Et iterum agens de peregrinatione Paulæ inquit *t Transiuit Sichem & iuxta puteum Iacob extructam intrauit Ecclesiam, atq; inde diuertens vidit duodecim Patriarcharum sepulcra*. Constat autem quod Stephanus per multa secula præcessit Paulam. Et idem videtur adstruere noster sapientissimus *Beda*. *v*

q Act. 7. 16.
r Lib. 2. antiq. c. 8. aliàs 54.
s Epistol. 101. de optimo genere interpretandi.
t I. è in epitaphio Paulæ ad Stocbiū
v Sup. act. 7.

Ex Patriarchis aliqui in Sichem aliqui in Hebron sepulti.

67 Nihilominus dissidium hoc, quod sanè diu multos hactenus exercuit, & torsit; hanc fortasis concordiam habebit: quod ex Patriarchis aliqui in Sichem, aliqui in Hebron sint sepultura conditi. Etenim cum constet *x* Abrahamū, & Sarā tumulatos fuisse in Hebron, & iterū, *y* Isaac & Iacob ibidem fuisse sepultos, imò ex venerabili Beda super hunc locum, Adamum protoplastem nostrum ibidem conditum fuisse; non mirum est; si aliqua Patriarcharum ossa, ab Ægypto translata huiusmodi sint inserta sepulcro. Item cum certum sit *z* Iacob emisse agrum in Sichem propè vrbem Salem, centū agnis à filijs Hemor, & huius agri possessionem postea donasse filio suo Iosepho apud Ioan. *a* Et in hoc agro sepultum fuisse ipsum Ioseph, vt constat. *b* Nō etiam mirum erit si reliqua Patriarcharum ossa ab Ægypto translata in hac fuerint recondita sepultura apud Sichem.

x Gen. 25. v. 9.
y Gen. 35. v. 7. 8 & Gen. 49. v. 33.
z Gen. 36. v. 19.
a Ioan. 4. v. 5.
b Iosue vlt. 32.

Quare

68 Quare cum hic dicet Stephanus de Patriarchis; *Translati sunt in Sichem, & positi in sepulcro, quod emit Abraham precio argenti*; videtur asserere, quod in Sichem & simul in Hebron conditi fuerint; vtique Iacob, & aliqui filiorum eius cũ Abrahamo & Isaco in Hebron: alij verò vtiq; Ioseph cum reliquis fratribus in Sichem. Sed hæc ad vnguem expungi, & expediri non possunt: satis est scire, quod sicut idem corpus diuersis monumentis traditum, dicitur diuersa occupare sepulcra, licèt nullibi integre contineatur, vt patet de multis Heroum, ac sanctorum corporibus; ita de duodecim illis Patriarchis intelligendum sit.

Ex Stephano arg. varia fuisse Patriarcharũ sepulcra.

69 Adde illud autẽ de emptione sepulcri à filijs Hemor filij Sichẽ, mirũ valde est, quod varii dicunt: sed validissimũ reputo; quod ex Hieronymo, *c* & Gregorio Magno *d* colligunt iuniores, dicentes, quod Seor (à cuius filio Ephron emit Abraham pretio argenti agrum) ille vtique Seor binomius fuit, ita vt simul appellaretur Seor & Hemor: illud quidem Gen. *e* à Moyse, hoc actorum *f* ab Stephano. Quare in idem recidit dicere, quod emit Abraham à filijs Hemor, atq; dicere à filijs Sehor, qui fuit filius Sichem. Vnde sensus verborum *g* in eo stat, quod Abraham emit ab omnibus filijs Sehor (alias Hemor filio Sichem) agrum digna, & iusta pecunia, celebrante contractus solemnia, sui suorumquè fratrum cohæredum nomine Ephrom, qui inter eos natu erat maximus.

c *Vbi sup. epist. ad Pomathium.*
d *Lib. 7. epist. in dictione epist.* 56
e *Gen.* 23. 9.
f *Actor.* 7. v. 16
g *Gen.* 23. 9. & *Act.* 7. 16.

Seor & Hemor diuersa vnius viri nomina secundum Hierony. ex Gregor.

70 Tota autem huius loci æquiuocátio in eo sita erat, quod dicitur *h* de Iacob, quod emit partem agri, à filijs Hemor, patris Sichem: quare sicut nomen agri empti commune fuit vtique prædio, nomina etiam vendentium communia esse non possint vtrique venditori. Quare mirum non est, si vterque venditor appellaretur Hemor. Quod autem ille & iste diuersi sint colligitur ex eo, quod ille Hemor dicitur, & appellatur filius Sichem: iste verò pater Sichem. Item ille ager coemptus fuit in sepulturam, iste vero in agriculturam. *i*

h 33. v. 19.
i *Ioan.* 4. 5.

Arg. Hemor & Sichem diuersos fuisse viros.

71 Ad secundum argumentum resp. quod etiam si elogium illud detractũ fuerit à libris apocryphis, non propterea iam apocryphum est, sed scriptoris sacri authoritate protectum, tamquam probe ac prudenter dictum, vtpotè, quod non omnia quæ in apocryphis continentur libris, fictitia propterea sunt; imò potius illorum multa possint esse verissima, vtpote ex composito inducta a *d* conciliandam fidem illis quæ sunt falso asserta. Mendacium enim omni veritatis vmbraculo, fulcroque desertum, nulli quãtumuis stolido ineptoq; verosimile fit. Quare vt verosimile reddatur oportet, vt aliquibus veritatibus ante & retro stipatum producatur: alias enim non subsistet. Igitur vt sæpe falsa miscentur prophanis: sic falsa veris.

Non omnia quæ libri apocryphi habẽt apocryphasũut.

71 Præterquam quod ex communi sanctorum expositorum sententia, verba illa subiecta, videlicet, *k Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*: ex aliqua scriptura sacra deprompta sunt, nimirum ex illis quæ iam diu interierũt, iuxta libros Paralip. vel ex illo *Esaiæ, l Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum*: id est, surge à negligentia boni operis in quo dormis, & oscitanter agis bona quæ agis, & simul surge ab operibus mortuis, & illuminabit te Christus, qui vt sol tibi illuxit, vt Deo viuenti inseruias.

K *Ad Ephes.* c. 5. 14.
l *Esai.* 60.

Quid sit illud, surge qui dormis, & exurge a mortuis &c.

73 Illa etiam de epistola Iudæ, licèt non tantum à Hieronymo verum & à multis *m* desumpta à libro apocrypho, hoc est, falso scripto, Enocho reputentur, obstat tamen verbum, & valde quidem obstat verbum eiusdem Iudæ dicentis: *Prophetauit Enoch dicens: Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes.* Sic enim verum est, quod hoc dixit Enoch, & quod dixit illud non vt cumque sed prophetando. Consequens est, quod hoc elogium sit ab authoritate Enoch, nisi velimus dicere, quod Iudas Apostolus deceptus fuit, aut deceptor in eo, quod asseruit, *Prophetauit Enoch dicens*: Quod tamen nephas.

m *Aug. lib.* 15. *de ciu.* c. 23. & *lib.* 18. *cap.* 38. *Clemens Alex. lib.* 6. *Strom. Athanas. in synopsi Sixtus Sen. lib.* 1 & 8. *BB. S.* Bellarm. lib. 1. de vero Deo c. 18

Prophetia Enoch authentica

Fateor

Prophetia Enoch aliquando in libris apocryphis reperta.

74 Fateor prophetiam Enoch potuisse postea inferri in aliquo libro apocrypho, vt etiam verba sacra solent misceri prophanis: at non propterea suā dignitatem, aut etiam authoritatem amitteret: & ideo conuenienter potuit ab Apostolo impræsentiarū non assumi, & induci; vt conuenienter inductum agnoscitur à Tertulliano, n & ab alijs grauissimis interpretibus huius epistolæ Iudæ.

R. 3. arg. 11. capitis vnam scripturæ literā pluresha bere sensus.

75 Ad tertium argumentum resp. quod cū ex sentētia multorum, vna & eadem litera sacra plures sensus literales possit admittere, non est inconueniens, vt idem omnino locus aduersis scriptoribus sacris, ad diuersos fines transferatur: & ita à Paulo translatus fuit textus ille, o ad Apostolos, eo quod erant, velut astra mundi, & lux vniuersalis omnium.

Et cum de sententia multorum literæ sacræ plures typicos, mistycos, spiritales, allegoricos, morales, anagogicos, & tropologicos sensus contineant, non extrahuntur à propria natura, quando quod ab vno scriptore sacro in vno sensu inductum est, ab alio in alijs proditur. Sed de his plura D. Thom. p & eius interpretes. Item Hieronymus, q August. r Hugo de Sancto Victore, s Iosephus de Acosta, t Serarius, v & alij.

Quænā propriè dicantur præcepta diuina?

76 Ad quartum arg. resp. duplicis generis esse præcepta diuina, alia sunt diuina simpliciter; vtique illa quæ Deus propria authoritate proprioque Marte condidit, huiusmodi sunt præcepta decalogi præcepta legis antiquæ atque etiam nouæ, vt præceptum de circuncisione pro Iudæis, & præceptum de Baptismo, Pœnitentia & Eucharistia pro Christianis, alia sunt diuina secūdum quid, vtique illa quæ Deus instillauit Apostolis, vt ipsi tamquam præsules, antistites, & capita Ecclesiæ sancirent ea & ferrent. Cuius generis sunt duo illa in argumēto relata, & alia plurima in quæ passim Ecclesia dispensat, vtpotê quæ simpliciter censetur humana, & tantùm secundùm quid diuina.

Verba martyrū in agone diuina pariter & humana erāt.

77 Sane haud aliter quā verba quæ Spiritus Sāctus suggerebat Apostolis, cū coram tyrannis sistebantur; erant quidē verba Dei, adeô vt S. S. *Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis:* x nihilominus quia in persona & nomine ipsorum Apostolorum proferebantur, erant simpliciter actus humani, & meritorij, & tantum secundum quid diuini. Haud aliter igitur memorata præcepta erant diuina, licet alias essent verbum Dei, & speciali afflatu Spiritus sancti productum, & scripturæ mandatum.

n *Lib. de habitu mulierum cap. 3.*
o *Psal. 18.*
p *1. p. q. 1. ar. 10*
q *Lib. 5. in Ezech. cap. 16.*
r *Li. de vnit. credēn. cap. 16.*
s *In apolog. lib. 1. de Sacram. cap. 1.*
t *Lib. 3. de Christo reuelato.*
v *In prolog. biblicis cap. 21. quæstiuncula 2.*
x *Ioan. 14.*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Ostenditur contra obiectiones 12. cap. eminentiorem esse authoritatem Scripturæ authoritate Ecclesiæ.

Authoritas Scripturæ eminentior authoritate Ecclesiæ.

78 ASSERTA Iam stabilitaque summa literarū sacrarū veritate, consequens est, vt earūdem summam authoritatem adstruamus, & eam omnem aliam præcellere demonstremus, etiam ipsius vniuersalis Ecclesiæ, vtpotê quod sacræ scripturæ authoritas est ipsamet Dei authoritas, non secùs ac veritas eius est Dei veritas; quare dum præstamus assensum aliquibus fidei rebus propter scripturarum authoritatem & veritatem nihil aliud faciamus, quam assentire eis propter veritatem & authoritatem Dei: hæc enim sunt tota ratio assensionis fidei diuinæ, vt authoritas humana est ratio, & tota ratio fidei humanæ: & non secùs ac syllogismus probabilis est tota ratio opinionis, & syllogismus demonstratiuus est tota ratio scientiæ siue assensus scientifici. Constat autem authoritatem Dei immensum excedere authoritatem Ecclesiæ, vt creatoris authoritas & veritas; & veritas per essentiam excedit authoritatem Ecclesiæ, & veritatis participatæ.

Inde

79 Inde factum est, vt ipsamet Ecclesia id agnoscens, & ore proprio profitẽdo illud, seipsam lunæ, scripturam verò sacram comparat soli; iuxta illud quod in officio Apostolorum pro eorumdem encomio habet, *Quorum doctrina fulget Ecclesia vt sole luna.* Constat autem solem longe digniorem esse luna, vt potè quod ille lucis indeficiẽtis fons est; luna verò riuulus, qui à sole in dies pro temporibus suis, maiora lucis incrementa percipit: propter quod etiam comparatur Ecclesia auroræ, iuxta illud: *a Quæ est ista quæ progreditur velut aurora consurgens*: vtique quoniam sicut aurora, quæ maiori, vicinioríque lucis accessu magis illustratur, ita Ecclesia, propter maiores in sacra Scriptura progressus. Scriptũra, vt sol; Ecclesia vt luna.

a Cant. 6. 9.

80 Ex his sequitur falsas, aut minus probabiles tres illas sententias esse, primam Abulensis b asserentis Ecclesiam esse maioris authoritatis, quàm sacra scriptura. Secundam Driedonis c asserentis Ecclesiam consideratã, prout comprehendit omnes scriptores sacros æqualis esse authoritatis cum sacra Scriptura. Tertiam Cardinalis Osij d affirmantis, quòd simpliciter & absolutè loquendo æqualis est, vtriusq; dignitas, & authoritas, adeò vt in idem recidat quærere vtrum scripturarũ sacrarum authoritas sit maior quam Ecclesiæ, atque inquirere vtrum sit magis credendum scripturæ quam Ecclesiæ. Illam autẽ sententiam quæ Caietani e est, asserentis, esse longè maiorẽ authoritatem sacræ paginæ, authoritate Ecclesiæ verissimam & certissimam esse, & proinde ab omnibus amplexandam. Referuntur diuersorũ sententia de authoritate Ecclesiæ & ressellun tur.

b q. 19. in Matt.
c Li. 4. de dogm. c. 3.
d In confessione Apolonic. cap. 4
e Lib. de authoritate Papæ & Cõciliorum c. 4. & in 2. p. apolog. cõtra Almasnum c. 13. ad 9. arg.

81 Ratio autem huius est, quoniam potissimi Ecclesiæ Catholicæ sunt ipsi scriptores sacri, vtique Apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, & Patriarchæ; cum tamen hi omnes respectu sacræ paginæ, & potissimi authoris eius, scilicet Dei, sint velut calamus scribæ, & velut instrumentum, & organum directum, ductum, actum & motum ab ipso spiritu Dei; ipsa etiam scriptura sit legitimè, & propriè verbum Dei, & expressio mentis ipsius dictatã & propalata à summa veritate in essendo, & ratione summæ veritatis in cognoscẽdo, atque etiam in dicendo. Vnde comparatione huius testimonium Ecclesiæ dici quodammodo potest testimonium hominum, vtpotè quod in rigore sermonis non obtinet proprietates, & requisita ad rationem verbi Dei, & proinde respectu etiam illius intelligi potest id quòd à beato Ioanne scriptũ est. f *Si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est.* Etenim si testimonium Ecclesiæ accipiendum est tamquam omnino infallibile, eo quod Ecclesia non proferet illud, nisi ex speciali assistentia & protectione Dei, qui non patitur illam decipi, aut decipere, quanto magis est accipiendum testimonium scripturæ sacræ, quæ non tantum ex assistentia, & speciali assistentia Dei, & prouidentia, sed ex afflatu, dictu, ductuque, & monitu Spiritus sancti ortum habet quoad omnia, & singula. Præfertur sententia Caietani circa authoritatem scripturæ super authoritatẽ Ecclesiæ.

f Ioan. 1. can. c. 5 v. 9.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Resp. argum. cap. 12. & ostenditur.

1. Quomodo scripturarum iudicium pertineat ad Ecclesiam;
2. Quomodo Ecclesiã sit à Deo.
3. Quomodo sacra scripturæ sit propter Ecclesiam.

R. arg. 1. capitis 12. explicãdoq; qualiter scripturarũ iudiciũ ad Ecclesiam pertineat.

82 Iam argumenta contraria expugnãda sunt. Et in primis primũ, cuius primã propositionẽ proteruè negat Vvicleff, dicens apud Thomã Vvaldensem, a non pertinere ad Ecclesiã iudiciũ scripturarũ sacrarũ; hoc est, non pertinere ad illã certo, & infallibiliter definire quinã sint libri canonici, sed ex ipsa sacra pagina colligendum esse. Quem errorẽ postea sequuti sunt extremi isti, & exterminatores hæretici Lutherani Caluiniani, & similes: ducti eo argumento quod dixit Christus Dominus. b *Ego testimonium hominum non accipio.* Et Ioannes ipse, c *Non necesse habetis, vt aliqui vos doceat, sed vnctio eius docebit vos de omnibus*: & iterum. d *Si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est.* Ex his omnibus colligunt, quod cum Ecclesiæ adiudicare de scripturis recipiẽdis.

a Lib. 2. doctrinalis fidei cap. 19.
b Ioan. 5. 34.
c 1. Ioan. 2. v. 27
d 1. Ioan. 5. v. 9.

Ecclesia

Ecclesia hominum congregatio sit, non potest irrefragabile de diuinis literis testimonium ferre, neque nos de libris sacris docere, aut commonere, sed recurrendum tantùm esse ad ea, quæ sacra scriptura habet.

Ecclesiæ est iudicare de scripturis recipiendis.

83 Nihilominus propositionem illam certæ fidei esse, certa fides est, vtpotè definita in Cōcilio Toletano I. sub his verbis: *Si quis dixerit, aut crediderit alias scripturas esse canonicas, præter eas, quas Ecclesia Romana recipit, anathema sit.* Ratio autem est, quod cum Ecclesia Catholica sit, iuxta testimonium Pauli e *Domus Dei viui, columna & firmamentum veritatis*. Ad eius iudicium recurrendum est, quoties in rebus fidei implexum aliquod, ambiguumque occurrerit; vti olim faciendum præcipiebatur: nimirum Deuter. vbi sic habetur. f *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & quæres ab eis, qui iudicabunt tibi veritatem.*

e Ad Timoth. 3.
f Deut. 17. 8.

Ad quid m Ecclesia Apostolica pastores & doctores.

84 Et sanè propter hoc in testamento nouo scriptum est: g *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios vero pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij ad ædificationē corporis Christi, &c. vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.* Cumque intra Ecclesiam sæpe dubitatum sit, atq; in controuersiam vocatum, quinam pro canonicis libris habendi sint; consequens est, vt ad Ecclesiæ iudicium recurrendum sit, ne tamquam paruuli fluctuemus, & circumferamur omni vento doctrinæ.

g Ad Ephes. 4. 11.
h Matth. 18. 17.
i Deut. 17. v. 12.

Ecclesiæ iudiciū omnino expectādum.

85 Inde est illud h *Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit sit tibi tamquam Ethnicus, & publicanus.* Vtique quoniam legitimi iudicis sententiam & iudicium cōtemnit, cuius tamen dispositioni, & determinationi stare debuerat; veluti cum vbi sup. sancitur, i *Qui autem superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis moriatur homo ille.* Hic enim corpoream mortem, ibi autē spiritalem interminatur sacra pagina illis, qui iudicio Ecclesiæ sese nolunt subducere. Audienda igitur Ecclesia est in diffinitionibus controuersiarum, quæ alicuius momenti sunt, & proinde maximè audienda, in diffinitione illarum, quæ sunt maximi momenti, videlicèt in diffinitione librorum, qui pertinent ad sacros canones tamquam biblia sacra; vtpotè quod dogmata illorum fidei dogmata sunt, quibus assentiendum & standum est, vt diuinis oraculis.

Libri sacri nō illico sese canonicos produnt.

Aliquando oculatiores scripturæ interpretes nō satis eius authoritatem assequuntur.

86 Confirmatur hoc ex eo, quod controuersiæ, & pugnæ de canone librorū sacrorum aliquem, qui palàm illas ac perspicuè determinet, & finiat quæstiones, iudicem requirunt; ne ea quæ fidei sunt in ancipiti maneant, ac pendeant. At iudices isti non possunt imprimis esse literæ sacræ secundum se sumptæ, & prout iacent: quoniam vt sic controuersias de re ista dirimunt, & omnino absoluūt: alias nulla prorsus de sacrorum librorum authoritate posset superesse quæstio, imo neq; suboriri; vt neque superest, neque suboritur de materia illorum, scilicet an historica psalmorū narratio Euāgelica sit aut de his quæ palam in prædictis continentur, & proferuntur libris.

87 Item neque iste iudex esse possunt literæ sacræ, prout à peritissimis interpretibus seorsim, diuisimq; exponuntur, & intelliguntur; quoniam sæpè eminentissimi bibliorum interpretes pugnant inter se circa authoritatem canonicam alicuius libri, & non raro repudiatur sententia illius, qui in exponēdis sacris scripturis maximus doctor prouissus à Deo est, & alterius iudicio defertur, & contraria sententia pro catholica fide reputatur. Hieronymus k enim à cathalago librorum sacrorum eximendos cēset Iudith, Tobiā, Sapientiam, aliosque non paucos, quos tamen August. l vt canonicos veneratus est, & tamen sententiæ isti restitit illa.

k Præfat. in Iudith. Tob. & c.
l Lib. 2. de ciu. 8.

Iudiciū Ecclesiæ de recipiēda vt canonica scriptura aliqua, non est purè humanū

88 A sufficienti igitur partium enumeratione sequitur prædictum iudicē esse ipsam scripturam sacram, prout iudicio vniuersalis Ecclesiæ (cui falsum subesse non potest propter assistentiam Spiritus sancti) intimè penetrata, & inuestigata est, seu ipsam Ecclesiam prout directè tenentem, & dignè ad

ac pro meritis ponderantem momenta scripturæ, quam in canone, aut extra canonem reponendam ducit. Et per hoc patet luculentissimè, tàm ad authoritates pro hæreticorum parte hic allatas, quàm ad argumentum potissimū, vtiq; ad primum 12. capitis: quoniam testimonium deductum ex visceribus sacræ paginæ, non est testimonium pure humanum, aut hominum, sed potius Dei, ac diuinum, vtpotè innitens authoritati diuinæ, qualis est authoritas sacræ paginæ: & dum sic Ecclesia iudicat de authoritate sacrorum bibliorum, potius iudicat tamquam substans ipsi scripturæ, veluti discipula, & pedisequa eius, quàm vt præcedens illi, aut præcellens. Sed quia de his fortè plura inferius dicenda sunt, ad alia gradum faciamus.

R. ad 2. arg. capitis 12. Ecclesiam antiquiorem, sed scripturam digniorem esse.

89 Ad secundum argumentum principale resp. quod sicut Abraham antiquior, & anterior fuit sacratissimæ Virgini Mariæ; at non propterea dignior, aut excellentior; quia licèt vterque à Deo prosilierit; at Abraham, vt pater credentium; Maria verò, vt mater eius in quem omnes, vt in Deum verum credere tenebantur: ita Ecclesia antiquior sanè, & vetustior scripturis; at non propterea dignior; & authoritatis pondere superior; quia licèt vtraque à Deo prosilierit, at illa, vt respublica condita in matrem sanctorum omnium filiorum Dei, atque in matrem vniuersorum credentium, & in sponsam Christi: hæc autem, vt verbum editum, atque eructatum à cōditore ipsos. Quare sacra scriptura à se ipsa, & propter se ipsam habet summam authoritatem & veritatem, Ecclesia autem non nisi ex dono & priuilegio Dei, vtique ex speciali, licèt extrinseca Spiritus sancti assistentia, & quasi manutentione, ne in falsum aliquid prolabatur.

Cur scriptura dignior Ecclesia, si tamē vtriusque testimonium diuinū est à Deo.

90 Quare licèt non minus credendum sit Ecclesiæ vniuersali, quando fidei dogma proponit, quàm sacræ scripturæ, vtpotè quod vtramque testimonium à Spiritu sancto est: at testimonium sacræ scripturæ seipso celsius & sublimius est, quam testimonium Ecclesiæ; quia illud ab intrinseco est verbum Dei, hoc verò ab extrinseco, vtique à speciali assistentia, & protectione Spiritus sancti; sicut tam inquassabilis est lignea virga lapideæ columnæ, aut ferreæ indissolubiliter innexa, ac ipsa columna lapidea, aut ferrea, licèt virga illa lignea ab ab extrinseco tantum, & propter columnam, cui adiacet, ipsa autem columna à se ipsa id habeat.

Sæpe sublimiora fiūt propter inferiora.

91 Ad tertium argumentum resp. quod etiam sol est propter sublunaria corruptibilia & generabilia, cū tamen his omnibus præstet. m *Et verbum caro factum est & habitauit in nobis.* Et Deus homo factus est propter nos, & propter nostram salutem: cùm tamen dignior sit eis. Ratio autem est, quod nō ab intrinseco, & ex natura rei, sed ab extrinseco, & ex prouidentia diuina ordinata fuit Incarnatio in bonum nostrum; media autem, quæ non ab intrinseco sed ab extrinseco tantum, & ex ordinatione Dei ordinantur in aliquem finem possunt esse illo digniora & potiora; scriptura autem diuina ab extrinseco est ordinata in bonum nostrum. Præterquam quod authoritas magistratuum ordinatur in bonum cuiuscumq; ciuis, cum tamen authoritas illa potior, & præstantior sit authoritate cuiuscunque ciuis.

m Ioā. 1. 14.

CAPVT VLTIMVM.

Resp. arg. 1. & 2. capitis.

R. 1. arg. 1. capitis quid sæpe minima conducunt ad maxima.

92 Iam argumenta 1. & 2. cap. in aciem contra nos instructa, exturbanda sunt. Et in primis ad primum argumentum primi cap. resp. cum D. Hieronymus a quod sicut in naturalibus inueniuntur multa quod seorsim accepta nullius frugis, & commodi sunt; sed potius detrimenti, & incommodi, vt pulices, culices, muscæ, &c. partes verò vniuersi conducunt ad eius integritatem, & perfectionem; ita

a Prœmium in epist. ad Philemonem.

minutis-

minutissima quæque sacræ paginæ, licèt seorsim sumpta nullius frugis ad fidem esse videantur, benè tamen prout alijs particulis cum quibus orationem conficiunt, & enarrationem adintegrant.

R. 2. arg. 1. capitis quod etiam eui dētor scri ta, vt cō- ueniēter in scriptura ponantur, opus est aliqua illustratione diuina.

92 Ad secundum resp. ex his quæ ostensa sunt, b videlicet ad rationem sacræ scripturæ, non opus esse, quod omnia & singula eius ex immediata Dei reuelatione scribantur, vtique quando alias satis nota præsupponuntur scribēti; quia tamen fideliter agnita possunt infideliter referri, iuxta dicta cap. 9. in principio, ideò ne aliquod in scripturam sacram mendum, aut incogitantia irrepat, opus est Spiritu Sancto dictante singula, & manum ad ea regente, mouente & applicante, iuxta tertiam & quartam conclus. cap. 7 & 8.

Quia verò quæ oculis prospiciuntur, contingit non perspicuè videri, aut perspicuè visa obliuionis caligine obscurari, ideò sæpè reuelatio scribendorum adijcitur his, qui aliquando testes oculatissimi extiterunt, iuxta prædicta notabili vltimo cap. 4. vbi etiam dicitur omnem veritatis manifestationem diuinam reuelationem esse. Et per hoc patet ad tertium argumentum.

Eandem prorsus rem varij variè enarrāt.

94 Ad quartum argumentum resp. tantùm probare, quod Deus per varios scriptores eadem diuersimodè scribat: vt etiam idem author pluries enarrans eandem rem, non semper eisdem verbis enarrat illam, sed sensus veritate seruata verborum ac flosculorum varietate proludit: quod enim prius actiua voce, verbi gratia, dixerat, passiua postea repetit, nec propterea præuaricatur, aut fidem suis scriptis extrahit, sed potius conciliat; quoniam ostendit se de rei veritate, non autem de verborum identitate sollicitum. Vnde Hieronymus inquit, c *Alij syllabas aucupentur & literas: tu quære sententias:* Et Origenes: d *Summo consilio ab his, qui Hebraicas literas sacras Græcè reddiderunt, factitatum est, vt sensus potius exprimerent quam verba numerarent, quod nos obseruamus dum omnium interpretationes inter se conferimus.* Sed de his plura cum de translationibus disseramus, satis enim pro nunc sufficiunt, quæ diximus, & quæ in confirmatione quinti argumenti primi capitis ex Hieronymo inuenimus.

Scriptores sacri nōnumquā verbis, sensu verò numquā discrepant. Et hic de varietate verborū cōtectationis secundum Luc. & Paul.

95. Itaque quoniam scriptores sacri sententiarum veritatem fideliter retulerunt, non obstat quominus verborum non retinuerint omnimodam firmitatem. Matthæus autem, & Lucas verbis quidem in elogijs citatis discreparunt, at non sensu; quia idem re ipsa est dicere: *Hic est sanguis meus noui testamenti,* ac dicere, *Hic Calix nouum testamentum est in meo sanguine.* Quia sensus est, hoc meo sanguine firmatur nouū testamentū, seu hîc est sanguis meus in quo nouū testamētū firmatur, & stabilitur: velùti cùm ad Heb. dicitur, e *Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus.* Sensus est, hoc sanguine confirmatur testamentum quod vobiscum Deus pepigit. Solemne quippè priscis erat animalium sanguine pacta firmare, vt mortem sic interminarentur violatoribus. Ex quo illud Virgilij f

Stabant, & cæsa firmabant fœdera porca.

vnde nomen fœderis à feriendo tractum esse, rumor est.

R. 5. arg. 1. capitis quod scriptores sacri diuinitus scripsere aliqua humanitus illis occurrerunt sicut & quæ alijs.

96 Quintum argumentum ruit solutione secundi, quoniā ad veritatem testimoniorū Origenis, Basilij, & Ambrosij satis est, quod scriptores sacri literis mandauerint aliqua sibi aliunde quā per diuinam reuelationem nota, & probata: ex quo tamen non sequitur, quod adhuc exarauerint aliter illa, quàm Spiritu Sancto dirigente, dictante, & excitante eos: quoniam his omnibus indigent scripturæ Dei: testimonium autem Hieronymi fauet multum solutioni præcedentis argumenti, non autem refragatur solutioni huius.

97 Ad vltimum argumentum primi capitis resp. quod cum Deus omnia disponat suauiter, semper attemperauit se captui scriptorum sacrorum, ne sicut quasi violenter arriperentur contra genium proprium & ingenium ad scribendum, quod proprio captui repugnaret. Quare dicitur, quod g *Multifariam multisque modis loquutus est Deus in prophetis.* Vtique propter

Ad 6. arg. primi capitis resp. quod Deus semper se accōmodat suorum amanuensium captui.

b Cap. 8. concl. 4 part. 1.
c Epist. 101.
d Ad Africanum.
e Heb. 9. 20.
f Virgil. 8. Æneidos.
g Heb. 1.

h Oseæ 12.10. diuersa prophetarum ingenia,& dixit ipse. h *Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum*: hoc est, illis me attemperaui, argutè & dissertè cum argutis & dissertis, rudius autem, & simplicius cum rudioribus agens.

98 Ad argumenta secundi cap. satis ex conclusionibus responsum est. Primum enim eluitur prima & secunda conclusione: & idē est de tertio & quarto. Secundum autem quia procedit contra primam partē quartæ cōclusionis eluendum est, vel potius iam dilutū manet ex doctrina superioris notabilis c.3. Ibi obseruauimus reduci ad reuelationem diuinam omne genus illustrationis supernæ, in quā sanè clauditur instillatio, qua dictat Spiritus Sanctus singula quæ literis mandanda sunt, ne aliquis error obrepat, iuxta dicta cap. 9. corollario primo. Resp. argum. 2. capitis.

99 Sed vrget argumentum difficile. Si omnia & singula, quæ scriptura continet, sunt ex speciali afflatu, atque peculiari ductu Spiritus Sancti, quomodo tot sunt in illa intellectu, captuque difficillima? dicente Esaia: i *Vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederim scienti literas vt legat, respondebit; non possum signatus est*. Cum enim Deus lux sit, & tenebræ in eo non sint vllæ, iuxta Ioannis elogium, non videtur omnino esse à Deo, quod à cognitionis luce remotum est: maximè cum Deus illud ad nostram doctrinam dictauerit. Obijcitur contra prædicta scripturæ obscuritas. i Esai. 29. 11.

100 Sed quia hoc iam pertinet non quidem ad quiditatem scripturæ (de qua in præsentiarum agimus) sed tantùm ad qualitatem, & proprietatem illius; ideò alio dubio definiendum est, quod vt è vestigio agitemus, sit iam. R. Obiectioni per dubium sequens.

DVBIVM VNDECIMVM.

Vtrùm scripturæ sacræ obscuræ suapte ratione, & conditione sint, ac difficiles intellectu?

SVMMARIVM.

1 *Lutherus à parte negatiua.*
2 *Luthero Lutherani adhærent pro eadem parte.*
3 *Arguitur primo à parte negatiua quæstionis ex ipsis scripturis.*
Arguitur secundo ad idem ex eisdem scripturis.
5 *Arguitur tertio pro eadem parte negatiua testimonio scripturæ.*
6 *Arguitur quarto ad idem.*
7 *Arguitur primo à parte negatiua ex Augustino.*
8 *Arguitur secundo pro parte negatiua ex Chrysostomo.*
9 *Arguitur tertio pro eadem parte negatiua ex Athanasio, Cyrillo & alijs.*
10 *Arguitur quarto pro eadem parte affirmatiua ex Iustino martyre.*
11 *Arguitur primo ratione pro parte negatiua.*
12 *Arguitur secundo ratione pro parte negatiua.*
13 *Arguitur ex ratione pro eadem parte negatiua.*
14 *Arguitur quarto ex ratione ad idem.*
15 *Ostenditur primo ex psalmis scripturarum maxima obscuritas.*
16 *Explicatur psalmi versiculus: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, &c.*
17 *Explicatur versiculus: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*
18 *Ostenditur secundo pars affirmatiua quæstionis testimonio Lucæ ex professo explicato.*
19 *Ostenditur tertio ex actis Apostolorum scripturarum obscuritas.*
20 *Commendatur Eunuchus Reginæ Candatiæ.*
21 *Ostenditur quarto scripturæ sacræ obscuritas ex Euangelio à Ioanne*

HOC Dubium ad quæstionem qualis sit sacra pagina spectat: inducitur enim ad examinandum, an obscuritas scripturam sacram saltim, vt accidens commune, vel proprium comitetur?

CAPVT PRIMVM.
Authores partis negatiuæ.

1 A Parte negatiua quæstionis potissimè Lutherus stat, aut saltim aliquando stetit, vtique prioribus illis sui delirамenti temporibus: tunc enim infantens clamabat, scripturam totam in se, & per se facillimam, perspicuam, & apertissimam esse, nulloq; interprete indigam, nisi fortè propter obscuritatem terminorū, vocumq; grammaticalium ignorantiam, quæ obscuritas non rei, sed vocis tantùm erat. Itaq; quod nos de primis principijs asserimus, videlicet ex cognitione terminorum cuique perspicua esse: idem de sacris literis Lutherus affirmauit: *Et quidem* varijs in locis, præsertim tamē in libro de seruo arbitrio, & in lib. 1. contra Iacomum, & in præfatione articulorum; quos Leo decimus damnauit. *Lutherus à parte negatiua*

2 Luthero adhæsērūt illicò laterōnes sui, scilicet Philippus Melanthon *a* Brentius, *b* Bernardinus Ochinus, *c* Rolochus, *d* lib. de vocatione lib. 9. & 10. & alij propter argumenta varia, quæ varijs ego capitibus referam, incipiēdo à scripturæ locis, quæ ipsi pro se inferunt. *Luthero Lutherani adhærent pro eadē parte.*

a *In locis communibus.*
b *In prologomenis contra Pet. à Sot.*
c *Dialog. 2.*
d *Lib. de vocat. cap. 9. & 10.*

CAPVT SECVNDVM.
Argumenta ex scripturis, pro perspicuitate illarum.

IN primis enim argumentantur ex illo Deuter. *a Mandatum quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est.* Hoc est, non est supra tuum captum: & proinde non cognitu difficillimum. Quod si respondeamus illis primo cum *Bellar. b* hunc locum intelligendum esse non tam de facilitate intelligendi, quā implendi mandatum, eo quod mox subiungitur, *vt facias illud.* Replicant Lutherani primô. Non esse intellectu difficile, quod est factu facile. Et addunt, quod etiam Bellarm. concedit posse adhuc intelligi de facilitate cognoscendi. Ex quo inferunt, quod etiam secundum Bellar. verbum Dei scriptum sit intellectu facile, 3 *Arg. 1. à parte negatiua quæstionis ex ipsis scriptorijs.*

a *Deut. 30.*
b *Lib. 3. de verbo Dei cap. 2.*
Prouerb. 6.

Quod si iterum respondeamus eis: elogium prædictum nō referre vniuersam scripturam, sed tantū legem decalogi, quæ licêt cognitione & ad impletione sit facilis, non propterea tota scriptura facilis intellectu est. Replicant ipsi secundò, vniuersa volumina sacra multo faciliora esse, quàm decalogus: propterea quod omnia illa sunt quasi commentaria & expositiones decalogi, vtpotè omnia ordinata, ad debitam præceptorum adimpletionem, per quæ itur ad regnum: & constat ingentis absurditatis esse facillima cognitu interpretari per ea quæ obscurissima sunt.

Deinde

Arg. 2. ad idem ex eisdē scripturis. 4 Deinde argumentantur ex illis scripturæ verbis, *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, lucerna pedibus meis verbum tuum. Declaratio sermonum tuorum illuminat, &c.* in psal. 118. c *Mādatū lucerna est, & lex lux*, Prou. 6. d Ex quibus planè inferunt verbum Domini scriptum obscurum non esse, sed perspicuū potius atq; euidentisimū, vtpote lucerna, & lux lucens, & illuminans. c Psal. 118. d Prou. 6.

Quod si respondeamus illis cum catholicis primò, sermonem illum non procedere de vniuersa sacra scriptura, sed tantum de præceptis eius, vt patet ex mox subiunctis: *Etenim seruus tuus custodit ea; in custodiendis illis retributio multa.* Replicant primò quod Aug. dixit: *Totum verbum Dei lucerna est, & non tantum pars eius.* Secundò, quod Dauid in Psalm. 118 totum verbum Dei effusse laudat, & non tantum aliquam partem illius. Tertiò quod de solis præceptis non possunt verificari quæ ibi inducuntur, videlicet lætificare corda, illuminare oculos, & esse desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum & dulciora super mel & fauum, cum potius lex terreat, timorem incutiat & torporem, & omnibus dura & insuauis sit. Sermo igitur (inquiunt) est potius de verbo Dei, prout sic, quàm de tali verbo Dei, vtiq; de mandatis diuinis.

Si secūdò respondeas, vere omnem sacram scripturam posse dici lucem & lucernam, non quia facile intelligatur; sed quia semel intellecta mirum in modum illustrat. Replicant deinde prius esse lucidum quàm illuminans, eo quod in tantum aliqua res potest illuminare, in quantum ipsa prius lucida est, vt patet in sole, & in omni lucentium genere: & proinde sacram scripturam illuminare non posse; nisi ipsa in se prius lucida esset.

Arg. 3. pro eadē parte negatiua testimonio scripturæ. 5 Tertio argumentātur ex illo Christi Domini verbo, ad vniuersos Apostolos, a *Vos estis lux mundi.* Ex hoc enim inferunt euidentisima esse eorum omnium scripta, non secus, atque ipsa lux. a Matth. 5. 14.

Quod si respondeas illis, encomium hoc intelligendum esse de luce exemplorum ac morum, propter verbum quod mox ibi subiungitur, & finem, qui ibi explicatur, cum dicitur, *Vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Contrà obijciūt verbum hoc intelligendum etiam esse de luce doctrinæ, propter illud quod è vestigio notatur: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio; sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.* Vnde subiungunt omnibus in confesso esse, Apostolos esse lucem mūdi ratione suæ doctrinæ.

Quod si iterum respondeamus eis, huiusmodi claritatem doctrinæ competere quidem Apostolis quatenus ore prædicarunt, non in quantum scripto docuerunt, vtpotè quod prædicarunt apertè, & scripserunt obscurè, more cunctorum, qui viua voce luculentiores sunt & illustriores; scripto verò obscuriores, adeò vt propter hoc, vel de ipsis Demosthenis scriptis dicatur, magnam partem Demosthenis desiderari in eis, visque viuam vocem illius. Si igitur id respōdeamus eis, replicant ex hoc non haberi scripturam esse obscuram, sed tantum non esse ita claram vt viua ipsa vox Apostolorum; quoniam alias Apostoli sicut propter prædicationis perspicuitatem dicuntur lux mundi; ita propter scripturæ quam ediderunt obscuritatem deberent dici caligo mundi. b b 2. Can. c. 1. 19.

Arg. 4. ad idem ex eodē penu. 6 Argumentantur ex illo Petri: *Habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes tamquam lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Ex hoc enim elogio tale argumentum conficiunt. Omnis lucerna splendens in caliginoso loco clara, & aspectabilis est, siquidē eam tenebræ nō cōprehendunt, sed potius ipsa superat tenebras. At tale est verbum Dei etiam propheticum: ergo omne verbum Dei, etiam propheticū, perspicuum, & euidentisimū est.

Quod si respondeas illis; sacram scripturam vocari lucernam lucentem, non quia facilè intelligatur, sed quia semel intellecta illuminat tamquam lucerna, & viam ostendit ad Christum; replicant & obijciunt nullatenus

nus posse dici lucernam lucentem illam, aut etiam lucem, ad quam videndam opus est alia luce.

CAPVT TERTIVM.

Argumenta ex doctrina Patrum pro perspicuitate scripturarum.

7 EX Doctrina Patrum aliqua etiam ad idem sunt argumenta, quorum primum desumitur ex quodam testimonio Augustini dicentis non semel: *a Nihil ferè in scripturis obscurum est, quod non plenissimè alias dictum reperiatur.* Ex hoc enim inferunt scripturam sacram secum ferre sufficientissimam perspicuitatem, & lucem, vt apertissimè intelligatur.

Arg. 1. à parte negatiua ex August.

Quod si respondeas, propositioně Augustini *b* non esse vniuersalem, vt constat ex illa particula *ferè*: quam ideò adiecisse credendum est, vt à regula perspicuitatis eximeret aliqua obscuriora loca. Replicant ex Augustino absolute dicente, *Impiè, ac nequiter agit, qui scripturas ait obscuras*: quod etiam referunt ex vetustissimo, & eruditissimo Irenæo.

8 Secundum argumentum desumunt ex Chrysost. *d* dicente, Apostolos, & Prophetas omnia manifestissimè prodidisse, tanquam communes orbis Doctores ita, vt per se possit quisque dicere ea quæ dicũtur à lectione, & iã prædicare opus non esse, quia omnia clara sunt ex diuinis scripturis.

Arg. 2. pro parte negatiua ex Chrys.

Quod si cum Bellarmino respondeamus Chrysostomũ vsum fuisse his hyperbolicis amplificationibus ad excutiendum torporem multorum, qui sacrarum literarum lectioni nollunt se addicere, ob conceptam animo insuperabilem illarum difficultatem. Cum tamen eisdem locis ipse Chrysostomus profiteatur scripturas sacras esse intellectu difficiles. Aut quod cum dicit scripturas sacras faciles esse, loquutus fuit de historijs, ac similibus rebus, quæ iam omni Christiano populo notæ, & apertæ sunt. Si igitur id respõdeamus obijciunt nobis eundem Chrysostomum scribentem, Euangelium Ioannis nullis tenebris apertum esse, sed solis radijs clariorem, & illustriorem inuenire. Quod si hoc (subijciunt) de sublimi scriptura quam aquila præcelse volans perscripsit, quid de alijs cãdidã symplicitate exaratis? vnde (subiungũt) tàm ipse Chrysostomus, *e* quàm etiam Irenæus, *f* Epiphanius, *g* Lactantius *h* Firmianus, & Bernardus, *i* absolutè constituunt in scripturis sacris, omnia esse lucida, plana, minimeque ambigua.

9 Tertium argumentum est, illud quod non tantum ex Chrysost. *K* sed etiam ex Athanasio, *l* aliàs Vulgario, Procopio, *m* Lactantio, *n* Cyrillo, *o* Gregorio Magno, *p* Basilio, *q* & Origene *r* refferunt, videlicet scripturas sacras sic diuinitus esse conscriptas; vt ab omnibus vtiliter legi possint, etiam ab idiotis, & opificibus scritoribus, & piscatoribus, &c. Inde enim inferunt obstrusam non esse scripturam, quæ ab omnibus legi, & intelligi potest, aliàs non à cunctis vniuersaliter legerentur: quia legere & non intelligere, non est legere, vt communi, correptoque iactatur proloquio.

Arg. 3. pro eadẽ parte negatiua ex Athan. Cyrillo, & alijs.

Quod si respondeamus illis, id debere intelligi de his qui sacram scripturam legunt, vt debent, nimirum non suo ingenio nixi, sed Doctorum interpretationibus submissi: replicant illicò hoc non esse opificum, atque idiotarum, sed potius Theologorum, literarum studio non segniter incumbentium opus, cum tamen relati Patres de opificibus, atque indoctis loquantur.

a *Libr. 2. de doct. Christ. cap. 6. & 9.*
b *Lib. de ope. Monach. c. 9.*
c *l. 3. aduersus hæres. cap. 2.*
d *Hom. 3. de Lazaro, & hom. 3. in 2. ad Thessal.*
e *Hom. 1. in Ioãnem idem hom. 7. de Lazaro.*
f *Vbi sup. li. 2. c. 46.*
g *Hæres. contra Abecirum.*
h *De falsa relig. lib. 1. cap. 1.*
i *Serm. in illud Iustum deduxit Dominus.*
K *Hom. 3. de Lazaro, & hom. 10 ad Phil. & hom. 9. ad Celsum, & 29. in Genes.*
l *Sup. ad Ephes. 6*
m *Præfact. in Esaiam.*
n *Libr. 6. diuin. institut. c. 71.*
o *Lib. 2. contra Iulianum Fulg. serm. de confes.*
p *Epist. ad Leandrum.*
q *In q. breuiori bus q. 41.*
r *Libr. 4. contra Celsum.*

Quartum

Arg. 4. pro eadē parte negatiua ex Iustino Martyr.

10 Quartum argumentum est, quod ex multorum Patrum dictis compingitur, vtique ex Iustino *s* Martyre dicente, sacras literas non explicatione sed auditione opus habere. Deinde ex Chrysostomo, *t* & Theodoro *v* Abbate asserentibus ex hominum negligentia oriri, vt sacras literas in concionibus explicari oporteat. Item ex Origene, *x* Hieronymo, *y* Clemente Alex. *z* Cyrillo, *a* & Chrysost. *b* statuentibus scripturas sacras multô euidentiores esse Philosophorum libris.

Quod si respondeamus illis, ex his tantum haberi scripturas sacras non sic obscuritatem affectare, vt profani affectarunt authores; non autem esse omnino sine obscuritatis affectatione. Cōtra obijciunt scripturas profanas sæpe sine interprete intelligi non posse, cum tamen dixerint relati Patres scripturas sacras expositore non indigere nisi ob negligentiam nimiā. Quibus consonat Ambr. *c* dicens, vt etiam dixit Chrysost. sacram scripturam sole ipso clariorem & illustriorem esse.

s *Dialogo cum Triphone.*
t *Hom. 3. in 2. ad Thessalonic.*
v *Apud Cassianū lib. 5. instit. c. 54*
x *Lib. 4 & 6. contra Celsum.*
y *In psal. 86.*
z *In protreptico*
a *Lib. 7. contra Iulian.*
b *Hom. 3. de Lazaro.*
c *Lib. de Cain & Abel.*

CAPVT QVARTVM.

Argumenta ex ratione petita pro scripturarum perspicuitate.

Arg. 1. ratione pro parte negatiua.

11 TANDEM Ratiocinationibus argumenta conficiūt, quorum primum formant ex eo, quod Patres probant sententias suas ex scriptura sacra; at non licēt probare quod notius est per id quod est minus notum. Ergo sacræ scripturæ verba notiora sunt, aut saltem ita aperta, & nota, vt doctrina Patrum.

Quod si respondeamus illis cum Bellar. sacras scripturas clariores esse in aliquo doctrinis Patrum, vtiq; in ratione veritatis magis vera esse quæ scripturæ affirmāt, quàm quæ Patres docent, in aliquo verò esse obscuriores, vtique in ratione verborū, quia facilius penetrantur Patrum dicta, quàm scripturarum oracula, & ideò Patres cō mentarijs suis scripturam sacram illustrant, licèt scripturarum verbis sua commentaria commendent, roborent, & stabiliant. Si igitur id respondeamus replicant; ineptam esse istam responsionem: quia scripturas clariores esse quoad veritatem, nihil aliud est quàm veriores esse, de quo tamē non est controuersia: maximè (hoc etiam forte subijcient) quia si scripturarum obscuritas non est circa veritatem, sed circa verba, incurritur in sententiam Lutheri negantis omnem aliam obscuritatem in scripturis præter quā in verbis grammaticè consideratis; vt patet ex primo capitis præcedenti.

Arg. 2. ratione pro parte negatiua.

12 Secundum autem argumentum sic construunt, Patres primitiuæ Ecclesiæ sine commentarijs scripturas legerunt, & intellexerunt. Ergo sine scriptoribus potest scriptura capi: & proinde suapte natura perspicua est.

Quod si respondeamus illis; Patres illos potioribus quàm manuscriptis commentarijs suffultos esse, vtique viua Apostolorum, atque eorum discipulorum voce, qui germanas literarum sacrarum expositiones viuæ vocis oraculo præbuerunt. Replicant enim, modo primos illos Ecclesiæ Patres commentaria nulla legisse, sed neque priscos alios, qui diu multum post floruerūt nec Apostolorum, aut etiam Apostolicorum discipulorum exceperunt voces: siquidem nulla de commentarijs illorum temporum notitia extat. Cum igitur hi non obstantibus satis ac super sacras scripturas caluerunt, inferūt, quod etiam nos sine commentarijs & expositoribus poterimus illas mente assequi.

Arg. 3. ex ratione pro eadē parte negatiua.

13 Tertiū argumentū sic conserunt. Si sacræ scripturæ tam obscuræ ac difficiles sunt ad intelligendū; tū id factum est, vel quia nō potuit Spiritus sanctus

apertius scribere, vel quia noluit: at primum est aperte blasphemia, & conuitium in Deum. Secundum etiam militat contra ipsum scribendi finem qui est scripturas esse, vt inde scribentis animus innotescat legenti. Ergo scripturæ sacræ seipsis perspicuæ sunt.

Quod si respondeamus illis, scriptura, quæ facilis reddi potest, non carere suo proprio fine, etiamsi alias admodum difficilis sit, vt patet in mathematicis, atque methaphysicis disciplinis: Replicant scripturam esse regulam & normam credendorum & agendorum, & proinde necessario apertam & perspicuam omnibus: quoniam obstrusam viam nemo potest directè sequi; nec obscuram regulam inflexibiliter obseruare. Quare quidquid sit de alijs disciplinis, istam tamen euidentissimam fore.

14 Quartum & vltimum argumentum sic effingunt, eo voluit Spiritus sanctus sua verba literis mandari, vt voluntatem suam nobis sic conspicuam redderet, vt etiam nos constituimus dubio præcedenti, capit. 5. ergo nisi literæ ipsæ perspicuæ, & apertæ sint: ne vtiquam poterunt nobis arcanam, ac reconditam Dei voluntatem aperire: quid enim momenti habet ignotum per æque ignotum manifestare? Arg. 4. ex ratione adlaē

Quod si respondeamus, illis sacras literas fieri per legitimas interpretationes satis manifestas; insurgunt, & obijciunt interpretationes istas canonicas esse non posse, neque authenticas, vtpotè humanas, & ab hominibus, & proinde incertas, & fallibiles regulas dignoscendi voluntatem Dei nobis per sacras literas propalatam; atque adeò, quod si ex ipsismet sacris literis talis nobis voluntas non innotescit, anceps semper dubiaque, immo latens, & abstrusa manet: maximè quod ipsi interpretes sæpè in explicationibus varia & opposita sentiunt.

CAPVT QVINTVM.

Asseritur, & ostenditur ex sacris literis ipsas perspicuas, & faciles intellectu non esse.

15 HIS Tamen non obstantibus scripturarum obscuritas, vel ipsa sacra pagina iudice, nobis in promptu est. Sanè sic Dominum præcabatur Dauid. a *Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua*: & rursum; b *Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam*. A quibus tamen precationibus se, me Hercle, cōtinuisset, si videret diuinam legem velut radij solis claram, & vndique sibi apertam. Quis enim sanus oculis corporis, aut etiam mentis, preces ingeminauit ad Deum, pro videnda solis pomeridiana luce? Si igitur preces fudit, aut profudit ad Deum pro idonea legis scriptæ notitia: consequens est quod inuenit aliquid obscuritatis in ea, sola Dei illustratione fugandum.

a *Psal. 118.18.*
b *Psa. 118.v.34*

Ostenditur 1. ex psalmis scripturarū maxima obscuritas.

16 Neque valet si dixeris cum aduersarijs, maiorem hic; quam commūnem legis notitiam postulari à Dauid; vt patet ex illis verbis: *Et considerabo mirabilia de lege tua*. Non inquam valet: nam quidquid sit de versiculo illo qui est 18. illius Psalmi. de quo mox: ille tamen alius qui est 34. eiusdem Psal. omnino causam dirimit: ait enim, *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam & custodiam illam in toto corde meo*. Hic enim cogitationem simpliciter, vtique communem ac necessariam efflagitauit illam scilicet, quam per se requirit opus, & sine qua lex non potest ad exitum perduci. Vbi duo imprimis sunt valde notanda. Primum est, quod adhuc intellectu isto superne illato, hoc est illustrato, non se pollicetur Dauid facilè penetraturum, sed cum studio diligentia & labore adepturum, vtique scrutaturum legem Dei, innuens

Explicatur Psal. versiculus, *Da mihi intel lect. & scrutabor legem tuā &c.*

innuens per hoc; quòd vel ipsis acutioribus aquilis diuina eloquia peruia nõ sunt, sed aditu ac cognitu difficillima, vtpote scrutationis agone indagineque aucupanda. Secundum est, quod licet præcepta Dei non possint adimpleri sine gratiæ adiutorio, adhuc in præsentiarum Dauid nullam de auxilio adimpletionis, sed cognitionis mentionem facit, quasi prius magisque vrgeat literæ obscuritas, quàm difficultas rei: pro quo versu sequenti rogauit: *Deduc me in semita mandatorum tuorum*: id est, ambulare me fac per viam mandatorum tuorum: quoniam intelligentiam volui. Orat ergo Dauid & pro intelligenda, & exequenda diuina lege, & prius, & pressius pro intelligenda: & pro inde iudicat legis cognitionem non magis facilem cuique quàm executionem esse, sed vtrumque Dei auxilio indigere.

c Psal. 8. 18.

Explicatur vers. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*

17 Idem etiam est, quod orauit dicens: c *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*: petit enim intelligentiam diuinæ legis: quia non omnes qui eam auditu adiunt, vel oculis legunt, eius vim percipiunt, nisi superno ad hoc splendore illustrentur; quare sequenti versiculo subdidit: *Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua*, hoc est, sum veluti peregrinus, viarũ ignarus, & proinde aberrationibus obnoxius; ideo legis tuæ mihi notitiam, & intelligentiam præbe: quoniam via mea est, via mandatorum tuorum.

Vbi etiam est valde notanda phrasis verborum: qua id rogat; petit enim ne sibi abscondantur mandata: certo innuens per hoc, quòd quantumuis literis exarata, signata, atque monumentis expressa, si tamen diuinitus non reuelātur, semper velata manent, nullique mortalium perspicua: abscondere enim hic idem est, quòd non aperire.

Ostenditur secũdò pars affirmatiua quæstionis testimonio Lucæ, ex professo explicato.

d Luc. 24. 27. & 45.

18 Deinde refertur d Christum Dominum interpretatum fuisse Scripturam Apostolis, sensumque aperuisse illis, vt intelligerent eas. Igitur Scripturæ sacræ plus difficultatis habent, quàm in verbis, ac terminis: siquidem Apostoli omnes cũ Hebræi essent Hebraicas non ignorarent phrases & voces, & tamen Christus Dñs scripturas, quæ de ipso erant, interpretatus est, & sensũ (vltra hoc) illis aperuit, vt easdem sic interpretatas mente assequerentur. Vbi est ergo illa Scripturarum facilitas, & claritas, velut solis, si vt intelligerentur ab illis in quorum materna lingua scripta haberentur, & voce proferebātur, opus fuit Interprete Christo, qui adhuc auditoribus sensum aperiret? Vnde noster venerabilis Beda: e *Præbuit se Christus videndum oculis, præbuit manibus contrectandum, parum est; commemorat Scripturas, & hoc parum est; aperit sensum, vt quod legis, intelligas.*

e Sup. Lucæ 24. 45.

Neque valet si cum aduersarijs dixeris, Apostolos eo temporis stupore correptos fuisse, & sic timore perculsos, vt tardi, & ineptiforent ad aliquid intelligendum, dicente ad eos Domino: f *O stulti, & tardi corde ad credendum.* Et iterum: *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Nonimquam valet: primo quoniam illa priora verba ad eos tantùm directa sunt, qui pergentes in Emaus, disserte secum, atque expedite cum Christo Domino confabulabantur, quæ de ipso proximè fuerant; & tamen istis comitanter cum Christo agentibus, & familiariter concertantibus, ac ratiocinantibus, interpretatus fuit ipse scripturas, quas adhuc illi licèt sæpè audierant ab ipso Christo, non satis mente captabant. Stultitia autem, & tarditas illis obiecta, non erat tarditas ad intelligendum, vt patet ex supradictis, sed tarditas ad credendum, vt patet ex contextu dicente: *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ.* Illa autem secundaria verba g eò ad omnes dicta sunt: quoniam propter improuisum, & subitum Christi ingressum ad eos ianuis clausis, existimabant se spiritum videre, quam tamen falsam existimationem illicò Christus abegit, dum se illis palpandum exhibuit, & cibos coram illis comedit, imò & cũ illis, dicitur enim: h *Et cum manducasset cum eis, sumens reliquias dedit eis.* Vtique, vt tanquam iam noti, & verè amici vna comederent: iam ergo sui compotes Apostoli erant, discusso procul metu, & turbatione sedata. Si igitur his non obstantibus opus habuere, quòd Christus non tantũ

f Luc. 24. 25. & 38.

g Vers. 38.

h Luc. 24. 43.

intrepretetur

Interpretetur illis scripturas, sed vt etiam illis aperuerit sensum ad intelligẽdas eas; consequens fiet, vt scripturæ faciles ad intelligendum non sint.

Certe si lucidissimæ, clarissimæ, apertissimæ, & facillissimæ sacræ Scripturæ essent, vt aduersarij iactant, & cùm strepitu buccinant, satis esset agnoscentibus Christum, & amice cum illo agentibus, ab eiusdem Christi ore, voceq; illas excipere, vt semel auditas subitò penetrarent. Si igitur Christus ipse adhuc interpretandas censuit, & simul cum interpretatione audientium sensũ aperire, vt illas possent capere, extremæ dementiæ est, illas clarissimas, lucidissimas, apertissimas, & facillissimas esse mugire.

i Act. 8. 30.

19 3. Actorum 8. refertur i de illo Eunucho procere Reginæ Candatiæ, quòd dum reuerteretur â Hierusalē in AEthiopiam sedens super currum ibat legens illud Esaiæ prophetæ: *Tanquam ouis ad occisionem ductus est.* Et quod occurrens Philippus dixit ei: *Putasne intelligis quæ legis? qui ait: Et quomodo possũ, si non aliquis ostenderit mihi? obsecro te, de quo propheta dixerit hoc, de se, an de aliquo?* Igitur de sententia studiosi, ac seduli scripturarum indagatoris habemus, sacram Scripturam non sic facilem esse, vt sine expositore possit sciri. Vnde Glossa ordinaria ibidem. *Arguit Eunuchus illorum audaciam, qui existimant sine Doctore sacras Scripturas posse intelligi.*

Ostenditur 3. ex actis Apostolorum Scripturarũ obscuritas.

Neque valet dicere cum aduersarijs Eunuchum istum imperitum hominem fuisse; vt constat, cùm ex eo, quòd merè laicus erat, & proinde parum excultus, & exercitatus in literis sacris; tùm ex eo quod interrogauit Philippũ, num propheta eo loci de se, an potius de alio aliquo loqueretur; non attendens quòd apertè loquebatur de alio, vt patet in tertia, de tertiaque persona dicens: *Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum.*

Non inquam valet, primo quoniam si sutoribus, cerdonibus, fabris, piscatoribus, ac denique omnibus laicis scriptura apertissima est, vt de aduersariorum mente nuper ostendimus, quod inconueniens erat hunc hominem laicũ esse, maximè politicum & vrbanum, quominus Scripturas perciperet. Secundò, quia licèt laicus esset, erat tamen studiosus lector, solicitusque scripturarum sacrarum indagator; vt patet ex eo, quôd adhuc curru vectus, ne in via quidem ab illarum lectione desistebat. Vnde notat Hieronymus K *tantus amator legis, doctrinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo sacras literas legeret.*

K Epist. 13.

20 Erat item admodum religiosus, & pius, vt patet ex profectione & peregrinatione longissima eius ab AEthiopia in Hierusalem, vt adoraret, l & (vt habet Tertullianus) vt oraret. Vnde Chrysostom. inquit, *Magnis laudibus prædicatur ille; quandoquidem in AEthiopia manens, & tantis occupatus negotijs, & cum non esset festus dies, ageretque in superstitiosa ciuitate, venit adorare Hierusalem.* Si igitur is laicus, ingenio, studio, & pietate valens, eguit expositore, & interprete ad literas sacras intelligendas, quid laici alij opifices, & artifices? Imò etiam quid illi, qui segnem tam in cognitione, quàm in exercitio diuinæ legis operam nauant.

l Actor. 8. 22.

Comendatur Eunuchus Reginæ Cãdatiæ.

Inde Hieronymus de seipso: m *Nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui tamen cum librum teneret, & cogitatione conciperet, ignorabat Deum, quem in libro venerabatur, sed venit Philippus, & ostendit ei.*

m Sup. hunc locum.

Quod autem Philippum Eunuchus rogauerit, an de se, vel de alio propheta id prædiceret, tantùm abest, vt imperitiam, quim potius eximiam peritiam in Eunucho arguat assiduamque, & sedulam exercitationem in sacris literis, vtpotè quibus germanum valde est, ac proprium (iuxta quæ notauit Magnus n Gregorius) vt ipsi qui scribunt, sic de se, ac de alijs loquantur; vt Moyses, o de se, vt de alio dixit: *Erat Moyses mitissimus super omnes homines.* Et in Ioan. p *Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus.*

Ostenditur 4. scripturæ sacræ obscuritas ex Euangelio Ioãnis.

n Prefat. in Iob cap. 2.
o Num. 12.
p Ioan. cap. 20.
q 1. Ioan. c. 2. 15.

21 Quarto loco habemus Apostolorum Principem, dicentem: q *In Epistolis Pauli quædam sunt difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Ergo ex sententia Petri non

omnis

omnis Scriptura sacra expers obscuritatis est, vt latrabat Lutherus.

Nec valet aduersariorum effugium videlicet. quòd Petrus non dixit Paulinas epistolas difficiles esse, sed quædam esse in eis difficillima, vtique res significatas, non autem verba quæ sunt rerum signa. Non inquam valet; primo quoniam iam ipsi à propria sententia deflectunt, cùm antea dixerint in Scriptura sacra non res, sed verba tantùm difficilia esse posse: & proinde cognitis terminis omnia liquidissima fieri; non secus, atque ipsa prima principia. Secundò, quia res quantumuis obscuræ per orationes perspicuas perspicuè, significantur, & penitus aperiuntur. Quare si Scriptura in verbis omnino perspicua est; consequens est, quod etiã perspicuè significet rem, quantumuis reipsa obscuram, quam ipsa repræsentat.

CAPVT SEXTVM.

Ostenditur ex sanctis Patribus Scripturæ obscuritas.

Asserũt patres Græci affirmatiuã parte.

22 TAndem sacrarum literarum obscuritatem sancti Patres perpetuò professi sunt, & passim contestatis, tùm encomijs, tùm rationibus, tùm factis. In primis enim ex Græcis Clemens Romanus ita inquit: a *Sacræ literæ cum leguntur intelligi sine expositione nõ possunt.* Iustin. martyr. b *Diuina oracula non sunt cuius perspicua, sed solis, quibus intellectum dat Deus, & Christus eius.* Irenæus: c *Vt in rebus creatis quædam adiacent Deo, quædam in nostram veniunt scientiam, sic similiter in scripturis.* Clem. Alexan. d *Neque prophetæ neque Saluator sic loquuti sunt diuina mysteria, vt ea facile capi possent à quibuslibet.* Origenes: e *Oculos mentis nostræ conuertamus ad Deum, qui hæc scribi iussit, vt ab ipso horum intelligentiam postulemus.* Basilius Magnus: f *Deus in scripturis voluit esse obscuritatem ad vtilitatem nostram.* Et potuit subijcere: *Ad dulcedinem & suauitatem.* Quoniã vt habetur: g *Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* Epiphanius: h *Diuinæ scripturæ profunditas, humanæ naturæ mentem excedit, decipitque quam plurimos.* Gregorius Nazianzenus: i *In scripturis sensus internus à paucis percipitur.* Chrysostomus: k *Scripturæ non sunt clausæ, vt nullo modo inueniantur, sed sunt obscuræ, vt cum labore inueniantur.*

a *Lib. 1. recognitionum.*
b Dialogo *cum Triphone.*
c *Lib. 2. c. 47.*
d *Lib. 2. strom. cap. 6.*
e *Hom. 27. in Num.*
f *Procem. in Esaia*
g *Prouer. 9. 17.*
h *Heresi 55.*
i *Ad Nemesium.*
k *Hom. 44. in c. 23. Matth.*

Asserunt Latini patres eandem partẽ.

23 Item ex Latinis Hilarius inquit: l *Arduum ac difficillimum esse hominem per seipsum seculique Doctores, rationem præceptorum cælestium consequi, nisi per eius gratiam, qui ipsi dederit erudiri.* Ambrosius: m *Multa est obscuritas in scripturis propheticis, & scripturarum ianua aperietur tibi non ab alio quàm à Dei verbo, de quo legisti in apocalypsi, Quod agnus signatum librum aperuit, quem nullus antea aperire poterat.* Hieronymus: n *Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, quis potest vel intelligere, vel exponere? Iacobus, Ioannes, Petrus, & Iudas septem epistolas ediderunt tam mysticas, vt rarus sit, qui in earum lectione non cæcutiat.* Augustinus: o *Ita obscurè quædam dicta sunt, vt densissimam caliginem obducant.* Gregor. Magnus: p *Dicitur tenebrosa aqua in nubibus aeris Psalm. 17. quia obscura est scientia in prophetis.* Et idẽ habet Rupertus noster, q Petrus Benerabilis: r *Caute incedendum est per angustas semitas eloquiorum Dei: quia nisi lector diligenter caueret, sæpè procumbet.* Rabbanus Maurus: s *Multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui timere literas sacras legunt, aliud pro alio sentientes.*

l *In Psalm. 118. v. 3.*
m *Psalm. 118. v. Iustificationes tuas doce me.*
n Epist. 103. *ad Pauli.*
o *Lib. 6 de doctrina Christiana. c. 6*
p *Hom. 6. in Ezech.*
q In ca. 5. Amos.
r *Lib. 5.*
s *Lib. 3. de instit. cleric. cap. 3.*

Nec literatissimi valent penetrare Scriptura.

24 Denique (vt plures alios emittam) Innocentius III. t *Tanta est scripturæ profunditas, vt non solùm simplices & illiterati, sed etiam prudentes, & docti non plenè sufficiant ad illius intelligentiam indagandam, propter quod dicit scriptura, Defecerũt scrutantes scrutinio. Vnde rectè fuit in lege diuina statutum, vt bestia, quæ montem tangeret, lapidaretur, ne videlicet, simplex aliquis, & indoctus præsumat ad sublimitatem sacræ Scripturæ.* Hoc de Elogijs de quibus plura, abundantioraque apud Coccium, v & apud alios.

t *Tit. de Hereticis, cap. cum ex iniuncto.*
v *Tom. 1. thesau. lib. 6. de S. S. a. 31.*

Rursum

Varia Scripturarū elogia circa obscuritatem illarum.

25 Rursum de encomijs, atque de inscriptionibus literarum sacrarum Orig. x Hilarius, y & Ambros. z appellant illas *librum signatum*, propter illud: a *Erunt vobis omnia verba hæc tanquam eloquia libri signati.* Et propter illud b de libro signato septem sigillis Chrysost. nominat eas: c *Quæstionum abyssum.* Rupertus noster d cum eodem Chrysost: e *Agrum in quo defosus est sæpè thesaurus, ideoque profundè necessario colendus.* Ambrosius prætereà nominat illas: f *Mare, in quo sensuum profunditas est.* Et denique sanctus Ephrem: g *Conchilium, in quo latent margaritæ.* Constat autem inscriptiones istas, & denominationes designare profundam literarum sacrarum obscuritatem non nisi magno studio, indagineque superandam.

x *Hom. 73. in Num. & hom. 12. in Exod.*
y *Proleg. in Psal.*
z *Serm. 8. in Psal. 118.*
a *Esai. 29. 11.*
b *Apoc. 5. 2.*
c *Hom. 13. & 19. in acta Apostolorum.*
d *Lib. de Spiritu Sancto cap. 1. & 2.*
e *Hom. 40. in Ioannem.*
f *Epist. 44. ad Constan.*
g *Lib. de virtute cap. 8.*
h *Pro. in Esaiam.*
i *Collect. 8. c. 3.*

Causæ obscuritatis Scripturarū ex Basilio.

26 Item (vt ad rationes obscuritatis procedamus) non tantùm obscurā, difficilemque intellectu scripturam sancti Patres elogijs, & encomijs pronunciarunt; verum obscuritatis plures nobis causas, easdemq; rationabiles prodiderunt. In primis enim ex Græcis Basilius magnus h ait, quòd sicut author naturæ mutis animantibus facilem ad vitam tuendam occasionem tribuit, vtique alimentum præsens, operimentum sponte agnatū, è pilis haud textis indumenta: hominem autem solum nudum producens rationem omnium illorum vice dedit, per quam artes repertæ sunt, quibus illa sibi suppeditet: ita vitæ commoditates non passus est eadem modo nasci quo bruta, sed rerum necessariarū inopiā, data opera addidit nobis, velut ingenij exercitamentum: etiam in scripturarum studio voluit esse obscuritatē ad vtilitatem mentis humanæ, suam ipsius indicans virtutē, atq; efficaciā; sic Basilius.

Causæ obscuritatis Scripturarū ex Cassiano.

27 Deinde Ioannes Cassianus i sic: *Obscuritatem scripturarum multas ob causas Deum dispensasse manifestum est. Primum ne sacramenta diuina, nullum habentia spiritalis intellectus velamen obductum cunctis hominibus, id est, fidelibus, & profanis, æqualiscientia, & doctrina panderentur. Et per hoc inter inertes, & studiosos nulla esset virtutis, prudentiæq; distantia. Tùm vt etiam inter ipsos domesticos fidei, dùm intellectum spatia coram eis immensa tendant, in eis desidiosorum argueretur ignauia, & studiosorum alacritas, industriaque probaretur.*

Causa obscuritatis Scripturarū ex Theodor.

28 Tertiò Theodoretus K sic: *Quæ est causa obscuritatis in scriptura? fecit obscuritatem mutatio ex alia lingua in aliā; & quòd studuerint interpretes pressis insistentes vestigijs de verbo ad verbum interpretati.*

K *Sup. lib. 1. Regum q. 1.*

Causa obscuritatis istius ex Procopio.

29 4. Procopius Gazæus l ita: *Eò spectat Scripturarum difficultas, vt dùm illis opera nauatur à deterioribus auocemur; propterea diligimus magis, & in pretio habemus quæ nobis ipsi labore comparauimus.* Quæ omnino ex Basilio m desūpta sūt.

l *Præfat. in Esaiā*
m *Vbi sup.*

Causa prædictæ obscuritatis ex August.

30 Ex Latinis item August. n sic ait: *Si in Scriptura sacra tantùm essent quæ facillime intelliguntur, neque studiosè quæreretur, neq; suauiter inueniretur veritas. Itē ita obscurè quædam dicta sunt, vt densissimam caliginem obducant, quòd totum diuinitus prouisum esse non dubito, ad edomandam labore superbiam, intellectum à fastidio reuocandum, cui facilè inuestigata plerumque vilescunt.* Et rursum: o *Sunt in scripturis sanctis profunda mysteria, quæ adhoc absconduntur, ne vilescant; adhoc quæruntur, vt exerceant, adhoc aperiuntur, vt pascant.*

n *De vera religione cap. 7. idem lib. 2. de doctrina Christiana cap. 6.*
o *Idem in Psalm. 140.*

Causa huiusmodi obscuritatis ex Petro Chrysol. & Prospero Aquitano.

31 Deinde Petrus Chrysologus: p *Sicut in lapide friget ignis, latet ignis in ferro, ipse tamen ignis ferri, ac lapidis collisione flammatur, sic obscurum verbum verbi, ac sensus collatione resplendet.*

Prosper Aquitanus prætereà. q

Quamuis in sacris libris quos nosse laboras,
Plurima sunt lector clausa, & opaca tibi,
Inuigilare tamen studio ne desine sancto,
Exercent animum dona morata tuum.
Qui dedit vt quæras, addit, vt inuenias.

p *Serm. 98.*
q *Sententia 62.*

Causa obscuritatis Scripturarū ex Gregor. Magno.

32 Deniq; Gregor. Magnus: r *Magnæ vtilitatis est ipsa obscuritas eloquiorū Dei: quia exercent sensum, vt fatigatione dilatetur, vt exercitatus capiat, quòd capere non potest otiosus. Item quia si cunctis scriptura clara esset aperta vilesceret.* Quā etiam extremam rationem notauit Isidorus s D. Thom. t & alij. Hæc de rationibus obscuritatis sacræ paginæ.

r *Homil. 6. in Ezech.*
s *Lib. 1. de summo bono cap. 18.*
t *Ad c. 1. Apoc.*

Factis

Factis demum Scripturarum caliginem sancti Patres obsignarunt, dùm pro earundem elucidatione, tot gemata commentaria ediderunt. Igitur sic sancti Patres verbis factisque prædicant, & proclamant Scripturas sacras difficiles; consequens est, illas non faciles, neque perspicuas esse. Adhuc ex sanctorum mente, sed planè obstrusas.

CAPVT SEPTIMVM.
Ostenditur Scripturarum obscuritas ex Iudæorum Rabbinis.

Notapertissimorum Rabbinorum confessio pro difficultate Scripturarum.

33 NEc solùm sancti Patres, verùm & ipsi Iudæorum Rabbini doctiores, & peritiores obscuritatem prædictam plus satis decantarunt; dùm pro discussione illius tot, tam vastaque commentaria ediderunt, super vetus testamentū: & adhuc non ita quidam omnem eius caliginem dissipasse autumarunt, sed potius pro constanti habuerunt, plures superesse sibi prorsus inexplicabiles nodos, diuinæ dumtaxat mentis acumine dirimendos. Vnde quasi prouerbiali specie dicebant ad calcem, aut etiam ad caput aliquorum locorum: *Elias cum venerit, corriget, ac dissoluet omnia, quæ difficilia nunc, ac dubia sunt.* Prout referunt nobis Elias Intisla, & Bodcrianus. a & Iosephus Scaliger. d.a. b

a *In Syro Chaldaico, fol. 194.*
b *In Parinno Elē cho, pag. 33.*

Aliud aliorum Rabbinorum pro eadē obscuritate auxilium

34 Item hoc ipsum indicarunt monitu illo saluberrimo apud Rabbi Ben. Gac. Bac. in cap. 5. Pijchæ Aboth. vtique à quinto ætate anno sacrarum literarum studium occupandum esse ab illo, qui mediocres facturus erat in illis progressus, vtpotè quoniam Scripturarum profunditas mediocri non potest temporis spacio tranari.

Denique abundè ostenderunt obscuritatem istam sæuerissimis dehortationibus illis, quibus sacrarum literarum professores ab omni alia occupatione arcebant, vt sic se totos addicerent occupationi rei, quæ totum hominem desiderabat, imò non tantùm hominem, sed Heroem: iuxta quæ habet Rabbi Meir apud Nicolaum Serariū c in prologomēis, vbi de his plura. Quæ quidem dehortatio adeò prudens, & necessaria erat, vt Gregorius Nazianz. & Basilius Magnus tredecim annos in monasterio constiterint, solum diuinæ Scripturæ voluminibus operam dantes, omnibus alijs secularis eruditionis repudiatis libris, vt sic literarum sacrarum vel mediocrem possent notitiam obtinere; iuxta quæ refert Ruffinus d in historia Ecclesiastica. Et August. de se ipso inquit: e *Plusquā quindecim anni sunt, ex quo in manus meas nusquam gentilium literarum quilibet authbor ascendit; & si quid fortè inde dùm loquimur, obrepit, quasi antiqui per nebulam somnij recordamur.* Itaque, quia totum hominem sacrarum literarum studium requirere agnouerunt, tàm Iudæi, quàm Christiani, ideò illarum professores ab omni alio studio etiam literario retrahebant: quod est argumentum eximiæ difficultatis & profunditatis in eisdem sacris literis.

35 Greg. Naz. & Baſ. multos annos intra monasteria delituerunt, vt sacræ scripturæ notitiam cōpararent

c *In Prologom. c. 21. q. 10.*
d *Lib. 2. hist. cap. 19.*
e *Epist. ad Gal*

CAPVT OCTAVVM.
Ostenditur Scripturarum obscuritas adhuc ipsius Lutheri, & sectariorum contestatione.

Adhuc ipse Lutherus Scripturarum obscuritatē deplorat

36 IPse etiam Lutherus, siue argumentorum pondere consternatus, siue innata sibi capitis vertigine motus, licèt primis sui delitamenti furoribus Scripturas facillimas euulgaret, tamen procedente tempore easdem difficillimas docuit, interpretumque proborum maximè indigas; & hoc quidē non semel, aut

aut persunctoriè asserens, sed multis, & varijs e locis, vtiq; in libro quē edidit de Concilijs, atq; præfatione in Psalmos; præcipuè tamen in sympofiacis scripsit: *f In scripturis vix scimus, a, b, c, & adhuc non rectè.* Et iterum: *g Dei verbum est inscrutabile. Vnicum sacræ Scripturæ verbum perscrutari & de profundo eruere omnino arduum est. Nego eruditos Theologos, vt vel maximè velint id posse: quia enim Spiritus Sancti verba sunt, ideo supra homines sunt, & qui recenter in Christo geniti sunt Christiani, habent primitias tantùm non decimas. Volui aliquoties decalogum meditari, & cœpi hæsitare: quia non potui intelligere.*

f Cap. 1. fol. 2.
g Cap. 3.

37 Item ex eiusdem Lutheri, atq; etiam Caluini sectariis multi vtiq; Vicitakerus, Sibrandus, Danæus, Bentius, Kemnitius, Centuriatores, & similes millies apud Bellarminum, *h* & Gretserum *i* adstrunt Scripturas sacras interpretatione egere, esseq; multis locis obscuras, & magna caligine implexas. Et licet plures illorū non satis firmo pede in hac assertione consistant: quoniam inconstantia, & leuitas passiones hæreticorum sunt: prolixa tamē, quæ ipsi pro elucidatione literarum sacrarum commentaria extruxerunt, vel ipsis repugnantibus contra eos probant difficultatis plurimum in eis præsensisse, alias cur tam prolixo se labore grauassent? Ad probandū enim, v.g. quòd senarius numerus constat duobus ternarijs, aut tribus binarijs quid opus multis commentatijs est? Si autem aliquis ex professo cōtenderet multis rē istam explicare: consequens esset vt eam pro difficili haberet, nisi ex composito oleum, & operam perdere constituisset.

Lutherani, & Caluinistæ Scripturarū difficultatem fatentur.

h Lib. 3. de verbo Dei cap. 1.
i Et ibidem Gretser. in defens. Bellarminij.

CAPVT NONVM.

Ratione à priori ostenditur literarū sacrarū obscuritas.

38 RATIONE A priori possumus prædictam obscuritatem ostendere, hoc argumento nimirum. Quia in scripturis sacris tria considerari possunt, notatu digna. Primum est finis & scopus, in quem author illarū Deus dirigit eas. Secundum res ipsæ significatæ per illas. Tertium & vltimum verba, ex quibus scripturæ constant, per quæ significantur res, quæ proponuntur in illis. At hæc omnia sunt non leui obscuritate inuoluta. Ergo Scripturæ sacræ non faciles, sed potius difficiles sunt ad intelligēdū.

Tria continet Scripturæ sacræ ob quæ redduntur difficiles.

39 Minorē huius argumēti (in qua omnis eius difficultas cōsistit) satis quoad primam partem nobis probant illa Pauli verba, *a* item & Esaiæ, *b* videlicet: *Quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? & ostendit illi?* Hoc est, quis conscius consiliorum Dei, at quis potuit assequi rationem, & causam illorum, quæ Deus vltro, & spontè sua facit, maximè in arcanis, atque mirabilibus rebus cuiusmodi sunt sacra eloquia? Nemini enim scire contigit, cur Deus hoc potius quam illud scribere voluerit, & per ista verba potius quam per illa nisi Deus ipse dederit. Quod adeò verum est, vt neq; ipsi scriptores sacri consilium, & rationem Dei in Scripturæ (quam de mandato eius narrāt) editione, aliter quam per reuelationem diuinam possint attingere.

Quia nō cognoscitur sensus Domini, nō cognoscitur Scripturæ profunditas.

a Rom. 11. 34.
b Esai. 40. 3.

Hic enim, si vsquam, illud verificatur: *c Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita, & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei.* Nihil autem sic perspicuum cuique est ac consilium, & ratio, quibus ad aliquid gerendum adducitur; intentio enim operantis latet omnes ab ipso operante, etiamsi pateat opus: vt videre contigit in illa Christi Domini ablutione pedum ad Petrum, pro qua Petrus audiuit: *d Quod ego facio tu nescis modò, scies autem posteà*, hoc est, scopus ac finis in quem mea hæc actio dirigitur procul à te est, erit antè opportuno tempore proprius. Ex quo sequitur, quòd si ad dignoscendū opus exercitū quòd ad sensū patet, opus est cognitione finis, in quem ab agente dirigitur, quòd etiam ad cognitionem Scripturæ Dei opus sit assequutione finis, in quem author dirigit eam hic, & nunc,

c Cor. 2. 11.
d Ioann. cap. 13. 7.

40 Intentio operātis latet omnes præter authorem.

& quoad

& quoad singulas eius partes mysterium cōtinentes, & ex consequenti quòd cum is finis cunctos lateat præter Deum, quòd cunctis à Deo obscuræ sint ex hac parte diuinæ literæ, nisi Deus illum finem reuelet, vt sæpè in ipsis scripturis, vel aliunde, licet non semper reuelauerit.

Finis cōmunis nō certificat de fine particulari.

41 . Neq; valet si dicas, scriptum haberi e ad nostram doctrinam scripta esse quæcumque scripta sunt; non inquam valet: quoniam finis iste finis admodum communis, & vniuersalis est, sub quo latent plures particulares, ex quorum cognitione pendet exacta scripturarum notitia, vt etiam bonum nostrum est finis appetitionum nostrarum: quia tamen est finis cōmunis sub quo particulares substant, ideò nisi isti teneantur, non possunt singulares mēte satis percipi appetitiones. Hæc quod primam partem minoris. e Rom. 15. 4.

Res per Scripturam significatæ difficiles intellectu sunt.

42 Quoad secundā verò partem, vtique res ipsas, scriptura significatas, obscuras, & obstrusas esse, probat apertissimè nobis ipsa scripturæ materia; vtpotè quòd in ea traduntur, & enuntiantur diuina prorsus, & supernaturalia mysteria, v. g. mysterium Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, & Sacramentorum, & Prædestinatorum, Auxiliorum, &c. Quæ longè nostrum superant captum: nam licet hæc, & similia in seipsis considerata, sicut habent plus entitatis, ita habant plus veritatis: & proinde plus intelligibilitatis, quā alia inferiora, & humilia: at hoc est (vt dixi) in se, & respectu potentiæ proportionatæ illis, quales non sunt humanæ, imò neque Angelicæ; nisi suffultæ diuinitus. Quare sicut Methaphisicæ disciplinæ difficiliores sunt omnibus alijs humanioribus literis: quia sunt de abstractioribus atque sublimioribus rebus, vtique de quiditatibus entium, licet alias quiditas sit eximium, & optimum, & proinde intelligibilius in vnoquoque ente; sic in præsentiarum à fortiori.

Cur qui non credunt nō intelligunt.

43 Inde scriptum habemus: f *Nisi credideritis, non intelligetis*, vtpotè quod nisi ex potentia, & obiecto proportionatis non paritur notitia, fides autem diuina proportionatur suo modo potentia ad assentiendum spontè, & alacriter reuelatis, quantumcumque à nostra ratione distantibus, vt vnā numero naturam esse in tribus suppositis diuinis, & idem suppositum diuinum in diuersis numero naturis integris, & substantialibus; sine auxilio verò gratiæ sublimia hæc subruunt potentiam nostram: quoniam etiam scriptū est: g *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria*: vtique quoniam sicut excedens sensibile corrumpit sensum, sic excedens intelligibile intellectum. Etiam inde salubriter nobis monitū est: h *Noli altum sapere, sed time*. Et alibi: i *Fortiora te, ne scrutatus fueris*. Constat autem hæc ob rerum, & obiectorum sublimitatem moneri, & proinde à rebus ipsis scripturarum difficultatem suboriri posse, etiamsi non à fine, & à verbis oriretur. f Esai. 7. 9. g Prou. 25. 27. h Rom. 11. 20. i Eccl. 3. 22.

Scripturæ verba difficilima sæpè.

44 Tertiā denique partē prædictæ minoris, videlicet sacrā Scripturā difficilem esse propter verba quibus conficitur, probat euidentissimè Bellarminus: K tùm primum ex eo, quòd licet verum sit omnes sacras Scripturas secum optimè consentire: negari tamen non potest; quin extent plurima in illis, quæ summis Theologorum ingenijs summum facessere negotiū, vt illas à specie antinomiæ, & contradictionis vēdicarent, vt testes nobis locupletissimi sunt Augustinus l Theodoretus, m & similes, v. g. Percussus Paulus in faciem, dixit Principi Sacerdotum: n *Percutiet te Deus, paries dealbate*. Et cùm à circunstantibus diceretur: *Iniuriam facis Principi Sacerdotum?* Respondet: *Nesciui quia Princeps est*. Circa quòd Aug. o objicit, quod cū Paulus in eodē populo creuisset, atque ibi lege eruditus fuisset illum, Principem Sacerdotum nescire non poterat: maximè (hoc etiam est objiciendū) cùm palàm videret illum pro tribunali, in loco summi Sacerdotis sedentē. Sed respondet Aug. verba Pauli, vt intelligantur, altiori mente propendenda esse: nimirum quod eatenus Paulus illum nesciuit Pontificem, quia reapse ille summus non erat Pontifex, vtique à morte Christi, qua sacerdotium & lex translata sunt. Et ita verba quæ materialiter, & prout sonant intellecta non per omnia veritati cōsona videbantur, altius tamen & subtilius perpensa sacramentum morabile inferunt. K Vbi suprà. l Lib. de cons. Euang. m In com. Scripturarum. n Actor. 23. 3. o Epist. 5.

Tùm

45 Tùm secundo ex eo, quod in sacra Scriptura obscurissimi modi dicendi sunt vt interrogatus Christus: quisnam esset? respondit: p *Ego Principium qui & loquor vobis*: in quo modo loquendi adhuc sub iudice est, quomodo cohæreat, *ly principium*, in nominatiuo, vel accusatiuo positum. *Cùm ly qui loquor vobis*. In cuius elucidationem infinitæ propè modum hactenus prodierunt expositiones, vt vel ipsi agnoscunt hæretici, contra quos nos hic dimicamus.

p Ioan. 8. 25

In Scriptura difficiles dicendi modi inuoluuntur.

46 Tùm tertio ex eo, quòd sunt multæ in sacra Scriptura sententiæ, & orationes imperfectæ, vt ad Rom. q *Quemadmodum per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt*. Vbi altera similitudinis, siue collationis pars palàm desideratur, quæ hoc modo supplenda est, ita per vnum hominem fuit iustitia in mundum ingressa; & per iustitiam vita: suppletur enim, & ex integro refertur posteà tota collatio & sententia, vtique vbi dicitur: r *Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines, in condemnationem; sic, & per vnius iustitiam in omnes homines, in iustificationem vitæ*. Interposuit enim Paulus ſ hyperbaton, hoc est, longam parenthesim, vt etiam alibi sæpè facit, v.g. ad Ephes. t vt posteà v explicet sententiam, quam x inchoauerat.

q Rom. 5. 12.
r Vers. 18.
ſ A v. 13. vsque ad 17.
t Ephes. 3. à v. 2 vsque ad 14.
v Vers. 15.
x Vers. 1.

In Scriptura plures imperfectæ, & incœptæ orationes.

47 Tùm quarto, quia sunt in sacra Scriptura multæ orationes præposteræ, ex quibus ingens legentibus difficultas paratur: vt quoniam Euangelista Ioannes prius narrauit, quæ circa passionem Christi in domo Cayphæ facta sunt, quam quæ in domo Anæ, inde circa negationem Petri magna obscuritas effusa est: quia negatio videtur in domo Anæ accidisse, cùm tamen acciderit in domo Cayphæ, sicut ex alijs Euangelistis cõstat, imò & ex ipso Ioanne dicente primam negationem factam fuisse in domo Pontificis, cùm ipse, qui Pontifici notus erat, Petrum introduxit. Anas autem tunc non erat Pontifex, sed tantùm Cayphas: y *Qui erat Pontifex anni illius*.

In Scriptura plures orationes præposteræ.

y Ioan. 11. 50.

48 Tùm quinto, quia sunt in Scripturis sacris multæ phrases Hebraicæ illius linguæ propriæ, quæ dicuntur idiotismi Hebraici, quæ nobis ad intelligendum sunt valde difficiles, non secus atque phrases propriæ cuiuslibet externæ linguæ, v.g. z dicitur: *Thronus eius sicut dies cœli*, hoc est, thronus eius perpetuus; & alibi: a *Anima mea in manibus meis semper*, id est, in manifestis periculis; nam quod est præ manibus, obiectum & obnoxium est externæ directioni.

In Scriptura multæ phrases Hebraicæ.

z Psalm. 88. 30.
a Psalm. 118. 109

49 Tùm denique, quia in Scripturis sacris sunt orationes figuratæ, tropi, metaphoræ, allegoriæ, ironiæ, & similia, de quibus dubio sequenti: quæ licet orationem perpolliant, illam tamen difficiliorem reddunt. Vt enim quis metaphoras v.g. intelligat, aut allegorias, oportet cognoscat natiuas rerum, à quibus desumuntur, & ad quas ordinantur. Quis enim poterit assequi sensum illius metaphoræ: b *Vicit Leo de tribu Iuda*, nisi præcognoscat natiuas qualitates Leonis? & etiam prærogatiuas Christi, propter quas, digne potest Leo appellari. Eadem est de reliquis.

In Scriptura plurimi tropi, figuræ allegoriæ & similia.

b Apoc. 5. 5.

CAPVT DECIMVM.

Ratione à posteriori ostenditur scripturarum obscuritas, vtique ex puritate vitæ, integritate orationis, exercitationis assiduitate, requisitis ad illarum intelligentiam.

Ad penetrandam scripturã vitæ probitate, & mentis puritate opus est.

50 EX His, quæ tàm sacra pagina quàm eius sancti, ac docti expositores requirunt in studiosis literarum sacrarum, vt eas probe intelligant, conuincitur illarum obscuritas & implexio. Nam in primis exigitur vitæ, cordis, & animæ puritas, iuxta illud: a *Fili*

a Eccles. 1. v. 33.

Fili concupiscens sapientiam, obserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Et Iob. b *Timor Domini ipse est sapientia, & recedere à malo intelligentia.* Et Sapient. c *In maleuolam animam non intrabit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis.* Et iterum. d *Per nationes in animas sanctas se transfert sapientia.* Esai. e *Diuitiæ salutis, sapientia, & scientia: timor Dñi ipse est thesaurus eius.* Vnde Christus Dñs intulit: f *Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis:* Non enim aperiuntur arcana diuina, nisi amicis Dei.

b *Iob.* 28. 28.
c *Sap.* 1. 4.
d *Sap.* 7. 27.
e *Esai.* 33. 6.
f *Ioan.* 15. v. 15.

Sancti patres admonent probitatem vitæ pro scripturarũ peritia.

51 Sancti etiam Patres serio id nos monuerũt. Basilius enim ita inquit: g *Accedit huc quod vitæ quoque puritas requiritur ad iudicandum, quod in sacris scripturis obuolutum est.* Greg. Nazianz. h *Vos, & mentes, & aures, & intellectum propurgate, qui in huiusmodi rebus collocatis delitias.* Cyrillus Alex. i expresse docet ad hanc diuinam scripturarum scientiam obtinendam: *Eos duntaxat idoneos esse, qui carnis passionibus, & terrenis immunditijs liberi, mentis integritate præditi, veram se pietatem colere operibus ostendunt.* Athanasius: k *Sine pura mente, & sanctorum imitatione nemo comprehendet sanctorum verba; quemadmodum si quis intueri velit solis iubar, oculos plenè detergit, & in splendorem redigit quantum potest, ad eius similitudinem, cuius conspiciendi desiderio tenetur se se purificans, vt ita oculus iam lumen redditus, lumen solis contempletur.* Ambrosius: *Qui vindemiam colligit, vasa prius quibus vinum infunditur mundare conuenit, ne sordes aliqua vini gratiam decoloret: quid enim prodest ponere vitem, fodere quot annis aut arare, sulcos ducere, amputare, subrigere, adiungere vlmis, & quodã connubio copulare, si in tanto labore vina quæsita in vase coacescantur? Matutinos quoque solis ortus si quis spectare desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris, nequid purgamentorum insideat quo intuentis hebetetur obtutus, ne vel aliqua caligo nebulosa corporeos visus expectantes subducat. Nobis in lectione exoriendus est, sed qui ante non erat, sol incipit. Mentis oculos emunda (o homo) animique interiores obtutus, nequa festuca peccati aciem tui pertingat ingenij, & puri cordis turbet aspectum. Emunda autem, vt vase syncero Scripturæ diuinæ nitida fluenta suscipias, nequa ingrediatur contagio.* August. l *Maximo otio, sumo studio, meliori ingenio opus est ad literas sacras: quia pie, recteque non viuitur.* Denique Bernardus m breuiter; sed doctè & eximiè: *Scientia, non lectio, sed vnitio, non litera, sed spiritus, non eruditio, sed exercitatio in mandatis Domini est.* Quibus subiungere possemus Originem, n Isidorum, o Pelusiotam, Cassianum, p Ioannem Climacum, q Augustinũ, r imò & Dyonisium Areopagitam: s sed satis sunt supradicta, vtpote grauissima & luculentissima.

g *Procemio in Esaiam.*
h *Oratione* 2. *de Pascha.*
i *Lib.* 1. *contra Iulianum.*
k *Extremo libro de Incarnatione verbi.*
l *To.* 2. *epist.* 3.
m *Ser.* 27. *in can.*
n *Hom.* 5. *in Leuiticum.*
o *Epist. ad Chæremon.*
p *Oratione* 14. *cap.* 14.
q *Gradu* 27.
r *Epist.* 112. *&* 120. *ad finem. & ser.* 112.
s *Epist. ad Demophi.*
t *Vbi suprà.*

Scelerati, & impij à scripturarũ intelligẽtia extorres.

52 Inde consequentia legitima deducendum est, impios, infidos, perfidos, & sceleratos homines, siue Ethnicos, siue Iudæos, siuè hæreticos, & huius farinæ similes viros, Scripturas sacras verè non percallere, nec probè intelligere, sed neq; intelligere posse: nam licet sit in illis non vulgaris disputandi peritia, non tamen est vera sciẽtia, vtpotè quæ nisi à veris Dei cultoribus possideri nõ valet: iuxta quæ egregiè respondit Germanus Abbas apud Cassianũ t in casu quo illi obiectũ fuerat, multos peccatorũ sordibus irretitos, pluris sanctitate conspicuis præcellere in scripturarũ notitia. Sanè, quidquid sit de intelligentia illis indita, ex quo tamẽ infunditur, vel inducitur in sordido vase, nitorẽ, ac saporẽ propriũ amittit, ita vt potius sapiat diabolicã, quã diuinã doctrinã: iuxta quæ videre licet in eminẽtioribus Iudæorũ & hæreticorũ. Vnde in illis potius naturam diuini verbi amittit, quam retinet, aut redolet.

Spurcitia lasciuiæ obstat nimis scripturarum intelligentiæ.

Pius proficiẽdi in scripturis affectus pro gloria Dei requiritur ad notitiam illarum.

53 Est autem aduertendũ apprime, quòd in ista (quã præmisimus) animi, mẽtis, cordisq; puritate, intelligitur primo omnis carnalis sordis mũditia: quoniã: v *Spiritus Dñi non permanet in homine qui caro est.* Et alibi: x *Neq; habitat in corde subdito peccatis.* Talis enim homo bestia est, cui accesus ad montẽ in quo de lege Dei agitur, interdictus legitur, y vt suprà ex Innocentio III. retulimus.

v *Gen.* 3.
x *Sap.* 1. 4.
y *Exod.* 19. 12.

54 Intelligitur secũdo pius ac syncerus affectus proficiendi ex sacrarum Scripturarum lectione, præcise ob gloriam Dei in propriã atq; proximorum salutem: z *Spiritus enim sanctus disciplinæ aufugit fictũ, & aufert se à cogitationibus,*

z *Sap.* 1. 4.

Sap. 1. 3. *quæ sunt sine intellectu*, vt habetur Sapientiæ 1. Qui autem aliã gloriam, aut aliud quàm Deum scripturarum exercitatione prætendit, fictus studiosus est; & qui non proprium & proximorũ commodum ex scripturarum lectione procurat, valde sine intellectu esse, aut sine sensu conuincitur, vtpotè quod recurret ad fontem eximiæ vtilitatis, & non propter vtilitatem.

55 Intelligitur denique animi demissio & humilitas, quibus præsumptioni, elationi, contentioni, inani curiositati, & supercilio, ac superbiæ aditus omnino præcluditur: nam *a Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Et alibi: *b Et cum simplicibus sermocinatio eius*: & spiritus eius non requiescit, nisi super paruulum & trementem sermones eius. Vnde præcepit Deus Moysi, vt diceret populo Israel: *c Depone ornatum tuũ vt sciam, quid faciam tibi.* Quasi vel ipsa scientia Dei in ordine ad profectum nostrum, & progressum prærequirat humilitatem in nobis. Sed de his plura D. Bonauent. *d* nos ad alia procedamus.

Animi humilitas, ac demissio requirũtur pro sacrarũ intelligentia.

a Iac. 4. 6.
b Prou. 3. 32.
c Exod. 33. 5.
d Ser. 19. in Exameron.

56 Requiritur deinde orationis instantia ad sacrarum literarum intelligentiam, iuxta illud: *e Si quis vestra indiget sapientia postulet à Deo.* Vtiq; quia Deus est: *f Qui docet etiam scientiam.* Vnde Augustinus inquit: *g Non solùm admonendi sunt studiosi venerabilium literarum, vt in scripturis sanctis gratia loquutionum sciant, & quomodo apud eas aliquid dici soleat, verùm etiam (quod est præcipuum, & maxime necessarium) orent, vt intelligant: quoniam Dominus dat sapientiam, & à facie eius scientia & intellectus. h*

Orationis assiduitas ad scripturarũ penetrationẽ necessaria.

e Iac. 1. v. 5.
f Psalm. 93. 10.
g Lib. 2. de doctrina Christiana, c. 37.
h Prouer. 2. 6.

Hinc amentia, stultitiaq; planè aperitur illorum, qui pro sacrarum literarum peritia, non diuinis precibus, sed tantùm suis lucubrationibus incumbunt. Cùm enim scripturarum sensus propriè apud Deum sit, ab illo potius quàm ab homine, aut ab humana industria petendus & expectãdus est; vt planè ostendit nobis planctus ille Ioannis, *i* eo quòd nullibi gentium reperiebat quis posset aperire ei librum illum septem sygillorum referatum signatura, hoc est, Scripturam sacram, donec obtutibus eius cœlicus apparuit agnus, qui librum planè aperuit quasi in satisfactionẽ lacrymarum Ioannis, quibus ardentissimum eius desiderium, votum, & preces significabantur.

i Apoc. 5. v. 6.

57 Tandem ad congruè percipiendam sacrarum literarum notitiam, assidua scripturarum exercitatione opus est, vt tradit Basilius, *K* & alij apud Cassianum, *l* dicentes in hunc modum: *Hoc tibi est omnibus modis enitendum, vt expulsa omni solicitudine & cogitatione terrena assiduum te, ac potius iugem sacræ præbeas lectioni, donec continua meditatio imbuat mentem tuam, & quasi in similitudinem sui formet te arcam quodammodo testamenti.*

Assidua in scripturis exercitatio pro illarũ notitia requiritur.

K Vbi suprà.
l Collat. 14. cap. 10.

Ratio autem est, quia licet Deus miraculosè non semel scripturarum scientiam infuderit, vtique suis Apostolis, *m* & etiam Magno Antonio, & alijs, de quibus August. *n* Venerab. Beda, *o* Cassianus, *p* & Rupertus noster *q* de se ipso, nõ tamen vult semper, aut sæpè talia miracula facere, ne desides, atque pigros literarum amatores reddat, sed solicitos potius, & operi valde intentos, vt sic naturam ducem sequãtur, quæ ad labores & lucubrationes nos excitat. Sicut non propterea quòd panem Deus aliquando è cœlo pluit, panis quotidie ab ipso expectandus est miraculosè, sed industria etiam propria parandus; cum scriptum sit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, & qui non laborat non manducet.*

m Luc. 24. Ioan. 15. Actor. 1.
n Præfat. in lib. de doctrina Christiana.
o Lib. 4. hist. Anglicanæ cap. 4.
p Lib. 5. de capital. vitijs ca. 33. & 34. & collat. 3. cap. 15.
q Lib. 11. in Matth. fol. 147.

58 Inde Dauid aiebat: *r Exercitabor in mirabilibus tuis.* Et rursum: *Mirabilia testimonia tua; ideo scrutata est ea anima mea.* Et iterum: *s Et in adinuentionibus tuis exercebor.* Circa quæ notandum est, quòd vna ex præstantissimis differentijs inter scriptores sacrorum Bibliorũ, & inter eorũ expositores, & interpretes, in hoc cõsistit, quòd illi nõ habẽt scribere opera, studio, ac industria propria; eo quòd lingua eorũ est velut calamus scribæ, cui nõ cõpetit inquire scribenda, sed tãtũ exarare: propter quòd scriptum est: *t Lingua mea calamus scribæ*: & propter idẽ prophetiam *Baruc* dixit de magistro suo Hieremia, apud Hieremiã: *v Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me, omnes sermones istos, & ego scribebam*

Discrimen inter scriptores, & sacrorũ interpretes.

r Psalm. 118. 27
s Psalm. 36.
t Psalm. 44. 2.
v Hier. cap. 36. 18.

In volumine atramento. Significauit enim per hoc verba non fuisse à Hieremia dictata, aut composita, sed potius à Spiritu Sancto suggesta; sicut verba, quæ ex aliquo libro referuntur, non sunt ex captu, aut etiam ex mente legentis, aut referentis, sed tantùm ex mente authoris, qui illas dictauit, vt literis mandarentur: interpretes autem non sic ex diuino afflatu interpretãtur, sed post multam industriam operam & diligentiam adhibitam, vt ea quæ scripta sunt conuenienter assequantur.

Si igitur ipse Dauid, scriptor sacer cum esset, adhuc pro notitia & scientia literarum sacrarum profitebatur, sedula meditatione & assidua lucubratione illas euoluere, & rimari; quid de expositoribus & interpretibus, ac tandem de studiosis illarum lucubratoribus dicendum est?

Prophetæ ipsi nõ segnē in scripturarum lectione nauatũt operam.

59 Nec solus Dauid illam inter sacros scriptores exercuit arenam, sed potius prophetæ omnes: dicente Petro: x *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt*, hoc est, incredibili studio, intenta, atque indefessa cura meditati sunt reuelationes scriptas ac aduentũ Christi: id enim significat ly, *exquisierunt*, & ly *scrutati sunt*, non secus atque dum Christus Dominus suis aduersarijs dixit: y *Scrutamini scripturas.* Et cùm de Thessalonicensibus dicitur: z *Susceperunt verbum Dei cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas; si hæc ita se haberent.* Et alibi: a *Habent Moysem & Prophetas, audiant illos.* Vnde Paulus Timotheo scio dicebat: b *Attende tibi & doctrinæ, insta in illis:* vtpotè quòd *cum Minerua manus mouenda est*, vt per adagium antiquiores monebant. Volumina igitur sacra diuina, nocturnaq; manu euoluenda sunt, si conuenientes aliquot in eis habere volumus progressus & profectus.

x 1. Petri 1. v. 10
y Ioan. 5. 39.
z Actor. 17. 11.
a Luc. 16. 24.
b 1. Ad Tim. 4. 15.

Prædictorum epitome.

60 Si igitur tot, tàm magna, tàm sublimia, tàm ardua, tàm grauia, & operosa exiguuntur, vt Scripturæ sacræ conuenienter intelligantur; quis sanus sensu dicet eas omnes perspicuas, faciles, obuias, apertas, expeditasq; omnibus esse, & non potius profundas, obstrusas, difficiles, obscuras magna saltem ex parte, & ad intelligendum reconditas?

CAPVT VNDECIMVM.

Ostenditur tandem scripturarum obscuritas ab experimento.

Plura ex scripturis ignorantur quã sciũtur.

61 EXperimento tandem scripturarum obscuritas, non tàm probanda, quàm diu probata est, & quidem non modò à nobis, qui per abstrusa eius lato hactenus calamo discurrimus; verum & ab omnibus, qui summis (quod aiunt) aut è contra intimis & eximijs labijs degustant, vel degluttiunt eam. Vix enim vel vnã paginam legent, in qua nõ multo plura dubitent, quàm intelligant, vti de seipso idemmet Augustinus a professus fuit, cuidam laudatori suo inquiens: *In ipsis sanctis scripturis multo nescio plura, quàm scio.* Adeò enim frequentes & insuperabiles anfractus, sinus, aditus, recessus, & abyssus in scripturis sunt.

a Epist. 119. c. 2.

Horum, mehercle, causa Basilius dixit: b *Colligimus infinitũ quoddã esse, quod de rerum diuinarum cognitione sacræ literæ sentiũt, cùm neq; sit quisquã, qui ad illud peruenire valeat, vsq; dum perueniat ad illud quod perfectum est, euacuato eo quod ex parte est.* Et rursum: *Rem ipsam planè, vt suapte natura est, etsi omnes omnium mentes ad inuestigandam vnà coirent, item ad enuntiãdum linguæ concurrerent, tamen, qui assequi posset, existeret nemo.* Hunc sane esse scripturæ sensũ sapientissimus declarauit Salomõ dicẽs: c *Dixi sapiens efficiar, & ipsa lõgius recessit à me, multo magis quàm erã.* Vtiq; quoniã sapiẽtiores citius, sublimiusq; in scripturę salebras incurrũt, eiusq; anfractus dignoscũt, & perhorrescũt, quos tamen rudiores ignorant,

b Hom. de vera, & pia fide.
c Eccles. 7. 24.

 & præ-

& præteruoleant. Vnde Auguſt. ad ſacrarum Scripturarum obſcuritatem ſtupeſcens conuerſus ad Deum dixit: *Mira profunditas eloquiorum tuorum, horror eſt intendere in eam, horror honoris, & tremor amor.* Si igitur linceis oculis horrorē incutit ſcripturæ profunditas, quid talpeis? Nullus igitur habens aliquid cordis & frontis, inficiari poterit ſcripturarum difficultatem.

CAPVT DVODECIMVM.

Reſpondetur argumentis ſecundi capitis, hoc eſt, argumentis ex ſcripturæ teſtimonijs deductis pro ſcripturarum perſpicuitate.

62 SVpereſt vt argumenta contraria demolliamur: & quidem omnia primi capitis ſatis conuoluta ſunt reſponſionibus inter arguendum ſubiectis: vnde tantum ſupereſt, vt replicas conuellamus. Replica autem argumenti primi ſua ſe falſitate conuellit: quoniam nihil falſius, quàm Prophetarum obſcuriſsima ſpectra, atque ænigmata eſſe commentaria præceptorum decalogi: licèt enim poſſent eſſe principia, ex quibus fortè præceptorum decalogi congruitas eruiualeat; aut etiam media directa ad iſtum finem. At principia non ſemper concluſionum ſuarum commentariæ ſunt; vtpotè non ſemper lucidioria, imò difficiliora ſæpiſsimè, vtpotè abſtractiora, & magis remota à ſenſu: & idem eſt de medijs, vt ſaltem de Incarnatione verbi ob finem redemptionis.

Viſiones Prophetarū non ſunt expoſitiones præceptorū decalogi.

63 Ad primam replicam ſecundi argumenti etiam inter arguendum reſponſum eſt. Ad ſecundam autem reſpondetur, quòd intra diſciplinarum genera, vel etiam ſpecies multæ ſunt, quæ non illuminant, quantumcumque interna ſibi, innataque luce polleant, niſi extrinſecus per Doctores, præceptoreſque illuſtrentur, & exponantur. Metaphyſica enim, v. g. quando per ſe ipſam cuique illuxit, aut aliquem per ſe ipſam ſufficienter illuminauit? & ſui notitiam, atque copiam fecit? niſi illuminatrix aliqua præcedat doctrina, & indagatrix ſolertia? Sic ſacræ literæ, quæ genus quodammodum diſciplinarum ſunt.

Scientiæ niſi edoceantur, non intelliguntur, etiāſi ſeipſis euidentes ſint.

64 Ad replicam 3. argumenti reſpondetur vere elogium illud intelligēdum eſſe de luce tàm exemplorum, quàm verborum, tàm doctrinæ, quàm morum. At non proptereà ſcripturæ verba eſſe clara, vtpotè quæ per ſe ipſa non patent magis quàm ſpeculatiuæ diſciplinæ, ad quarum elucidationem tot ſcholaſticorum gymnaſia, Doctorum cathedræ, præceptorum, atque magiſtrorum commenta excogitata, extructa, atque edita ſunt. Nec proptereà illarum diſciplinarum authores, aut inuentores tenebras effuderunt, ſed potius luminaria, & lumina, vtpotè quia adinuentione illarum præclariſsima adinuenerunt luminaria, intrinſecum ac natum lumen habentia, quamuis actu non illuminantia ante præuiam aliquam extrinſecam præceptorum, & expoſitorum illuſtrationem; ſicut neque ipſi citra ſpecialem indaginem, atque vexationem, quæ intellectum dat, repererunt.

Non magis patēt ſacræ literæ quā ſpeculatiuæ diſciplinæ.

Et per hoc etiam patet ad extremam replicam 4. argumenti.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Respondetur argumentis 3. cap. ex sanctorum elogijs confectis pro scripturarum perspicuitate.

65 In historicis narrationibus, dogmatibus, ac præceptis scripturæ perspicuæ sūt

AD omnia itē argumenta secūdi cap. adhuc in eorū mollitione satisfactum est: præterquam ad extremas replicas; pro quarum intelligentia aduertendum est, Scripturas sacras variè admodum posse considerari, vtique secundum se totas, & secundum aliquam partem; item superficie tenus, ac tandem profundè & medullitus. Si igitur superficie tenus, & secundum aliquam dumtaxat partem considerentur, dubium non est quin in historicis narrationibus, præceptis, monitis, dogmatibusque potioribus perspicuæ sint. Cui enim audienti, vel legenti Caini, Sampsonis, Moysis, Dauidisve historias, difficile est intelligerē obiter & simpliciter eas, atque (vt aiunt) superficiē tenus & perfunctoriē, vt intelliguntur historiæ aliæ profanæ, & narrationes humanæ? Et idem est de illis: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Christus natus, mortuus, & sepultus est, &c.* Si autem profunde & medullitus, tunc tota omninò Biblia obstrusa nimis admodumque profunda sunt, vt patet tum ex dictis à cap. 6. vsque ad 11. & præcipuè cap. 11. ex Basil. & August.

Quo sensu patres asserant scripturas perspicuas esse.

66 Cum igitur sancti Patres constituunt scripturam facilem, & velut radij solis conspicuam esse, loquuntur de scriptura primo modo considerata, vtique secundum aliquas sui partes simpliciter, & obiter intellectas. Si autē aliquando id extendunt ad alias partes, re ipsa obstrusas & reconditas, v.g. ad illud *a* Ioann. 1. *In principio erat verbum, &c.* Intelligendi sunt quantum ad perspicuitatem verborum, de qua nos satis diximus cap. 9. vel saltim præsupposita communi interpretatione Patrum, quam amplexatur Ecclesia, maximè in his quorum explicita fides ad salutem necessaria est. Quia tamen hoc ex parte tantùm, & non absolutè cōuenit scripturis, de quibus semper verificatur, quòd multa remanēt adhuc satis nō intellecta penetralia: ideò affirmantius & vniuersalius dixerunt sacras literas esse obscuras, non autē ita claras.

a Ioan. 1. 1.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Respondetur argumentis 4. cap. ex ratione petitis.

Cur patres sua dicta probent Scripturis sacris, si scriptura obscurior est.

67 AD primum argumentum 3. cap. etiam inter arguendum responsum est. Ad replicam autem respondetur, quòd scripturas dici clariores quoad veritatem, non tantùm importat esse veriores; sed etiam manifestè constare, quòd sunt veriores. Nulli enim dubiū incidit quin Dei verba vera sint; at de expositorum elogijs, ac sententijs tale iudicium non est, & ideò ipsi expositores adhibent suis commentarijs pro confirmatione sententiarum suarum elogia Biblica, vt existimationibus suis fidem concilient. Ipsi autem interpretatione sua adhibent claritatem diuinis oraculis. Vnde causæ in præsentiarum sunt sibi inuicē causæ, quatenus scilicet eloquia sacra præbēt authoritatis pondus verbis sanctorum, & verba sanctorum præbent claritatem eloquijs sacris. Præterquā quòd sancti Patres numquam in probationem eloquiorum, quæ explananda suscipiunt, adhibent ipsa eloquia, sed alia longè distincta satis iam explicata, aut communi saltem consensu recepta.

Prope Apostolorum tēpora prodiere commentaria in scripturam.

68 Ad secundū argumentū benè ibi responsum est: ad replicam autē respōdetur falsum omnino esse, quòd diu multū post Apostolos Ecclesia caruerit

commentariis in Biblia sacra, cùm propè Apostolorum tempora floruerint Iustinus martyr, Irenæus Clemens Alex. Mellitus Asianus, Origenes, & alij, de quibus Eusebius, a Hieronymus, b & alij. Hi enim, & alij in sacras literas commentaria ediderunt.

a Lib. 6. hist. Eccles. cap. 11. & lib. 5. cap. 16.
b In Melitone.

Ad tertium respondetur, Spiritū Sanctū consulto voluisse scribere illo difficultatis genere, propter rationes ex SS. Patribus relatas, cap. 6.

69 Ad quartum benè ibi responsum est: ad replicam autem respondetur non opus esse canonicis interpretationibus, vt mandata Dei perspicua reddantur audientibus, sed satis esse legitimis interpretationibus, quibus sufficienter instruimur de voluntate diuina per sacras literas nobis intimata. Sed penes quem sit authoritas legitimè interpretandi literas sacras, videbimus infra suo loco; pro nunc satis sit scire, quòd vt omnino tollant, & abnegent huius legitimæ interpretationis authoritatem hæretici recentiores, procaciter abnegarunt scripturarum difficultatem; scientes, quòd si semel admisissēt illam, cogerentur concedere necessitatem interpretum pro bono & recto sensu scripturarum.

Nō opus est canonicis interpretationibus ad dogmatū, ac præceptorū perspicuitatem.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Respondetur quæstionis titulo, & ostenditur obscuritatem esse sacrarum literarum agnatam, atq; inseparabilem proprietatem.

70 HIS Ita longissimo orationis ductu præfinitis, atque peroratis, sequitur vt quæstionis nodum iam explicemus; explycatur autem per hoc quod si diuinæ literæ, altè, profundeque introspectæ, omnes omnino superant creatas, creabilesque ingeniorum acies, linguas, & mentes, vt ex Basilio, Augustinoque c supra retulimus (vtpotè, quæ tanquam eloquia à summo pectore edita summam abyssū referunt) consequens est, difficiles, atque obscuras omnibus semper esse, & proinde obscuritatis caliginem, velut proprietatem agnatam sibi naturaliter vendicare.

Transcēdunt sacræ literæ omnia creata ingenia.

c Sup. cap. 11.

Inde Gregorius Magnus: d *Sacra Scriptura, quia diuinitus inspirata est, tantò sublimius etiam præclara hominum ingenia superat, quantò ipsi præclari homines Deo inferiores sunt: & nihil in illa sublimitate conspiciunt nisi quod eis ipsis diuinæ dignationis bonitate reuelatur.* Item Ambrosius: e *Scripturarum liber, non ab alio quàm à Dei verbo aperiri potest. Vnde in Apocalyp. cap. 5. legimus, quod agnus librum signatum aperuit, quem nullus antea aperire poterat, & ideò solus Christus reuelauit Apostolis ænigmata, & legis mysteria Lucæ 24. quia solus ipse clauem scientiæ detulit.*

d Proœmio sup. libros Regum.
e Sermone 8. in Psalm. 118.

71 Horum ratio est, quia in scripturis sanctis continetur: f *Altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei.* Et iterum: g *Sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas*, inuestigabiles viæ, incomprehensibilia iudicia, incerta, & occulta sapientiæ eius, quam nemo nouit, nisi qui speciali Spiritus Sancti gratia collustratur, nemo capit, nisi cui filius reuelauerit, & spiritus ille, qui solus scrutatur profunda Dei, benignus affulgeat; vt ex Prouer. Psalm. & Christo argutè, & prudenter notauit Feu-ardentius. h

In scripturis splēdet altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei, eiusque virtus,

f Rom. 11. 33.
g Rom. 1. 20. Psalm. 50. 7. Matth. 11. 27. 1. Cor. 2. 10.
h Ad Versum 15. 2. Petri 2.

72 Quod si obijciatur nobis, librum illum signatum Esaiæ, i esse iam beneficio agni immaculati apertum Apoc. 5. vt nuper ex Ambrosio audiuimus, & proindè Scripturam sacram libro designatam illo iam omnibus conspicuam esse, adeò vt Hieronymus in hæc verba proruperit: k *Priusquam salutor humanum corpus assumeret, & humiliaret se, formam serui accipiens, clausa erat lex, & prophetæ, & omnis scientia scripturarum, & clausus paradysus; postquam autem ille pependit in cruce, & loquutus est ad latronem* l *hodie mecum eris in paradyso, statim velum templi scissum est, & aperta sunt omnia, ablatoque velamine dicimus, nos autem reuelata facie gloriam Domini speculates in eandem imaginem transformamur, &c.*

Obijcitur cōtra prædicta.

i Esai. 29. v. 11. Apoc. 5. 8.
k Sup. cap. 44. Ezechiel.
l Luc. 23. 43.

Si igitur

Diluitur obiectio prædicta.

73 Si igitur id obijciatur, respondetur verum esse, quòd Incarnatione, Natiuitate, Prædicatione, morte, resurrectione, ac similibus Christi mysterijs figurarũ velamen à sacris literis ablatum esse: quoniam accedente luce vmbræ discutiuntur, & veritate existente figuræ aufugantur. At hoc tantùm fuit aperire allegoricos sensus, non verò omnes Scripturæ sinus: habet enim plures recõditos sensus, & optimos, de quibus dubio sequẽti. Vnde ipse Hierony. doctè, & disertè hæc verba constituit: m *Adhuc hodie manet velamen, non solùm in facie Moysi, sed etiam in facie Euangelistarum, & Apostolorum, si consideremus scripturarum difficultatem, & propterea orandum est cum Propheta,* n *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, vtique mirabiles, ac diuinos sensus quos continet.* Inde dicitur o librum fuisse apertum, cùm tamen adhuc esset septem suis sigillis obsignatus, vt patet ex eiusdem Apoc. p Vtique in signum quòd Scripturæ sacræ quantumcumq; à Christo propalatæ, adhuc recõditos multum retinent sensus, quibus quasi tenacissimis obstruuntur vectibus, aut sigillis. Quare, & si Christus Apostolis Scripturas aperuit, nihilominus Spiritũ Sanctum super eos misit, qui eos omnes veritatem doceret, & illis suggereret cuncta, quæ ab illo acceperant. Videatur sanctissimus noster, atque sapiẽtissimus Beda super Apoc. 6. q initio, & simul animo perpõdamus quãta mẽtis acie, quantaq; viriũ potentia, & synceritatis præstantia scripturarũ scrutator indigeat, cum vel ad primam libri apertionem agnus habens oculos septem, & cornua septem cõquisitus fuerit. r Vnde ingenium egregiè dextrum, indefessum, atque sine intermissione studium simul cum cordis candore, qui non habuerit, progressus in sacris literis penè nullos speret, vel ad summum exiles, & leuissimos.

m Epist. ad Paulinum de institutione Monach.
n Psal. 118. 18.
o Apoc. 5. 2.
p Cap. 6. & 8.
q Sup. Apoc. 6.
r Apoc. 5. 6.

Propria est Scripturis sacris obscuritas.

74 Cum igitur huiusmodi difficultatis genus peculiare sit sacris literis, neque illis commune cum alijs, quantumcumque excelsis, sequitur esse illis proprium, ac germanum accidens potiusquam commune; licet difficultas, obscuritasque suborta præcise ex modo dicendi per tropos, ambages, circuitiones, figuras, ac similia, commune prædicatum sit illis cum omnibus, alijs literis, quæ huiusmodi loquutionibus gaudẽt. Vt enim scripta alta etiam pulcra sũt, similiter sunt obscura: quia prouerbiali specie dictum, & verificatum est: *Omne pulcrum arduum*, quare vel ille cecinit.

Armat spina rosas, mella tegunt apes.

Mysterio dãda Scripturarũ obscuritas.

75 Quia præclara quæq; quasi per naturam habẽt seuerissimos sui custodes, ne facilis ad ea pateat additus, sed difficilis prorsus, atq; obstrusus, ne vilescãt: sacræ autem literæ, vt sublimiores, & diuiniores sua se sublimitate, & profunditate muniunt, & sæpiunt, etiãsi obscuritate verborum non tegantur: & ideò agnata est illis obscuritas; alijs verò literis non nisi quasi adiectitia; non enim suoptè ingenio portant varios ac diuinos sensus, vt sacræ literæ important. De quibus dub. sequens.

DVBIVM DVODECIMVM.

Vtrùm sacræ literæ plures contineant sensus?

SVMMARIVM.

1 *Quid intelligendum nomine sensuũ Scripturæ?*
2 *Partis negatiuæ patroni hæretici sunt.*
3 *Arguitur primo pro parte negatiuæ quæstionis.*
4 *Arguitur secundo à parte negatiuæ.*
5 *Arguitur tertio ad idem.*
6 *Ostenditur ex Iudæis pars affirmatiua.*
7 *Ostenditur ex Patribus idem.*
8 *Ostenditur ex Scripturis pars affirmatiua.*
9 *Ostenditur idem ex Paulo.*

10 Scripturarum sensuum alius literalis, alius mysticus: & horum quilibet multiplex.

11 Qualis literalis sensus?

12 Exemplis demonstratur literalis sensus.

13 Plures sunt literales sensus.

14 Quid sit parabola?

15 Quisnam sensus mysticus?

16 Quid ly mysticum?

17 Authore Deo, non tantum voces, sed & res significant.

18 Significatio ex rebus dicitur significatio mystica: & ideo iuxta rerum varietatem variatur sensus mysticus.

19 Exempla literalis sensus allegorici, tropologici, & anagogici.

20 Quisnam sensus accommodatitius?

21 Sensus accommodatitius elegans.

22 Quadruplex accommodatitius sensus, & exempla cuiuslibet.

23 Nullus Scripturæ locus sine literali sensu.

24 Opponit se Lyranus, & obijcit aliqua ex scriptura & Patribus.

25 Lyrano respondetur.

26 Vna litera capit plures literales sensus.

27 Sermo, vt moneta pretiosa, quæ in parua quantitate plurimum habet pretij.

28 Cur vna Scripturæ litera plures sensus admittat?

29 Cur Scriptura olim Hebraico sermone: & quidem sine vocalibus punctis exarata?

30 Lectionum varietas varios literales sensus inuexit.

31 Impugnant aliqui pluralitatem sensuū literalium sub eadem litera.

32 Euertitur præmissa impugnatio.

33 Soluitur argumentum prædictæ impugnationis.

34 Qualiter sensuum pluralitas sub eadē litera confusionē nō pariat?

35 Pluralitas sensuū literaliū sub eadē litera, non tam est ratio æquiuoca, quàm analoga.

36 Inter literales sensus, vnus alio præstat dignitate perspicuitate, & infallibilitate.

37 Qualiter literalis sensus inuestigandus?

38 Sūmo atq; indefesso labore opus est ad Scripturæ globos tranandos.

39 In quibus literalis sensus præstet mystico.

40 Quantis sensus mysticus præstet literali.

41 Cur ergo sēsus mysticos à doctioribus Ecclesiæ Patribus tāti insundatum est.

42 Impudentia Lutheri aduersum sensus mysticos.

43 Quādo sēsus mysticus præstat literali.

44 Aliqui admittunt sensus mysticos in omni litera: aliqui ab aliquibus explodunt: aliqui ab omnibus.

45 Ostēditur nō omnē Scripturæ literā mysticos admittere sensus.

46 In vtroque testamento inueniuntur plura sensu mystico interpretanda.

47 Audiatur Augustinus prædicta constituens.

48 Audiant concionatores.

49 Arguitur quod tantū in sacris literis mystici sensus inueniantur.

50 Arguitur sensus mysticos etiam in alijs literis quā in sacris reperiri.

51 Vera mystici sensus ratio non inuenitur in alijs præterquam in literis sacris.

52 Discrimen inter hieroglyphica, & mysteria sacra.

53 Sensus mysticus quomodo inuestigandus?

54 Sancti Patres Ecclesiæ dentes.

55 Arguitur ex Patribus, quod ex sensu mystico non potest sumi argumētum validum.

56 Arguitur sensum mysticū valere ad confirmandas res fidei.

Aliquando

57 *Aliquando sensus literalis est pro mystico intentus: crebrius autē est è contrario in testamēto veteri.*

58 *Quando sensus mysticus conducat ad arguendum: quādo verò non.*

59 *Sēsus mysticus ex Scriptura hauriēdus, vel ex scriptoribus maximis.*

60 *Quando sensus accommodatitius bene, quando vero male inducitur.*

61 *Sensus accommodatitius verborum ab authore intentus.*

62 *Non est maior, aut minor authoritas sensus accommodatitij, quam authoritas inducentis.*

63 *Quare scripturæ verba cum sint* Dei, *&* a Deo, *non habent infinitatem?*

64 *Etiam si scripturæ verba haberent infinitatem, adhuc infinitis sensuum generibus non pollerent.*

HOc etiam dubium spectat ad quæstionem de qualitate scripturæ, quod ante me plures pluribus exagitarunt, vtique D. Thom. a & interpretes illius, Driedo, b Petrus Soto, c Canus, d *Bellarm.* e & alij, quos ipse refert.

Quid intelligendum nomine sensuū scripturæ?

1 Est autem notandum, quod sensum scripturæ nomine, non corpoream aliquā sensationem: sed mentis intelligentiam, & cōceptum significare volumus vti dicitur: *Optaui & datus est mihi sensus:* & alibi, g *Nos autem sensum Christi habemus.* Vnde Quintilianus, h *Iam consuetudo obtinuit, vt mentis concepta sensus vocaremus.* Et Plinius: *Nihil tam ridiculum, quam verborum sonitus inanis sine sensu ac setentia.* Inde ly sentire accipitur translatitie pro eo quod est intelligere, cognoscere, & æstimare, velut in Sap. i *Sentite de* Domino *in bonitate.* Inde ortum habuit sententia; iuxta illud Quintiliani K *Sententiam veteres quod animo sensissent vocabant.* Inde demum ly sensus etiam translatitie sumitur pro intellectu, intelligentia, & iudicio, vt in Sap. l *Terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Dubium igitur est, an scripturæ sacræ vna & eadem litera plures sensus ambiat.

a 1. *p.q.* 1. *art.* 10.
b *Lib.* 2. *de Eccles. dogmat ca;*
c *In disens. suæ confessionis.*
d *Lib.* 2. *de locis cap.* 6.
e *Lib.* 3. *de verbo Dei cap.* 3.
f *Sap.* 7. 7.
g 1. *Cor.* 2. 16.
h *Lib.* 8. *cap.* 5.
j *Sap.* 1. *vers.* 1.
K *Vbi sup.*
l *Sap.* 9 *v.* 15.

CAPVT PRIMVM.

Authores & argumenta partis negatiuæ.

Partis negatiuæ patroni hæretici sūt.

2 A PARTE negatiuæ quæstionis aliqui inferuntur hæretici, vtique Otho apud Cocleum, a Suenckfeldius apud Palladiū b Iunius Sibrandus, Vvitakerus, & alij Caluinistæ apud Grethserum, c defensorem Bellarmini. d Horum autem omnium antesignans proculdubio extitit perfidus ille sacræ religionis desertor impudicus Porphyrius; eo quod is apud Eusebium Cæsariensem, e tamquā deliras irridebat varias scripturæ sacræ expositiones.

Argumenta autem quibus ad hanc vesaniam adduci, vel induci potuerint, hactenus non vidi, nec video; disputationis tamen gratia aliqua ego concinnabo.

a *Lib. de authoritate script. cap.* 6
b *De hæresibus huius temporis.*
c *In defensione.*
d *Li.* 3. *de verbo Dei cap.* 3.
e *Li.* 3. *hist. c.* 17

Arg. 1. pro parte negatiua quæstionis.

3 Arguitur igitur in primis vnam scripturæ literam plures non posse sensus habere, vtique ex eo, quod alias talis litera æquiuoca esset, vtpotè varia significans sub vno simplici nomine: at æquiuoca ab omni bona disciplina releganda sunt, vtpotè quæ confusiones, & deceptiones omnibus pariunt, adeò vt certa aliqua notitia, aut cōceptus non possit formari de illis, sed lectorem & auditorem ancipitem & perplexum relinquant, quod studiorum disciplinæ maximè repugnans est. Ergo multo magis repugnabit sacræ disciplinæ qualis est sacra pagina.

Arg. 2. à parte negatiua.

4 Deinde si in vna litera plures cōtinerentur sensus, maximè quoniam literæ sacræ vberrimæ, atque fœcundissimæ sunt, vtpotè verbum Dei, diuinaque

quæ proles, ab infinito illo diuinæ ſapientiæ pectore, pelagoque eructatæ. At ſi hæc ſufficerent ad plures ſenſus ſufficerent etiam ad infinitos, vtpotè, ab infinito gurgite dimanantes, imò ſequeretur, quod non tantum in vna litera ſacra, ſed in qualibet illarum plures, & infiniti ſenſus ſubſiſterent, vtpotè quod omnes illæ ſunt verbum Dei, diuinæque mentis proles. At nullus tale quid vmquam dixit, ergo neque illud dicendum apparet.

5 Tertiò ſi præter modò relata, & impugnata, aliquid ſupereſſet in literis ſacris varios inducens ſenſus in aliqua litera, maximè loquutionum varietas ex figuris & tropis. At etiam profanis in literis multæ continentur figuræ, & ſchemata multa; vt cuique vel mediocriter in eis tincto conſtat. Igitur ſicut his non obſtantibus ſenſuum pluralitas in iſtis non conceditur, ſequitur quod neque in illis ſit concedenda. *Arg. 3. ad idem.*

CAPVT SECVNDVM.

Oſtenditur, quod in ſacra pagina vna litera plures contineat ſenſus.

6 VERITAS Inconcuſſa tamen, atque irrefragabilis eſt, quod in vna litera ſacra plures continentur ſenſus, vt aperte de mente Eſſenorum (hi inter Iudæos optimi, doctiſsimi, & religioſiſsimi habebantur) refert Philo Iudæus *a* & de mẽte eiuſdem Philonis doctiſsimi Hebræorum Euſebius Cæſarien. *b* & de ſe ipſo Ioſephus *c* Iudæorũ Magiſter, & Magiſtrorũ Princeps prodit dicens: *Atq; hæc in hunc modum interpretati ſumus per occaſionem, ne latentem in his legiſlatoris ſapientiam vltrò diſsimulare videamur.* *Oſtenditur ex Iudæis pars affirmatiua.*

7 Ex Patribus item adhuc antiquiſsimis id ita obuium, & perſpicuum eſt, vt tempus in eo terere, ſit tempus ludere, cum ſcripta, & commentaria illorum hanc ſenſuum pluralitatem maximè effundant. Qui tamen ſententiam iſtam ſerius ſatiuſq; docuerint, ſunt Origenes, *d* Hieronymus, *e* Auguſtinus, *f* Cyrillus, *g* Ambroſius, *h* Gregorius Magnus, *i* Beda, *K* Bernardus, Hugo de ſancto Victore, *l* prout accuratè congeſsit inter alios Gabriel Vazquez, *m* qui etiam ex ſcholaſticis doctoribus refert alios præter eos, quos in fronte huius dubij nos præfiximus. *Oſtenditur ex patrib⁹ idẽ.*

Luc. 24. v. 27. & 45.

8 Quod autem inconcuſſa atque irrefragabilis hæc veritas ſit, patet ex eo, quod vt habetur apud Lucam, *n* Chriſtus Dominus interpretatus fuit Apoſtolis omnes ſcripturas, quæ de ipſo erant, incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis: & rurſus dixit eis: *o Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege, prophetis, & pſalmis de me*: quæ cum ſcripta non inueniantur in cortice, & in corpore literæ (vtpotè qui Chriſti myſteria extrinſecus, neque in lege, neq; in prophetis, neque in pſalmis ſonant) neceſſum eſt ſcripta eſſe in penetralibus, atque in ſecretioribus eius, ita vt litera aliud ſonet & ſignificet, aliud etiam contineat, & recondat, vt inde hauriri poſsit. Quod ſi alij ſenſus ſunt intranei, præter illos quos litera ſacra extrinſecus prodit, conſequens eſt, quod vna litera ſacra plures ſenſus admittat. Quare cũ Chriſtus apud Matthæum dixit: *p Signum non dabitur eis, niſi ſignum Ionæ, &c.* Planè oſtendit Ionæ hiſtoriam aliud palàm promere, vtique illius Prophetæ euentus, aliud verò intrinſecus protendere, vtique eiuſdem Chriſti Domini ſepulturam, & reſurrectionem; ſenſus autem ille ab iſto longè diuerſus eſt, litera tamen eſt eadem. *Oſtenditur ex ſcripturis pars affirmatiua.*

9 Hinc factum eſt primo, quod Paulus, vel de eruditiſsimis Hebræis dixit: *q* obtuſſos habuiſſe ſenſus, & non intellexiſſe ſcripturas, quas ipſi quotidie verſabant; vtique quoniã licet intelligerẽt hiſtoricã narrationẽ; quã ipſi populo declarabant, tamen illius hiſtoriæ ſpiritũ & ſignificationes arcanas non callebant *Oſtenditur idem ex Paulo*

a In lib. de vita theoritica.
b Lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 17.
c Lib. 3. antiq c. 8. alias 11. ad calcem.
d Lib. 11. in ca. 15. epiſt. ad Rom. & li. 4. Periarc. cap. 2. & hom. 2 hom. & 7. in Gen. & hom. 11. in nume.
e In magnis commentarijs ad ca. 4. epiſt. ad Galat. & lib. de Paſchate & in epiſt. 150 q. 12.
f Lib. 1. de Geneſis ad lit. cap. 1. & li. de relig. c. 50. & li. 3. de doctrin. Chriſtia. c. 17.
g Li. 1. in Leuit. in princ. & lib. 5 ante medium.
h Serm. 14. & in Pſal. 118. ver. 1.
i In præfact. moral. cap. 3. & 4. & lib. 22. mor. c. 22.
K In princ. Gen. ſerm. 61. ex Pſal.
l Lib. 6. eruditi. cap. 3. & 4.
m 1. p. d. 14. ca. 2
n Luc. 24. 27.
o Verſ. 44.
p Matt. 12. v. 39
q 2. Cor. 3. 14. & 15.

callebant 2. quod scriptura illa Exod. *r Os non comminuetis ex eo*, inducta fuit à Ioãne *s* ad aperiendã causam cur Christo non sint fracta crura, dicẽs id factũ est, *Vt implerentur scripturæ, quæ dicit, os non comminuetis ex eo.* Quod cum iuxta literam intelligendum esset de agno paschali, consequens est, quod si etiam intelligi debuit de Christo, quod etiam habuit plures sensus, vnum de illo agno, alium de Christo.

r Exod. 13. 46.
s Ioan. 19. 36.

CAPVT TERTIVM.

Ostenditur quinam in sacra Scriptura reperiantur sensus?

10 Scripturarũ sensuum alius literalis: alius myxticus. & horum quilibet multiplex.

OSTENSA Pluralitate sensuum sacræ scripturæ, sequitur, vt in primis eorũ numerum cõputemus, quod vt exequamur, sciendum est. Scripturæ sensum prima sui diuisione diuidi adæquatè in literalem, qui vocatur historicus, & in mysticum, qui vocatur typicus, & spiritualis; ac denique in accommodatitium.

Deinde sensus literalis diuiditur in literalem proprium, & in literalem improprium; & tandem in literalem parabolycum. Mysticus verò in allegoricum, tropologicum, & anagogycum; accommodatitius denique in verbalem, sententialem, historialem, & exemplarem: Singulorum exempla mox cum definitionibus adducemus. Hæc de diuisione, & numero.

Qualis literalis sensus.

11 His ita præmisis, vt ad definitiones accedamus. Sẽsus literalis scripturæ, siue proprius siue improprius, siue parabolicus est ille, quẽ Deus scripturæ author proxime intendit per literã, hoc est per scripturã suam, tãquã per verbũ suum scriptum iuxta verbi significationem. Ita D. Th. *a* Burgen. *b* Alphonsus de Castro, *c* Sixtus Senen. *d* Driedo, *e* Turrianus, *f* Adamus, *g* & ferè omnes. Ratio autem est, quia sensus literalis sumitur à litera, hoc est à litera, vt ab auctore desumpta ad proximè significandum aliquid, quod si hæc fiat verbis in propria & vsitata significatione acceptis, tũc sensus erit proprius literalis; si autem metaphoricis, & translatitijs, tunc erit literalis improprius hoc est translatitius, & metaphoricus; si vero parabolicis narrationibus, ac similitudinibus, tunc erit sensus literalis parabolicus.

a 1. p. q. 1. ar. 10. 4. & ad 3. argum.
b *In additione ad vtrũq; prolo. lir.*
c *Li. 1. de hæres. cap 3.*
d *Lib. 3. biblia sacr. cap. 2.*
e *Lib. 2. de Sac. cap. 2.*
f *Lib. consti. Apostolorũ sub finem.*
g *Præfact. in Esaiam.*

Exẽplis demonstratur literalis sensus.

12 Exempla prioris sensus sunt omnia scripturæ verba in propria, & vsitata significatione accepta, referentia gestum vel gerendum, præteritum, præsens, vel futurum: *h Vt in principio creauit Deus cœlum & terram.* Et similia. Exẽpla secundi sunt quæcumque scripturæ elogia in translatitia, & metaphorica significatione exarata, vt *i Vicit leo de tribu de Iuda*, & similia. Exempla tertij sunt omnes in vniuersum parabolæ Matth, *k* Lucæ *l* & similia, in quibus assimilatur regnum cœlorum fermẽto, homini qui seminauit bonum semẽ, homini Regi, grano synapis; decem virginibus, & etiam illa Canticorũ, *m* vbi Salomon sub persona pastorum sponsi; & sponsæ introducit Christum, & Ecclesiam amice sibi inuicem colloquentes.

h *Gene. 1. ver. 1.*
i *Apocal. 5. v. 5.*
K *Matth. 13. & 25.*
l *Luc. 7.*
m *Cant. 1.*

Plures sunt literales sensus.

13 Sunt autem omnes isti sensus literales, quia sunt id quod primum ex significatione terminorum propria, vel impropria intenditur. Distinguntur tamen intersè, quoniam primus & vltimus significantur proprijs, ac natiuis vocibus, seu terminis, iuxta consuetum loquendi modum. Secundus autem nõ nisi quæsitis, metaphoricis, & translatitijs, licèt ab authore assumptis, & translatis ad immediatè significandum id quod primum explicare intendit per illa verba. vtique Christum fortem validum, ac Principem, in præallegato Apocalyp. verbo: ex mente enim authoris ita immediatè significatur ibi Christus per leonem, atque si vox ista *Leo* ex primæua sua significatione signifi-

significaret Christum: cum tamen non significet, nisi metaphorice. Primus itē & secundus distinguūtur à tertio, quoniā in illis vera historia, res gesta, aut gerenda producitur, in hoc autem non nisi tantum similitudo rei gestæ, vel etiā in gerendæ; iuxta illud Iustini Martyris, *n Parabola sermo est similitudinem habens rei gestæ cum ea, quæ futura est: historia verò sermo est complectens descriptionem rei gestæ*. Quia autem assimilatio, quæ inducitur, vera est, vtpotè quia verum est cœlorum regnum esse simile omnibus illis rebus iam memoratis, siue fuerint, siue non fuerint, nec futuræ sint, ideô parabola ipsa verissima est, & quasi historia refertur, & sensus eius dicitur literalis & historicus. 14 Quid sit parabola

n Lib. q. & Pontificum quæst. 60.

15 Sensus item mysticus definitur ille, qui non ex significatione verborum propria, vel impropria, sed ex rebus ipsis per verba significatis eruitur, hoc est, quia ex significatione rerum quas verba denotant elicitur, vti cum apud Matth. dicitur, *o Sicut fuit Ionas in ventre cetis tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ*. Sensus est rem illam, & historiam prædictis significatam verbis, ac terminis, hoc est Ionam, & inclusionem eius in ventre cetus, atque etiam exclusionem ab illo, significatas per verba historiæ typum fuisse Christi, & sepulturæ, ac resurrectionis eius. Quisnam sensus mysticus

o Malac. 12. 4.

16 Ratio autem huius nomenclaturæ est, quod ly mysticum est idem quod arcanum, atque reconditum: mysticum enim dicebant Græci omne id quod in sacris deorum arcanis peragebatur, vt *Bacciorgia*, id est cæremoniæ, quæ nocte clam à solis mulieribus celebrabantur: mystica etiam dicebatur ipsa sacrorum significatio occulta, iuxta Strabonem, vnde *sacra mystica* apud Ouidium, *p & futura mystica* apud eundem, & *mystica hostia* apud Tibullum, *q & mystica vitis* apud eundem; vbi consulendus interpres eius Bernardus Cyli Beronen. Itaque mysticum idem est, ac sacrum reconditum. Vnde cum in rebus significatis per voces includatur, & circumscripiatur sensus alius distinctus à sensu vocum seu terminorum, ideô appellatur mysticus. Vt etiam apud Ciceronem, *r* appellatur mystagogus ille, qui est sacrorum arcanorum princeps. Appellatur etiam sensus iste spiritualis, vtpotè quia tamquam anima & spiritus latet in corpore rerum, quas verba significant. Quid ly mysticū?

p Epist. 2. Idem 2. de arte amandi.
q Lib. 1 eligia 1. idem li. 3. eleg. 6. vers. 1.
r 6. in Verrem.

17 Quod si roges quomodo res ipsæ significatæ per verba fiant signa, & significent, & alium sensum reddant distinctum à sensu verborum? Respondet Diuus Thom. *s* in causa esse quod author scripturæ est Deus, in cuius potestate est, vt non solùm voces ad significandum accommodet (quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas, & ideô cum in omnibus scientijs voces significent, hoc habet proprium ista scientia, quod ipsæ res significatæ per voces etiam significant aliquid. Huius autem rationem reddit D. Th. *t* alibi, vtique ex eo, quod cursus rerum subest diuinæ prouidentiæ, & non humanæ, vnde solus Deus potest sua prouidentia dispone re, & accommodare res, vt secundum cursum, quem ex prouidentia diuina sunt habituræ, non solum assimilentur alijs rebus futuris, sed etiam ex instituto & præordinatione diuina significent eas res, quarum similitudines gerunt. Hæc D. Thomas. Authore Deo nō tantum voces, sed res significāt.

s Vbi sup.
t Quod lib. 7. ar. 16.

18 Et certè si in hominū potestate est determinare (licet ab extrinseco) voces ad peculiares significationes, imò & aliquando res ipsas, vt patet in ramo ante tabernam: cur Deus instituto suo accommodare non poterit res significatas per verba sua, vt ipsæ vlterius aliquando protendant, & significent? Hæc igitur significatio ex rebus desumpta dicitur mystica. Quia autem res, per scripturæ verba significatæ, sunt in triplici differentia, nam aliæ sunt figuræ credendorum, siue eorum, quæ facta vel futuræ sunt in testamento nouo, & lege gratiæ; aliæ agendorum in hac vita; aliæ sperandorum pro alia: ideò illatum sensus mystici Significatio ex rebus dicitur significatio mystica, & ideo iuxta rerum varietatē variatur sens' mysticus.

stici sunt in triplici differentia, quoniam figuræ credēdorum important sensum mysticum allegoricum, figuræ agendorum mysticum tropologicum, seu moralem, figuræ autem sperandorum mysticum sensum anagogicum. Vnde versiculus ille apud Lyranum complectens quatuor hactenus distinctos sensus, vtique literalem, allegoricum, tropologicum, seu moralem, & anagogicum.

Litera gesta docet, quod credas allegoria,
Moralis quid agas, quid speres anagogia.

Exempla literalis sensus allegorici, tropologici, & anagogici.

19 Exempla horum omniū sunt in hac voce *aqua*: in sensu enim literali significat veram aquam, vt in Genes. v *Congregatæ sunt aquæ in locum vnum*. In sensu autem allegorico significat baptismum, vt in Ezech. x *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*. In sensu tropologico prudentiam vitæ, & doctrinam morum, vt in Prouerb. y *Aqua profunda verba ex ore viri*. In sensu denique anagogico significat beatitudines, vt in Hierem. z *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*. Iuxta quæ ex Luthero a Sixtus Senen. b notauit.

v Gen. 1. 19.
x Ezech. 36. 25.
y Prou. 9. 17.
z Hiere 2. v. 22.
a Libr. spiritual. formularum.
b Lib. 3. BB. S. cap. 2

Quis nā sensus accommodatitius?

20 Sensus denique accōmodatitius est, hoc eruitur ex verbis aliūde transcriptis, & apposite sumptis, & translatis ad significandum aliquid; quod tamen ex mente primæui authoris & scriptoris non significabant; vt cum Ecclesia accommodat Gregorio, Augustino, & alijs Patribus id quod in Ecclesiastico habetur de Noe, c *Inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio*. Sanè in Apocalypsi d videmus hoc modo applicata duobus illis (qui ad finem mundi erunt) prædicatoribus, verba illa quæ Spiritus Sanctus apud Zach. e dixit de Iesu Sacerdote filio Iosedech, & de Zorobabel duce Iuda; vtique, *Hi sunt duæ oliuæ; & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes*;

c Eccles. 45. 17.
d Apocal. 11. 4.
e Zachar. 4. 11. & 14.

Sensus accommodatitius elegans.

21 Ratio autem est, quia huiusmodi accōmodatitius sensus libris omnibus communis est, & prorsus immunis ab omni nota & labe, sed potius cum maxima styli eorum elegantia & gloria, vt patet non tantum in prophanis Homeri, Virgilij, Horatij, & aliorum centonibus, & maximè in politica Lypsij apprime contexta verbis accommodatitio sensu vsurpatis, sed in ipsis sanctorum Patrum etiam codicibus, maximè Bernardi, atque etiam in Cōciliorumque Pontificum decretis & rescriptis, & tandem in Ecclesiæ libris ritualibus, Breuiarijs, atque Missalibus pro Missa, ac officijs canonicis, summo cōsilio editis, atq; elaboratis. Cum igitur, quæ libris omnibus communia sunt sacris denegari non debeat, consequens est, quod libri etiam sacri huiusmodi sensus contineant.

Quadruplex accommodatitius sensus. Et exempla cuiuslibet.

22 Quia vero ad quatuor dumtaxat capita reducentur, quæ in omni librorum genere supellectiliq; coagmentantur, vtique verba seu dicendi phrases, sententiæ, exempla, & historiæ, ideo partiti sumus sensum accommodatitium in verbalem, sententialem, exemplarem, & historialem.

Exemplum accommodationis verbalis, non tantū est, id quod ex Zacharia, f supra retulimus, verum etiam illud Esaiæ, g quod in Matth. à Christo inductum est, h *Populus hic labijs me honorat*: quod enim Esaias animum ad alios intendens dixit, hoc Christus accommodauit aduersarijs suis. Exemplū accommodationis sententialis est illud Pauli ad Titum, i *Cretenses semper mendaces, ventres pigri, malæ bestiæ*. Quod ex poëta Epimenide sumptum, taxauit Cretenses sui æui, vt Epimenides taxauit eos, qui Cretam suo seculo incoluerant. Exemplum accōmodationis exēplaris & historialis referuntur à Patre sapientissimo Vazquez, k illa quæ ex Lucæ 6. l Regum c. 21. m adduxit Christus Dominus de Dauid, vtique quod necessitate compulsus panes propositionis comedit, vt sic à simili, & ab historia ostenderet, quod Apostoli simili necessitate compressi iure potuerūt in die sabbathi euellere spicas, & manibus confricata grana comedere, quidquid Pharisæi obganirent. Verum si res

f Zachar. 4. v. 11
g Esai. 29. 13.
h Matth. 15. 8.
i Tit. 1. v. 12.
K 1. p. disp. 15. cap. 7.
l Luc. 6. 3. & 4.
m 1. Reg. c. 21. v. 6.

res strictè expendatur potius in sensu literali, quàm in accommodatitio Christus historiam illam inuexit, vtpotè, quod non de Apostolis, sed tantum de Dauid retulit Christus eam. Cum tamen de ratione sensus accommodatitij sit, quod verba inducta ad significandum aliquid aptentur & applicentur ad significandum aliud longè distinctum, & omnino diuersum ab intentione authoris eiusmodi verborum, sed tamen ad ostendendam naturam accommodationis exemplaris, & historialis sufficientissima relata verba sunt; licèt aptiora videãtur illa Matth. n ex Osea o *Ex Ægypto vocaui filium meum*. Et illa Matth. p ex Psalm. q *Aperiam in parabolis os meum*. Et similia, quæ ex aliorum sententia in sensu tantum accommodatitio dicta sunt.

n Matth. 2. 15.
o Osee 11. 1.
p Matth. 13. 35.
q Psal. 77. 2.

CAPVT QVARTVM.

Obseruationes circa sensum literalem scripturæ quibus ostenditur primò, nullum esse scripturæ locum absque sensu literali: secundò plura esse loca quæ plures sensus literales admittunt: tertiò quomodò inquirendus sit literalis sensus?

PRÆMISSIS Iã scripturæ sensuũ diuisionibus atq; diffinitionibus ex cap. præcedenti, sequitur vt quæ sunt genuina cuique sensui aperiamus. Et imprimis de primo omnium sensu, qui est literalis, id primum statuimus nullam esse in sacra pagina partem sine illo, vtpotè quod nullum est verbũ scripturæ, sine aliqua significatione propria, vel metaphorica; quoniam aliàs non esset verbum, nedum verbum *Dei*; sensus autem literalis est quem vocum & verborum significatio reddit, vt prædiximus. 23

Nullus scripturæ locus sine literali sensu.

Præterquam quod si aliqua scripturæ pars literali sensu careret, consequẽs esset, vt etiam careret mystico, vtpotè quod iste fundatur in illo, & continetur in eo: vt patet ex supradictis Vnde Gregorius, a Hieronymus, b & alij dicunt, sensum literalem esse radicem & fundamentum sensus mystici, & velut corpus huius animæ, & corticem huius nuclei. Cuius ratio est, quia sensus mysticus est sensus rerum, quas verba significant. At repugnat esse scripturæ verbum sine sensu literali, quoniam aliàs non esset verbum Dei, vtpotè nihil ex illius intentione, aut etiam directione significans, quoniam sensus accommodatitius non est ex mente Dei. Ergo nulla est pars scripturæ literali sensu carens.

a Hom. 2. in Ezech.
b In Epitaphio Paulin. & Præfatione in Esaiam & sup. Esai. 3. & sup. Ezech. 4. & sup. Amos 9.
c In 3. proleg. Bibliorum.

24 Scio Lyranum, c oppositum intendisse, propter quædam scripturæ loca, quæ literaliter accepta videntur facere sensum falsum, vel absurdum. Cuiusmodi sunt illa Iudicum, d *Ierunt ligna vt vngerunt super se Regem*: & Matth. e *Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proijce abs te*. Cui fauere videtur Ioannes Maldonatus f dicens aliquando in scriptura sensum literalem coincidere cum mystico: vt patet in narratione g de probatica piscina, quæ erat baptismi signum. Imò & Sancti Patres videntur in eam sententiam ire: nam Dionysius h de Apocalypsi esse mysticã reuelationem. Et Hieronymus tot esse sacramenta Apocalypsis, quot verba Et Gregorius Magnus, i & Origenes K dicunt recurrendum esse ad mysterium, vbi litera bono sensu caret, vt videtur carere illa Iob, l *Pereat dies in qua natus sum*.

Opponet se Lyranus & objicit aliqua ex scriptura & Patribus.

d Iudic. 9. 6.
e Matth. 18.
f Sup. Ioan. 5. v. 14.
g Ioan. 5. 2.
h De diuinis nominibus.
i L. 4. moralium c. 1. & 2.
k ... 4. Periar. ... cap. 2.
l ... 3.

25 Sed hæc & similia quæ Gabr. Vazquez copulat ex Origene, Chrys. & Ambrosio veritatis stabilitæ pondus non eleuant; quoniam priora illa oracula, m

Lyrano responsetur.

cula, m & similia habent quidem sensum literalem, licèt non proprium, sed metaphoricum, quatenus per ligna denotantur homines, de quibus ille dixit esse, n *Velut arbores ambulantes*: & alius dixit esse, *inuersas arbores*. Et per manus & pedes præscindendos coniunctissimos quique & necessarios, qui nobis ad salutem impedimēto sunt. Locus item de piscina literatissimus est, vtpotè omnino historialis, & in proprietate sermonis, licèt scopus condendi piscinam illam fuerit baptismi mysterium: & hanc reputo fuisse Maldonati mentem. Patres demum exponendi sunt, per hoc quod vbi proprius sensus non potest subsistere, sicut in præallegatis locis, o recurramus ad improprium & metaphoricum, qui apud eos solet vocare mysticus, eo quod est reconditus in translatione verborum.

m *Iud. 9. & Matth. 18.*
n *Marc. 8. 24.*
o *Iud. 9. & Matth. 18.*

Vna litera capit plures literales sensus.

26 Secundum quod statuimus (& quidem de mente D. Thom. p & August. q atque de communi sententia) est plures sensus literales eidem literæ æque subesse; & patet tùm ex illo Ioan. r *Expedit vt vnus homo moriatur ne tota gens pereat*, quod elogium duplicem sensum literalem habet, politicum vnum, iuxta mentem iniqui Pontificis, alterum vero propheticum, iuxta mentem Spiritus sancti. Tum ex omnibus illis locis quos in sensu literali adductos ab Euāgelistis & Apostolis, volunt aliqui, vt idoneis argumentis mysteria comprobarent Christi v. g. illa 2. Reg. 8. s *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium stabiliam thronum regni eius in æternum*: & illa Psalm. t *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, quæ de Salomone ad literam dicta, explicat Paulus de Christo ad Heb. vbi maxima cum emphasi dixit, v *Cuinam Angelorum aliquando dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum, Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium*. Cum verò si aliter quàm literali sensu intelligenda venissent de Christo, non multum Iudæos premeret, apud quos absurdum putaretur probare diuinitatem Christi ex sermone, qui ad literam de Salomone intelligendus erat: sensus enim mysticus rebelles non constringit, quando de illo authenticè non constat.

p *Vbi sup.*
q *Li. 12. confes. cap. 20. 22. & 26 31. Scholas. sup. 1 part. D. Thom. q. 1. ar. 10.*
r *Ioan. 11. v. 50.*
s *2. Reg. 3. 34.*
t *Psal. 2. v. 7.*
v *Hebr. 1. 5.*

Sermo vt moneta pretiosa, quæ in parua quantitate plurimum habet pretij.

27 Verum quidquid sit de prophetarum elogijs, an scilicet in literali sensu inducta ab Apostolis fuerint, quoniam aliàs argumentum satis idoneum non conficerent ad res fidei sufficienter probandas contra rebelles (de quibus cap. sequenti aliquid) illud certo certius est, quod graues & magnos quosque decet oratio pressa, ita vt in ea sapiētiæ sit multum, loquentiæ verò parum; vtique ad normam monetæ, quæ tunc est optima cum pretij plurimum habet in parua mole; propter quod prouerbij vici iactatum est, *Imperatoria breuitas*, vtpotè quod Principes oportet breuiloquos esse. Item & adagium illud, *Monosyllaba dictio*, quod si hoc maiestatem concernit humanam, quid diuinam? E rē igitur Dei est, atque ad eius excellentiā maximè refert, vno, eoque breui, ac presso sermone plures sensus exprimere.

Cur vna scripturæ literæ plures sensus admittat?

28 Inde D. Thom. vbi sup. x *Quia sensus literalis est quem author intendit, author autem sacræ scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit, non est inconueniens (vt dicit Augustinus, y) si etiam secundum literalem sensum in vna litera scripturæ plures sensus sint*. Vbi est apprimè notandum ly, *etiam secundum literalem sensum*. Quod dicit propter pluralitatem sensus mystici, quam vna litera ambit. Si igitur res quam continet significatio literæ vna & indiuisibilis cùm sit plures mysticos sensus importat: cur ipsa vox significatiua illius rei non poterit etiam res plures significare? Maximè cum verba aptiora ad significandum sint quàm res ipsæ. Cum ergo de facto res plures mysticos sensus importent, consequēs est, quod etiā verba plures literales sensus admittant; non quidem omnia, sed saltem aliqua notatu digna vt non quidem omnes cibi, sed vnus ille, qui dicebatur manna plures referebat sapores, & omne delectamentum continebat. Manna autem diuini verbi gessit figuram, iuxta illud Sapien. z *Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & panem de cælo præstitisti eis, vt sciant filij tui, quoniam non natiuitatis fructus pascūt homines, sed sermo tuus.*

x *1. p. q. 1. ar. 10.*
y *Lib. 12. confes. ca. 18. 19. & 20. & 24. & 31. tomo 1.*
z *Sap. 16. v. 20. & 26.*

Cur scriptura olim Hæbraico sermone & quidē sine vocalibus pūctis exarata.

29 Hinc summo consilio gestum existimo scripturam sacram Hebraico potis-

potissimum idiomate, & quidem sine punctis, hoc est, sine vocalibus (vt supra idem ostendimus) exaratam esse, vt sic sensuum pluralitati amplior fenestra panderetur, vt verè patefactam agnoscimus translationum varietate, adhuc de mente illorum, qui Hebraicum idioma egregiè & apprimè calluerũt. Quare versiones illorum, etiamsi à vulgata diuersæ, non contemnuntur, sed potius maximo in pretio habentur, vtpoté quod à multis putantur literales sensus, ab ipso Spiritu Sancto etiam intenti. Cui existimationi ansam præbuit Aug. inquiens. *a Ille author in eisdem verbis, quæ intelligere volumus, & ipsam sententiam forsitam vidit* (loquitur de scriptore sacro) *& certe Dei spiritus qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursuram auditori, vel lectori sine dubitatione præuidit. Imò vt occurreret (quia ipsa est veritate subnixa) prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius & vberius potuit diuinitus prouideri, quàm vt eadem verba pluribus intelligantur modis?*

a *Lib. 3. de doctr. Christ. cap. 26*

Lectionũ varietas varios literales sensus inuexit.

30 Neque mirum quod translationum, lectionumque varietas varios sensus pepererit, literales existimatos, & assertos, cũ etiam ex eadem lectione diuersos videamus sensus etiam literales productos: idque vtiliter, & conueniẽter, prout à multis, sed maximè ab Origene *b* & Augustino, *c* notatum inuenimus, & verificatum habemus in illo *Esaiæ d Generationem eius quis enarrabit?* Quod in sensu literali exponitur de æterna simul atque temporali generatione Christi, quarum vtraque admodum mirabilis, atque inefabilis est. Imò non tantum de generatione passiua Christi, verum etiam de actiua, qua filios generat multos tamquam pater futuri seculi, exponitur ab aliquibus, vt à me notatum habetur & copiosè ostensum alibi. Videatur pro ista sensuum varietate Cassianus. *e*

b *Tra. 27. in Matthæ.*
c *Libr. 3. contra Maximum c. 22. & lib. 15. de ciu. cap. 26. in fine & lib. 1. de doctrin. Christ. ca. 36. & lib. 2 cap. 27. & lib. 1. de Trinit. c. vltimo.*
d *Esai. 53. v. 8.*
e *Aduentuali sermon. de S. Vincẽ. & collat. 8. c. 11*
f *De recta in Deũ fide lib. 6, cap. 21*
g *Sup. Oseæ 11. a. num. 3. vsq; ad 13.*

Impugnant aliqui pluralitatẽ sensuum literaliũ sub eadẽ litera.

31 Sed opponunt se nobis Michael de Medina, *f* & Franciscus Ribera, *g* cũ alijs diffitentes istam pluralitatem sensuum literalium sub eadem litera: pro pterea quod alias in vna sententia, propositione, ac litera, essent plures sententiæ, propositiones, ac literæ, & proinde quod talis litera esset multiplex, ambigua, flexiloquia, æquiuoca, & fallax, atque adeò infirma & insufficiens ad firmum, sufficiensque argumentum patrandum, pro veritatum fidei confirmatione contra rebelles perfidos, quibus tunc iure liceret ab vno in alium sensum literalem dilabi. Quo tamen absurdo periclitaretur fides, & hæretici inexpugnabiles remigrarent, vtpoté quod fidei veritas efficacitate sensuũ literalium potissimum adstruenda, & roboranda est.

Euertitur præmissa impugnatio.

32 Verum si absurdum non est, neque absurdi causa, quod vna & indiuisibilis res per sacra verba signata plures mysticos referat sensus, vt de mẽte omnium stabilitum est, & concedit D. Th. vbi sup. & nos cap. sequenti ostendemus, cur erit absurdum, vel absurdi causa quod vna, eademque litera plures literales sensus importet?

Item si pluralitas illa argumentorum efficacitatem non deprimit (vt sequenti cap. ostendemus) cur deprimet ista: non enim pluralitas est melioris deteriorisve conditionis in vno, quàm in alio genere.

Soluitur argumẽtum prædictæ im pugnationis

33 Quare dicendum est, quod sicut pluralitas sensus mystici confusionem non parit, quia Deus, qui est author illius pluralitatis non vult, neque intendit, quod ex omnibus illis sensibus vnus tantum determinatus à nobis percipiatur, sed potius omnes quantumcumque distincti ac diuersi: sic nec pluralitas sensus literalis, quia omnia vult Deus à nobis intelligi, vt iam præmisimus ex Augus.

Qualiter sensuum pluralitas sub eadem litera confusionẽ non pariat?

34 Vt autem hoc intelligatur aduertendum est, quod æquiuoca æquiuocationem, aut perplexitatem non inferunt, nisi quando in vnico tantum referuntur sensu, ita vt ex multis vnus percipi debeat, prætermissis & reiectis alijs, tamquam ad rem propositam impertinentibus: secus vero quando in omni sua latitudine inducuntur, vt plenè & adæquatè percipiantur, aut saltim indiscriminatim, & indifferenter pro captu lectoris, & auditoris: velu ti cum quis ad aperiendam naturam æquiuocorum, & continentiam emi-

nentiaelm

nentialem alicuius vocis æquiuocæ, verbi gratia, canis producit in medium nomen æquiuocum, tunc quidem multa simul aperit sub vnico nomine, ac sine confusione, quoniam scopus proponentis est, vt plures rationes omnino diuersas vnico termino comprehensas auditores, vel lectores percipiant; aut si non omnes saltim aliquas pro captu illorum; ita in præsentiarum.

Pluralitas sensuum literalium sub eadē litera nō tā est ratio æquiuoca, quàm analogia.

35 Præterquam quod adhuc in huiusmodi sensibus non tàm est ratio æquiuoca, quàm analoga; quia licèt literales sensus diuersi sint, ad vnum tamen referuntur, vti cum de excidio Hierosolymitano & de mundi consummatione eadem verba referuntur *h* quia in vno aliquo similia sunt & conueniunt, videlicèt in eo quod æqualis vtriusque interitus futurus est. Et idem contingit cùm de Christo, & Salomone æqualiter aliqua referuntur propter similitudinem inter eos secundum quam vnum sunt. Secūdò quia sicut sensus literalis est illa, qui eruitur ex ipsa significatione verborum ita ille erit potissimus & maximè indubitatus, qui potissimè, & maximè indubitatè significationi verborum respondet. V. g. in illo Gen. *i In principio creauit Deus cœlum & terram*, sensus literalis absque controuersia est, quod in principio temporis Deus creauit cœlum & terram, eo quod citra controuersiam est, quod inter omnes acceptiones, & significationes, *ly in principio*, hæc est simplicior, atque germanior. Et per hæc occurritur ambiguitati, quæ in argumento obijcitur pro hæreticorum dilapsu: quoniam licèt omnes sensus literales scripturæ perspicui sint, ille tamen perspicuus est, atque indubitatæ fidei, qui perspicuitati terminorum congruus maximè inuenitur: & sic ex proprietate, & perspicuitate huius potest rebellis quisque efficaciter comprimi, & concludi.

h Matth. 24. v. 3. & 14.

i Gen. 1. v. 1.

36 Inter literales sensus vnus alio præstat dignitate, perspicuitate & infalibilitate

Et quidē perspicua dogmata fidei in huiusmodi perspicua verborū significatione traduntur, & ita rebelles dilabi per subterfugium ad alium sensum non valent; siquidem potissimum hunc negare non possunt magis quàm ipsam indubitatam, & ab omnibus communiter acceptam significationem verborum; à qua ad metaphoricam vsquam recurrendum nō est, nisi quando (iuxta regulam August. *K*) verba in proprio sensu accepta falsitatem inferunt, vt illa Iudic. *l Ierunt ligna &c.* & illud Matth. *m Si manus tua, vel pes tuus.* De quibus supra hoc eodem cap. puncto 1. circa medium. Tunc enim sit sensus literalis improprius, non verò proprius, licet qualiscumque sit, si modò literalis est, habet primatum supra alios (vt cap. sequenti initio videbimus) maximè ad arguendum pro veritatibus, ac domatibus fidei & morum.

K Lib. 3. de doct. Christ. cap. 10.
l Iud. 9. 8.
m Matth. 18. 8

Qualiter literalis sensus inuestigandus?

37 Tertium & vltimum quod statuimus est, quod ad inuestigandos scripturæ sensus literales, maximè, si à priori procedimus, insistendum est, in germana & indubitata significatione verborum; vtpotè quod sensus literalis potissimus ille est, qui ex verissima significatione terminorum à Spiritu Sancto, proximè intenditur; & à nobis eruitur. Ad quod certum est prærequiri primò linguarum sacræ paginæ summam peritiam, exactissimamque earum cum omnibus suis phrasibus, iditiotismis, proprietatibus, metaphoris, figuris, & ornamentis intelligentiam, & maximè diuinam illustrationem: sed quoniam hæc non facilè cuique obueniunt; ideò omnibus necessarium est, rem à posteriori aggredi, recurrendo, & conuolando ad commune asylum; hoc est, ad communem sanctorum Patrum erga rem istam consensum: iuxta Concilij Triden. *n* sacratissimum documentum; quoniam apud hos legitimè & indubitatæ significationis, atque etiam dictæ mentis notitia percrebuit, tùm traditione Apostolica, aut saltem Ecclesiastica, tùm dono, & munere Dei, per vim orationum adepta; quoniam cū indigerent sapientia, postulabant à Deo, & dabat illis affluenter: iuxta verbum Iacobi *o* de quo Origenes *p* Hieron. *q* August. *r* multa.

n Sess. 4.
o Iacob. 1. v. 5.
p Hom. 12. in Exodum.
q Præfat. in Oseam.
r Vbi sup. c. vlt.

KK Sed

38 Sed quoniam, nec sanctorum Patrum doctrina potest facilè excipi, nisi post solicitos, iuges, & indefessos historiarum Ecclesiasticarum, regularum scripturæ, phrasium, & idiotismorum, Conciliorum item, rescriptorumque summorum Pontificum, & tandem scholasticorum disciplinarum labores & lucubrationes; ideohorum inquisitio, & studiosissima indagatio illi præmittenda est: & demum Deus ipse (qui est author scripturæ) sedulo, serioque rogandus: a *Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*

Summo atq; indefesso labore opus est ad scripturæ globos tranandos.

Sane absque Dei ope non valemus ista perpendere, nedum æstimare: scriptũ quippe est: *Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus corã vobis in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius: tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa portentaquè ingentia: & non dedit Dominus vobis cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possent audire.* Id est, hæc omnia vobis ad sensum patuerunt: at intellectus vestros omnino transuolarunt; vtpotè non ea gratia imbutos, quæ ad mysteriorum notitiam comparandam opus omnino erat. Vidistis igitur ista (ac si diceretur) quasi non videntes: & audistis non intelligentes. Si ergo adhæc iure æstimanda, & capaci mente assequenda opus fuit ope diuina cor intelligens impertiente: quid ad ipsa Dei verba & scripturas sacras percallẽdas, adhuc prout à sanctis Patribus explanatas habemus?

a Psa. 118. v. 18 & 34.
Deuter. 29. 2.

CAPVT QVINTVM.

Obseruationes circa sensum mysticum, quibus primo ostenditur præstantia eius supra cæteros; secũdo quod non in omnibus scripturæ partibus sit: tertio quod est proprijssimus sacris literis: quartò quomodo sit inuestigandus: quinto quantum valeat ad confirmandas res fidei?

IAm de sensu mystico agendum est, & in primis de præstantia eius: quia licet in aliquibus deferat sensui literali, vtique in eo quod ille depẽdet ab isto, & non è cõtra: sicuti culmẽ ipsum ædificij pẽdet à fundamento: non autẽ è cõtra fundamentũ à culmine. Ratio est: quia fidei dogmata, necessariaq; ad vitam præcepta sensu semel mystico indicata, postea tamquam minus aperta, per literalẽ sensum in alijs partibus aperte traduntur, iuxta quæ August. a notauit. In alijs tamen primas, mehercle obtinet, dicente Paulo, b *Litera occidit, spiritus autem viuificat:* & Christus apud Ioann. c *Verba quæ ego loquor vobis spiritus, & vita sunt:* & rursum, d *Caro non prodest quidquam, spiritus autem viuificat.*

In quibus literalis sensus præstet mystico.

a Lib. 2. de doct. Christ. cap. 15.
b 2. Cor. 3. v. 15.
c Ioan. 6. 63.
d Ioan. 6. 65.

40 Quanta autem sit huius sensus præstantia super literalem, sat nobis explicasse videntur Esseni, qui apud Philonem e compararunt sensum literalem corpori, mysticum verò animæ, illumque vocarunt spiritum, hunc autẽ carnem. Hier. f item, qui de illo sensu ait esse fundamentum: de isto verò esse culmen ædificij. Necnon Gregorius g inquiens literalem sensum esse radicem arboris, mysticum verò fructum. Et rursum, h dicit de illo esse librum scriptũ foris, de isto autem esse librum scriptum intus. Quibus consonat Petrus Damian. i asserens, quod literalis sensus est velut mulier, mysticus verò vt vir. Atq; etiam Orig. k statuẽs sensum literalem habere rationẽ peripheriæ, hoc est circunferentiæ, mysticum verò centri. Maximè tamen Aug. dicens: *Clauem scientiæ ferre, & intrare* (vt habetur apud Luc. l) *est non esse contentũ superficie literæ, sed ad interiora intelligentiæ peruenire.* His enim planè ostendit sensum literalem esse velut corticem, & superficiem rei; mysticum verò esse nucleum & medulã eius. Quare inter extremas sui populi calamitates recensuit Deus defectum Prophetæ consiliarij & periti sermonis mystici, inquiens Esai. 3. m *Auferet Dominus à Hierusalem prophetam consiliarium, & prudentẽ eloquij mystici.*

Quantis sensus mysticus præstet literali?

e Lib. de vita cõtemplatiua.
f In Epitaphio Paulæ.
g Lib. 10. mor. c. 11. & li. 21. c. 1. & ho. 2. in Ezech.
h Idem hom 9. in Ezech.
i Serm. 7. dedic. Templi.
k In cap. 1. Ioan.
l Luc. 11. v. 52.
m Esai. 3. 1.

Inde

Cur erga sẽsus mysticos à doctoribus Ecclesiæ patribus tãti insudatum est.

41 Inde factum est, vt grauiores pariter, atque ingenijs acie valde præstantes Principes & Ecclesiæ Proceres, plurimum insumpserint operis in lucubrationibus mysticis, plures de re ista conficiendo libros; vt patet de Gregorio Magno, Beda, Isidoro, Alcuino, Rabbano, Ruperto, Bernardo, Angelomo, & similibus magnis instituti nostri Benedictinis Monachis: vt patet etiã in alijs prioris classis authoribus, vt Hieronymo in prophetis omnibus, Ambrosij in Lucam, Hilario in Euangelista & Psal. Cyrillo in Prophetas, & in lib. de adoratione, Hesichio in Leuiticum, ac tandem Origene plusquam omnibus.

Impudẽtia Lutheri aduersum sensus mysticos.

42 Ex quibus (si vsquam) elicitur detestanda Martini Lutheri impudentia dicentis in sympoßio cap. 51. quòd sensus mysticus verè meretrix & adultera, & quòd per eam misere scriptura sacra discerpta est. Elicitur vtiq; hæc tanta impudentia siquidem, vt patet ex dictis, mysticus sensus anima & spiritus est, literalis verò corpus & caro. Vnde *Hieronymus*, *m* aliquando dixit: *Sæpe literalis sensus absq; mystico parũ prodest.* Quod adeò verũ est, vt cũ dixerit Paulus, *n* *Scriptum est in lege Moysi, non alligabis os bobi trituranti, subdidit, Nũquid de bobus cura est Deo, an propter nos vtique hoc dixit?* Etenim licet literalis sensus huius dictæ cõstitutionis verè de bobus sit (quibus etiam Deo est cura, nõ minus, quàm de passeribus apud Matth. *o* & de pullis coruorum in Psalm. *p*) quia tamen id minus erat quàm vt nobis prodesset ad fidem, ideô sensum de prædicatoribus ac ministris Ecclesiæ mysticum commendauit & extulit, parui pendens alium: vtpotè quod Deus ad illum, non verò ad istum maximè prospexerit, cùm de sanciendo illo decreto cogitauerat.

m Epist. ad Vitalem.
n 1. Cor. 9. v. 9. Deut. 25.
o Matth. 10. 29.
p Psal. 146. v. 9.

Quando sensus mystic⁹ præstat literali.

43 Ex hoc autem licêt colligere tunc mysticum sensum literali præstare quando materia illius potior, & præstantior est materia & scopo huius, vt præstant Ecclesiæ ministri, & prædicatores bobus. Vnde quia in veteri testamento regulariter materia sensus mystici erat longè inferior scopo ad quem destinabatur, vtpotè quod scopus erat Christus, res autem per quas significabatur erant inferioris classis, ideò sensus literalis significans res istas erat inferior sensu mystico significante Christum: quando autem sensus literalis erat de re superiori vtique de Deo, Angelis, vel hominibus, tunc præstabat sensui mystico, qui erat de inferioribus rebus. Vt enim quia Ecclesiæ ministri præstabant bobus agri, ideò dixit Paulus, quòd Deus præcipuè animum intendit in illos quàm in istos: sic quotiescumque scopus sensus mystici præstat in dignitate rebus significatis per literam, præstat etiam sensus mysticus literali: si verò res se habeat è contra præstabit literalis mystico. Quando autem sunt cætera paria, hoc est, quando sensus literalis, & mysticus significant idem, tunc præstat literalis mystico, quoniam apertior, perspicacior, & ad arguendum maximè efficacior est.

Aliqui admittũt sensus mysticos in omni litera: alij qui ab aliquibus explodunt: ali qui ab omnibus

44 De secundo autem puncto, vtique an in omnibus scripturæ partibus mysticus sensus sit, maior difficultas inuoluitur: quoniam à parte affirmatiua habemus de communi sententia Originem Adamantium, qui omnia etiam minutissima quæque veteris saltem testamenti in mystico sensu declarat. A parte autem negatiua habemus Abulensem, *q* qui à testamento nouo omnem mysticum relegat sensum. Imò habemus Nicolaum de Lyra, *r* negantem vtrique testamento quemcumque sensum mysticum, & tantum reddentem illi sensum literalem.

q q. 23. sup. Matth. 13.
r q. 2. prolog. glosæ ordinariæ.

Ostenditur non omnem scripturæ literã mysticos admittere sensus.

45 At vtraque ista pars apertè falsa est. Prima quidem, quia multæ sunt in veteri testamento personæ actiones, vrbes, imò, & propositiones integræ, atque sententiæ, quæ alios quàm literales sensus aperta fronte respuunt atque dedignantur; velut in Gen. *s* *In principio creauit Deus &c.* & iterũ. *t* *Adã cognouit vxorem suam Euam*; & alibi: *v* *In principio erat verbum*: & rursum, *x* *Ego & Pater vnum sumus*: & iterum: *Spiritus qui à Patre procedit, ille me clarificabit*: & alibi:

s Gen. 1. v. 1.
t Gen. 3. v. 1.
v Ioan. 1. v. 1.
x Ioan. 10. & 16. & 17. 3.

& alibi: *Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te Deum verum.* Vnde Hieronymus y crebrò reprehendit Origenem, z quod allegorias vbique inquirat: & etiam eum reprehendit Epiphanius, z inquiens. *Non omnia verba diuina opus habent allegoria, sed prout se habent accipienda sunt.* Et ponit exemplum de præcepto honorandi parētes, quod nullum præter literalem debet sensum admittere. Verum, vt argute vidit, & opportunè notauit Geneb. a noster, ipse Origenes immunem se ab huiusmodi crimine ostendit, cum homil. 2. in Leuiticum dixit historiam non negandam, & hom. 11. allegorias nō vbique in scripturis esse, & hom. 13. in Exodum, allegoria sine authoritate scripturæ improbanda.

Vindicatur à quadam nota Erasmus.

y Epist. ad Abitum, & epist. ad Pamach. & in prolog. lib. 5. com. in Esaiam, & sup. Hiere. 27. & 29.
z Epist. ad Hierosol. & hæresi 61.
a Præfat. in Origen.

46 Secunda autem pars falsa etiam est, quia multa extant in vtraque pagina, quæ præter literales sensus, mysticos amāt, vt patet in elogijs adductis ex testamento veteri, hoc eodem dubio cap. 2. & etiam ex illo b de serpente æneo, quem exaltauit Moyses, & cuius typicam significationem aperuit Christus Nicodemo. c Sunt etiam alia in testamento nouo mysticas referentia significationes, vt illa historia de ficulnea maledicta à Christo: d & illa alia de captura piscium e & aliæ similes, quarum sensus mysticos tradunt sancti, præsertim Chrysost. f August. g & Ambr. h. Imò extat testimoniū Pauli mysticè interpretantis exitum Christi ab vrbe pro subeunda morte; sanè ad Heb. 13. dixit: i *Christus extra portam passus est, exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes.* Hic enim Paulus Christi exitum explicuit præfigurasse, atque inumbrasse nostrum, & simul præmonuisse. Vnde D. Th. K ait de mente Dionysij Magni: *Noua lex est figura futuræ gloriæ, in noua etiam lege ea quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorum quæ nos agere debemus.*

In vtroque testamēto inueniuntur plura sensu mystico interpretanda.

Audiatur Augustinus prædicta constituens.

b Num. 21.
c Ioan. 3.
d Marc. 21.
e Luc. 5.
f Sup. Matth.
g Sup. Lucæ 5. v. 6.
h Tract. 122. & 124. in Ioannem.
i Heb. 13. v. 13.
K 1. p. q. 1. art. 10

47 Inde etiam est illud August. m *Mihi sicut multum videntur errare, qui nullas res gestas in illo genere literarum* (loquitur de testam. veteri) *aliquid aliud præter id quod eo modo gesta sunt significare arbitrantur, ita multum audere qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt.* Itaq; expresse Aug. vtrūque ex prædictis damnat extremum, & mediam dumtaxat commendat viam quod etiam præclare fecit præclarus ille familiæ Benedictinæ Doctor Petrus Damianus dicens: n *Non omnia fratres charissimi quæ sunt in cythara sonant, sed omnia iuuant, sic non omnia quæ sunt in diuina scriptura spiritualem intelligentiam generant, sed omnia iuuant.* Vnde nos mediam hanc sententiam amplectimur, & extremas quasque repudiamus.

Audiant concionatores qui tantū ex suo cerebro conciones effingunt.

l Cap. 5. Eccle-siast. hierarchiæ.
m Li. 17. de ciu. cap. 3.
n Serm. 3. dedicationis.

48 Hæc autem dixerim, satis monitos cupiens diuini verbi egregios concionatores, quorum aliqui tantum ducti sydere lucubrationum suarum, & eruditionis eximiæ (qua, mehercle, nitent) omnes præter literales regidissimos sensus adhuc pro concionibus publicis, altè, elatèque despiciunt: alij verò pro ingeniorum suorum vberrima fœcunditate, & alacritate omnia mysticis expositionibus replent, siue consonent, (proh pudor! proh dolor!) siue dissonent ipsis sacris literis, quas certe, neque à limine salutasse videntur. Ob quorum vnam sane insoluibilem culpam ausus fuit Lutherus mysticos vt meretricios diffamare sensus.

Arguitur quod tātū in sacris literis mystici sensus inueniātur.

49 Tertium adhuc punctum operosius est, quoniam ex vno capite, videmus Gregorium Magnum dicentem, o *Sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more transcendit, quia vno eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium.* Et D. Thomam dicentem: p *Cum in omnibus scientijs voces significent, hoc habet proprium ista scientia, quod ipsæ res significatæ per voces etiam significant aliquid.* Huius autem rationem inquit esse, quod author scripturæ est Deus, cui non tantùm voces; vt hominibus, sed etiam res ipsæ substant, vt eas ad significandum determinet. Ex quo certum apparet; quod in solis scripturis sacris sensus sit mysticus.

Arguitur sensus mysticos etiam in alijs literis quam in sacris reperiri.

o Li. 2. mor. cap. 11. circa medium

50 Ex alio autem capite passim legimus mentis conceptus, non solum verbis apud homines, sed etiā rebus multis ab hinc tēporibus significatos fuisse.

Vt reperiri.

Vt patet in Pythagoreis symbolis, & in hieroglyphicis Ægiptiorum, apud quos apicula carens aculeo Regẽ significabat; atq; etiã in ænigmatibus, emblematibus, & fabulis Æsopi: ob quæ dixit Macrobius. q *Sacrarum rerum notio sub pio figmentorum velamine & honestis tecta rebus, & vestita nominibus enunciantur*: & rursum. *Quia sciunt Philosophi inimicam esse naturæ apertam, nudamque expositionem sui: sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiunt, vt summatibus tantum veris sapientia interprete, veri arcani conscijs, reliqui contenti sint*. Igitur etiam in alijs disciplinis præterquam in literis sacris res ipsæ significant aliquid. Imô & in familiaribus quibuscumq; rebus, hoc ipsum crebro inuenitur vtique in tubis, campanis, vexillis, publicisque nobilium gestaminibus.

q *Lib. 1. in somnium Scip. ca. 2.*

Vera mystici sensus ratio nõ inuenitur in alijs præterquam in literis sacris.

51 Sed certè aliud est res verborum loco adhiberi, vt apud nos Benedictinos adhibentur crebrô signa manibus gesta, in omnibus ac singulis locis in quibus fari nephas: aliud autem res significatas per voces, & vt ita significatas aliquid vlterius protendere, & significare. Primum illud, mysticum procul dubio non habet sensuum sed literalem potius, quoniam res illæ, ac voces signa sint proxima rerum ex institutione. Secundum verô habet, quia res non significant idem vbique ac semper, quod voces, sed aliquid aliud latens in ipsis significatis per voces. Quare literalis sensus à mystico plerumq; distinguitur, non tantum in significatione, sed in re significata: quod tamen nõ accedit hieroglyphicis, eo quod ly vox apis, v. g. in proprio sensu significet apiculam: apicula autem ex institutione Ægiptiaca significet Regem, in sensu autem metaphorico, tàm vox, quàm res significat Regem: sensus autem metaphoricus est licet improprius literalis, non verò est sensus mysticus, de cuius ratione est, vt non à vocibus, sed à rebus cõsurgat, vti ly Ionas, r in sensu literali significat Ionam Prophetam, non verô Christum; ipse verô Ionas significat Christum, non quidem in sensu literali, quia persona Ionæ neque est vox, neque vicem vocis supplens, sed est res significata per ly Ionas; & ita sensus illius est sensus mysticus. Quapropter res illæ significantes dicuntur ab Augustino *verba visibilia*, vtpotè, quæ vice verborum substituuntur. At illæ simpliciter appellantur res tantùm determinatæ, & significatæ per verba.

r *Matth. 12.*

Discrimen inter hieroglyphica & mystica sacra.

52 Præterquam quod omnia relata symbola sunt velut res implexæ, ex composito assumptæ ad significandum id quod multorum verborum ambitu significari poterat, vt patet, in apicula, vexillo, &c. res verô de quibus sacra pagina sunt historiæ & euentus humani significantes alia longè admodum à se ipsis distincta, vt ingressus, & egressus filiorum Israel in Ægyptum præfigurabant mysticè ingressum, & egressum Christi circa eosdem Ægyptios. De quibus Matth. s

s *Matth. 2.*

Sensus mysticus quomodo inuestigãdus

53 A puncto quarto facilè nos expediemus, quoniam ad sensus mystici inuestigationem eadem prorsus requiruntur quæ ad literalis assequutionem, de qua præcedenti puncto tertio. Cuius ratio est, quia literalis sensus est cortex, qui præscindi, & nudari expedit, vt sensus mystici inde nucleus extrahi possit; maximè quoniam quidquid vsquam per mysticum sensum traditur ad fidem, aut mores pertinens, id ipsum alibi per literalem sensum exprimitur, vt præclare monuerunt Augustinus t & Diuus Thomas. v Quare enixi literis elaborandum est, & Deus casta mente, ac pura rogandus pro mystici sensus assequutione dicente Augustino: x *Et diligentia igitur & pietas adhibenda est: altero fiet, vt scientes inueniamus, altero vt scire mereamur*. Vnde orabat ipse: y *Largire spatium meditationibus nostris in abdita legis tuæ, neque aduersus pulsantes claudas eam: neque enim frustra scribere voluisti tot paginarum opaca secreta. O Domine perfice me, & reuela mihi ea: ecce vox tua gaudium magnum, vox tua super affluentiam voluptatum*. Et item: *Vide Pater, aspice, & vide, & proba, &* placeat

t *Lib. 1. de doctr. Christian.*
v *Vbi sup. solut. ad 4. arg.*
x *Tom. 1. lib. de moribus Ecclesiæ in principio.*
y *Idem to. 1. lib. 11. confes. cap. 2.*

placeat in conspectu misericordiæ tuæ inuenire me gratiam ante te, vt aperiantur pulsanti mihi interiora sermonum tuorum.

54 Scientes autem quos euoluere oportet pro mystici sensus vtili scrutinio, illi sunt, qui in huiusmodi sensus elucidatione maximè emicuerunt, velut Magnus Gregorius noster, & illi de quibus in hoc eodem cap. puncto primo ad medium. Sancti enim Patres (vt ipse etiam Augustinus z monuit) sunt fidelium dentes, qui illis eloquiorum sacrorum cibos præscidunt, panem frãgũt, mandunt & molliuntur, vt illi postea facile deglutiant ac deuorent, quod probat ex illis Cant. a *Dentes tui sunt greges &c.*

55 Punctum denique secundum non omnino extra negotium est, vtpotè quod D Th. b apertè asserit, quod ex solo sensu literali potest tradi argumentum, non autem ex his, quæ secundum allegoriam dicuntur, & id asserit tamquam de Augustini mente, c & Augustinus ipse disertè ait alibi: d *Illud quod Propheta huius libri Genesis magis intendit, vt eius narratio rerum factarum esset etiã præfiguratio futurarum, non est contentiosis & infidelibus sensibus ingerendum.* Item Hieronymus, e *Numquam dubia ænigmatum intelligentia potest ad authoritatem dogmatum proficere.* Imò ipse Dionysius f Areopagita expresse asserit mysticam theologiam argumentatiuam nõ esse Non ergo mysticus sensus videtur aptus ad confirmandas res fidei, aut etiam morum.

56 In contrarium tamen est, quod mysticus sensus non minus intentus est à Spiritu Sancto in sacris literis, quã ipse literalis sensus, & proinde non minus reuelatus, atque adeò non minoris authoritatis & efficacitatis. Antecedens patet, quoniam alias non esset propriè loquendo sensus scripturæ, si nõ esset sensus scriptoris & verbum illius. Imò aliquando est maximè à Spiritu sancto intentus, hoc est principalius, quàm literalis sensus; vt patet ex iã præmisso elogio ad Cor. 9. g *Non alligabis os boui trituranti Num Deo est cura de bobus?* Hoc est, numquid potissima cura Dei, eiusque studium & scopus in decreti huius sanctione fuit de bobus, an de hominibus, Euangelij ministris? licet boues, ibi pro literali sensu, ministri autem Euangelij pro mystico sint.

57 Dixi autem notanter *aliquando*, quia interdum sensus literalis est potissimè intentus, vt patet in præallegato oraculo ad Heb. h *Christus extra portam passus est.* Cuius sensus mysticus est, exitus omnium nostri ab vrbibus, & secessus in solitudines pro patienter ferenda, atque humiliter subeunda cruce Christi, iuxta quæ Paulus illicò manifestauit dicens; *Exeamus igitur ad eum extra castra improbrium eius portantes.* Vnde cum passio Christi pertinens ad literalem sensum, maximè intenta fuerit, non autem compassio nostra pertinẽs ad sensum mysticum, conuincitur quod aliquando literalis sensus, non tantum proximè sed præcipue sit intentus à Deo quàm sensus mysticus. Frequẽter autem res se habet è cõtra, vt patet ferè in cunctis veteris testamenti oraculis, mysticè præsignantibus Christum & Christi mysteria, maximè intenta à Deo. Cumque sensus mysticus à Deo sit, & à mente illius, videtur non minus commodus & efficax ad arguendum quàm literalis.

58 Sed facilè discrepantia hæc consonantiam habebit, si semel distinxerimus inter sensum mysticum, de quo satis non constat esse talẽ, & inter eũdem quo plane constat. Nam primus firmum non potest argumentum conficere, vt habet prima sententia, bene tamen secundus, vt habet secunda; i vtpotè quod illius authoritati non necessario defertur bene tamen istius.

50 Quod si roges, vnde constare poterit de sensu mystico? resp. cum Diuo Thom. i Aug. K Alphonso de Castro, l & alijs quod ex scriptura ipsa debent constare, si alicubi per literalem sensum eum prodat, ita vt sensus quem in præsenti res important, qui est sensus mysticus, alibi verba referant, qui est sensus literalis: vel saltem constare poterit ex aliquo authore sacro diuina authoritate potiente, vt potiebatur Christus, qui propterea m interpretatus

z Lib. 2. de doct. Christ. cap. 6.
a Cant. 4. v. 2.
b 1. p. q. 1. a. 10. ad 1.
c Epi. 46. ad Vincent. Donatistam
d Lib. 1. contra aduersariũ legis cap. 3.
e Sup. Matt. 13.
f Epist. ad Polycarpum.
g 1. Cor. 9. v. 9.
h Hebr. 13. 13.
i 1. p. q. 1. art. 10 ad 2.
K Epist. 48.
l Lib. 2. contra hære. c. 3. interpretes D. Thom. sup. 1. p. q. ar. 10
m Luc. 24.

Sancti Patres Ecclesiæ dẽtes.

Arg. ex Patribus quod ex sensũ myxtico non potestsume argumẽtum vali dum.

Arg. sensum mysticũ valere ad cõprobandas res fidei.

Aliquando sens' literalis est propriè mystico intentus: crebrius autẽ è cõtra in testamẽto veteri.

Quando sensus mysticus cõducat ad arguẽdum quã do verò non?

Sensus mystic' ex scriptura haurien dus 1. ex scriptoribus maximis.

tatus fuit Apostolis veros mysticos scripturæ sensus, qui de illo erant. Aut denique ex communi sententia Patrum, quæ magni semper roboris est. Quia verò de illo vt implurimum non ita constat, ideò vt implurimum argomentum de sensu mystico inefficax est; quando verò constat, eiusdem efficaciæ est ac literis sensus.

CAPVT SEXTVM.

Obseruationes pro sensu accõmodatitio quibus primò ostenditur, quàm benè ab aliquibus vsurpetur, & quàm malè ab alijs: secundò, quàm vim habeat ad arguendum.

Quando sensus accõmodatitius bene, quando verò male inducitur.

VLtimus è sacræ scripturæ sensibus accommodatitius accedit, qui tunc benè inducitur quando ad res bonas bonoque fine traditur: vt apud sanctos Patres videmus frequenter, potissimè in declamationibus ad populum, maximè autem in omnibus Bernardi Petri Blesensis, aliorumque doctissimorum scriptis: malè autem cum ad facetias, spurcitias, satyras, vitiaque transfertur, prout Concilium Trid. a vidit & prohibuit dicens, tamquam temeratores & violatores verbi Dei ab Episcopis coercendos esse, qui scripturæ verba ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, diuinationes, sortes, vel ad libellos famosos protraxerint. Quibus sanè adiungi possunt, qui pro literalibus, aut mysticis huiusmodi accommodatitios sensus diuendunt. Hos enim Hieronymus præstringens ait: b *Taceo de mei similibus, qui si fortè ad literas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quidquid dixerint hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli sualerint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia quasi grande sit, & non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem, quasi non legerimus Homero centonas & Virgilio centonas: ac non sic iam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit.*

a *Sess.* 4.

b *Epist. ad Paulinum.*

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Sensus accõmodatitius nihilo à verborũ authore intentus.

61 Sed quam aptè & appositè sensus hic eruatur nihil amplius roboris, aut etiam ponderis habet ad faciendam fidem erutus ex sacris literis, quàm si aliunde transferretur, aut denuò tunc in mundo, & primitus conderetur; vtpotè quod huiusmodi sensus extra mentem authoris est, adeò vt neq; proximè, neque remotè, neque per verba, neque per res intentus à Spiritu Sancto fuerit. Quare eius tantùm authoris transferentis, & transcribentis illũ authoritate viget. Et proinde si transcriptor is sacer fuerit, vigebit authoritate sacra, vt viget versiculus ille Epimenides quem Paulus aptauit & transtulit c de quo sup. cap. 3. ad finem. Si autem fuerit vniuersalis, vel particularis Ecclesia, vel Doctorum collectio, & consensio, vel aliquis particularis Doctor valebit authoritate vniuersalis Ecclesiæ, vel particularis, vel omnium Doctorum, vel Doctoris priuati. Si autem denique fuerit aliqua priuata persona valebit quantum ipsa. Quia vero Ecclesiæ authoritas multum valet, valuitque semper, non tantùm apud orthodoxos, verùm etiam apud hæreticos, ideò accommodationes quas perpetuo fecit, facitque Ecclesia, siue in Virginis matris, siue in aliorum sanctorum encomia, & commendationem magnum Theologicis argumentis pondus tribuent.

62 Non est maior, minorve authoritas sensus accõmodatitij, quàm authoritas inducentis eũ.

c *Ad Tit.* 1.

CAPVT SEPTIMVM.
Resp. ad argumenta primi capitis.

IAM Argumentis primi capitis satisfaciendum est, vtique ad secundum & tertium, quia primum dirutum manet ex capite 3. puncto 2. post medium. Quare ad secundum dicimus, quod licet verba scripturæ sint verba Dei, quia tamen non sunt naturalia, necessariô procedentia ab illo, sed spontaneè, ac liberè, & ad mensuram voluntatis suæ, ideò propriè loquendo infinitatem non obtinent, quæ tantum est propria illius æterni Verbi ab æterno geniti, & quod à Patre, & in Patre est. Imô etiam si infinitarum significationum scrinium essent, adhuc tribus enumeratis sensuum generibus clauderetur: quia si ex verbis significatio desumitur conficitur literalis sensus: si verò ex rebus conficitur mysticus: si denique assumuntur verba, & accommodantur ad exprimendum conceptum, quem primus verborum author non intenderat, est sensus accommodatitius: & ideò licet species subiectiuæ sensuũ infinitæ essent, genera tamen ternarium hunc numerum superare non possent.

63 Quare scripturæ verba cum sint Dei & à Deo non habeant infinitatem.

64 Etiam si scripturæ verba haberet infinitatem, adhuc infinitis sensuum generibus non pollerent.

Ad tertium resp. omnes illas phrases, & pigmenta orationum potius ad eloquentiam scripturæ, quàm ad sensuum vbertatem, aut multiplicitatem cõferre. Vtrum autem eloquentiæ floribus exornata sit sacra scriptura videbimus dub. sequenti; quod ita inscribitur.

DVBIVM DECIMVMTERTIVM.
Vtrùm sacra scriptura disertæ eloquentiæ floribus fluminibusque niteat?

SVMMARIVM.

1 *Qui negauerint scripturæ eloquentiam?*

2 *Arguitur primò pro parte negatiua quæstionis.*

3 *Arguitur secundô pro parte negatiua quæstionis.*

4 *Arguitur tertiò ad idem.*

5 *Arguitur quartò pro parte negatiua quæstionis.*

6 *Authores profitentes in scriptura verborum luculentiam.*

7 *Arguitur primo scripturis sacris eloquentiam esse.*

8 *Arguitur secundò ad idem.*

9 *Arguitur tertiô ad idem.*

10 *Arguitur quartò ad idem.*

11 *Vna est ratio eloquentiæ.*

12 *Scripturarum dignitas non in ornamentis verborũ, sed mysteriorũ.*

13 *Seria sanaque eloquentia maximè à scripturis sacris expectanda & petenda.*

14 *Eloquentia vera veræ sapientiæ pars.*

15 *Descriptio eloquentis.*

16 *Veræ eloquentiæ ratio.*

17 *Sriptura sacra mire excitat animos.*

18 *Nullus sacrorum scriptorum absque dicendi flosculis est.*

19 *In scriptura splendent omnes figuræ rhetorum.*

20 *Eloquentia futilis & vana longè à sacris literis.*

21 *Verborum structura solicita, dedecet serios viros.*

22 *Optimum dicendi genus mediocre.*

23 *Alia fœmenina eloquentia, alia masculina.*

24 *Quisnam decor orationem venustet: quisnam deformet?*

25 *Verba quæ curam referunt refellenda.*

Elo-

26 *Eloquentiæ vera non debet luxuriari in verbis.*

27 *Cur si Scripturæ sacræ omnigenæ eloquentiæ sint, aliquibus rhetorũ rudes aliquando apparuerint.*

28 *Scriptores sacri secundum gratiã, quæ supra artem est, scripserunt.*

29 *Augustinus mutauit sententiam de simplicitate scripturarum.*

30 *Tropi rhetorum illustriores in scriptura quàm in alijs disciplinis.*

31 *Eximium iudicium eorum, qui in sacris sint literis enutriti.*

32 *Respondetur primo argumento primi capitis.*

33 *Cur Paulus imperitum sermone se dixerit? qui tamen peritissimus fuit.*

34 *Quænam seria sanaque eloquentia?*

35 *Aliquando oratio sine eloquentia suadet.*

36 *Paulus culti, & accurati sermonis non ignarus.*

37 *Non est reputandum malum quo bene vti licet.*

38 *Rerum sublimitas cum simplicitate verborum sacra eloquia.*

39 *Quænam eloquentia exul à literis sacris?*

40 *Quænam eloquentia lacertos & robur habeat, quæ verò remissa ac laxa sit?*

41 *Sacra eloquentia non tam in verborum quàm in veritatum fulcra resplendet.*

AD Quæstionem de qualitatibus, proprietatibusque sacræ paginæ, hoc etiam dubium pertinet: quia scripturarum essentiæ vel est agnata, vel aduentitia saltem, venustas & gloria dicendi.

CAPVT PRIMVM.

Authores & argumenta partis negatiuæ, id est, nullam esse in sacra Scriptura eloquentiam.

Qui negauerint scripturæ eloquentiã?

1 A Parte negatiua quæstionis plures admodũ & in enarrabiles enarrantur, vtique huius mundi sapientes, nimirum Philosophi, Oratores & Rhetores, de quibus Orig. *a* Clemens Alex. *b* Lactantius Firmianus, *c* Hieronymus, *d* & alij retulerunt, quòd Scripturam sacram, vt simplicem, inelegantem, ac rudem, nimiũque vulgarem spreuerunt.

Quibus non absimiles Hieronymus, *e* & Augustinus *f* inuenientur. Vtique quod iste de se non Christiano Christianus iam referebat: *Non sicut modò loquor, ita sensi, cùm attendi ad diuinam scripturam, sed visa est mibi indigna quàm Tullianæ dignitati compararem.* Ille autem de se ipso nondũ monacho dixit: *Miser ego lecturus Tullium ieiunabam, post noctium crebras vigilias Plautus sumebatur in manus, si quando in me reuersus Prophetas legere cupijssem sermo horrebat incultus.*

Anonymus *g* etiam author sic inclamauit ad idem apud Petrum Damianum nostrum: *Olim mihi Tullius dulcescebat, blandiebantur carmina Poetarum, Philosophi verbis aureis insplendebant, lex, prophetæ, Euangelium, epistolæ, & omnis gloria scientiarum Domini mei, & seruorum eius, aut parua videbatur, aut nulla.*

Arg. 1. pro parte negatiua quæstionis.

2 Argumẽtò illis esse potuit, quòd Paulus ex scriptoribus sacris (qui pro dicendi copia & affluentia pro Mercurio habitus fuit, & palàm acclamatus, *h* & in cuius epistolis plurima Rhetorum schemata, luminaque August. *i* notauit) is igitur de se ipso agens, & rem istam prosequens 1. ad Cor. *k* ait: *Veni non in sublimitate sermonis,* hoc est, non in arte dicendi & orationis plausu, & apparatu munitus. Et rursus: *l Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus*

a *Lib. 4. 6. & 7. contra Celsum.*
b *Sub finẽ exhortationis ad gentes*
c *Lib. 3. de vera Sap. cap. 1.*
d *Sup. Ionæ 3. Seuarus in prolog. bibliicis ca. 23. q. 2.*
e *Epist. ad Eustochium de custadia virginitatis.*
f *Lib. 3. confess. cap. 5.*
g *Ser. 2. de Natiuitate Domini in Damiano t. 2. fol. 129.*
h *Actor. 14. 12.*
i *To. 3. lib. 4 de doctrina Christiana à cap. 6.*
k *1. Cor. 2. 1.*
l *Ibidem v. 4.*

libus humanæ sapientiæ verbis, hoc est, non fuit ornatus & elegans sermo meus, sed potius omnibus carens pigmentis, quibus se passim humana sapientia vē
m 2. Cor. 11. 6. ditat. Et iterum, *m Etsi imperitus sermone, sed non scientia*, hoc est, fateor quod rudi admodum & impolita oratione in meis sum vsus epistolis.

n *Tract. de quibusdam verbis Apostoli.* Inde est, quod Gregorius Nicænus, *n* Chrysostomus, *o* & Hier. *p* asserūt in epistolis Pauli ingloriam & in elegantiam dicendi: & rursum idem Hieronym. *q* testatur, quod etiam Petrus, & alij potuerunt dicere: *Etsi imperitus sermone, sed non scientia.* Quod si hoc de apicibus, & facilè principibus Scriptorū sacrorum, quid de alijs? Inornata ergo plane est & vulgaris sacræ paginæ oratio, & proinde rudis potius quam elegans sermo.

o *Lib. 4. de Sacerdotio.*

p *Epist. 151. quæ est Algastium q. 10.*

q *Idem epist. ad Paulinum cap. 4.*

r *Lib. 4. contra Crescontum cap. 2. To. 7.*

f *Lib. 1. institut. cap. 16.*

3 Argumento deinde potest esse, quòd vt legimus apud August. *r Eloquētia censetur veritatis inimica, & patrona falsitatis, adeò vt propter hoc sophistæ, & hæretici tanquam proprio munimine, & satellicio se ipsos eloquentia armauerint, vt sic facilius, & melius expugnarent veritatem.* Imò, & apud vnum è Principibus eloquētiæ, vtique Quintilianum *f* sequentia scripta legimus. Arg. 2. pro parte negatiua quæstionis.

Quidam vehementer in eam inuehi solent; eloquentiam esse, quæ pœnis eripiat sceleſtos, cuius fraude damnentur boni, consilio ducantur in peius, nec seditiones modò, turbæq; populares, sed bella etiam inexplicabilia excitentur: cuius denique tùm maximè sit vsus cum pro falsis contra veritatem valet: nam & Socrati obijciunt comici, docere eum quomodò peiorem causam meliorem faciat; & contra Tyrsiam, & Gorgiam similia dicit polliceri Plato: & ijs adijciunt exempla Græcorum, Romanorumque, & enumerant, qui perniciosa, non singulis tantùm, sed etiam rebus publicis, vsi eloquentia turbauerint ciuitatis statum, vel euerterint; eò que Lacedæmoniorum ciuitate expulsam, & Athenis quoque velut recissam orandi potestatem. Est ergo eloquentia veritatis inimica (vt diximus) & patrona falsitatis. Cùm ergo in sacris literis summa veritas sit, sequitur in illis eloquentiam veritatis expurgatricem esse non posse; maximè cum scriptum sit: *t Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo*, vtique tanquam veritatis inimicam, & illi exitiosam. Eloquentiæ abusus.

t 1. Cor. 1. 20. Esai. 29. 14.

v *Lib. 3. de falsæ sapient. cap. 1.*

4 Argumento iterū potest esse, quòd vt habet Lactantius Firmianus: *v Deus hanc voluit rei esse naturam, vt simplex & nuda veritas esset luculentior: quia satis ornata per se est, ideò in ornamentis extrinsecus adhibitis fucata corrumpitur: mendacium verò specie placet aliena: quia per se corruptum vanescit, ac defluit; nisi aliunde onato quæsito circumdatum fuerit, ac politum.* Inde vetus, communisque versiculus ille; Arg. 3. ad idem.

Veritas se negat ornari, contenta doceri.

x 1. Cor. 2. 14. Cuius, me Hercle, gratia dictum à Paulo videtur: *x Non in sapientia verbi, vt non euacuetur Crux Christi*; vtpotè quod minus splenderet virtus illius, si verborum phaleris, ac lenocinijs, non autem inculto, rudique prædicaretur sermone: corrumpitur enim veritas (vt modò Firmianus dixit) ornamentis extrinsecus additis. Quare ipse Paulus paulò ante præmiserat: *y Placet Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Vtique ne mundi sapientiæ diuina adscriberetur victoria, & ipsa virtus crucis verborum fuco, obnubilaretur. Citra eloquentiam ergo sacra pagina est.

y 1. Cor. 1. 21.

z *Lib. 7. contra Celsum ante finē, fol. 317. B. C.*

5 Argumēto denique potest esse, quòd vt habet Orig. contra Celsum: *z Communia dogmata multo melius inornata & simplici, quàm eleganti & culta oratione traduntur: quia sunt velut cibus communis: qui multis aromatibus conditus, & condimentis paratus, solis diuitibus, atque delicatis hominibus, non autem insuetis, & aggrestibus vsui, commodoque esse potest.* Et proinde sicut medicorum ille conueniētior est, qui multorum, quàm paucorum sanitatis rationem habet; ita & ciborū corporis atque etiam animæ, qualia sunt verba Dei. Cùm igitur in sacra pagina communia omnibus subministrentur dogmata, consequens est, vt communi vulgarique debeant proponi stylo, non verò compto atque fucato, vtpotè quòd ille omnibus conuenientissimus est; is verò non, nisi aliquibus maximè delicatis. Arg. 4. pro parte negatiua quæstionis.

Et addit Origenes: *Quemadmodum si aliquis Græcus propositum haberet Ægyptios, aut Syrios sana doctrina instruere, eorum linguas perdiscere curaret, barbarizare malens*

malens (quod apud Græcos turpe est) quàm sua lingua vtendo Ægyptijs, & Syrijs esse inutilis; ita diuina potentia præuidens non solùm eruditis Græcis (vt existimantur) sed etiam reliquis, condescendit ad idioticum captum aud turæ multitudinis, vt consuetis verbis apud eos vtendo, imperitos ad auscultandum alliceret. Rudis ergo & rustica oratio conuenit esse scripturæ, vt etiam à rudis & aggrestibus excipi & percipi posit.

CAPVT SECVNDVM.

Authores & argumenta pro scripturæ eloquentia.

Authores profitentes in Scriptura verborum luculentiam.

6 IN Contrariam nihilominus partem vel illi referuntur, qui summæ dicendi gloriæ vsquam renuntiarent, vtique Cyprianus, qui Cartagine Rhetoricam docuit apud D. August. *a* Aurelius August. qui Mediolani, ac Romæ Rhetorices Cathedram tenuit, teste eodem; quem, vt summa eloquentia præditum cauendum inclamauit Cresconius Grammaticus, vt ipse etiã Aug. *b* retulit, Victorinus item Romanus Rhetoricæ publicus professor apud eundem August. *c* & alij apud Nicolaum Serarium; *d* inter quos refertur Anonymus ille, qui scilicet sic absoluens sententiam præmissam capitis præcedẽtis, dicit: *Nescio quid dulcius immurmuret filius Iesse, qui vario sermonum, & sententiarum concentu omnes illos quos diligere consueuerat ineloquentes reddit & mutos.* Quibus adduntur ea, quæ Plesseus notauit de Marsilio Ficino, & Picco Mirandulano viris in dicendi gloria præclaris: *Posquam omnes probatos authores perlegerunt, in hisce scripturis acquiescunt; postquam cæterũrum satietas cœpit, in his delectãtur, his satiari numquam possunt.*

Hier. sup. Ione 3. a *To. 1. lib. 3. confes. cap. 5.* b *Idem lib. 4 contra Cresconum. cap. 2.* c *Idem lib. 8. confes. cap. 2.* d *In prolog. biblicis.*

Arg. 1. Scripturis sacris eloquentiã inesse.

7 Argumento illis esse potest primo quòd vt habet Paulus: *e Diuites facti estis in omni verbo & in omni scientia.* Cùm igitur eloquentia diffiniatur à Cicerone; *f Copiosa loquens sapientia;* sequitur in scripturis eloquentiam esse.

e *1. Cor. 1. v. 5.* f *Particularium orationum, n. a 2.*

8 Secundò quod dicitur: *g Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Et rursum: *h Letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa:* sed eloquentia diffinitur à Quintiliano: *i Locuplex & speciosa oratio;* qui etiã summam Nestoris eloquentiam efferens, inducit Homeri illud: *K Ex ore Nestoris dulcior mele profluxit oratio.* Ergo in Scripturis sacris eloquentia est.

Arg. 2. ad idem.

g *Psal. 118. v. 113.* h *Ibidem v. 162.* i *Lib. 5. instit. c. 14. Idem lib. 12. cap. 10.* k *Illiada Al.*

Arg. 3. ad idem.

9 Tertiò, eodem Psalm. scriptum est: *l Ignitum eloquium tuum vehementer; & seruus tuus dilexit illud.* Et in Prou. *m Omnis sermo Domini ignitus est.* Et Hieremiæ 25. *Numquid non verba mea sunt quasi ignis? & quasi malleus conterens petram?* Et Hebr. 4. *o Viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio antipiti.* Cũ ergo eloquentiæ potissimum sit affectus mouere, premere & excitare, vt habent Cicero, *p* & Quintil. *q* consequens est, diuinis literis maximam inesse eloquentiam: siquidem & saxea ipsa commouent & conterunt corda, velut ferrum ignis.

l *Psal. 118. v. 40.* m *Prou. 30 v. 5.* n *Hierem. 25. 29.* o *Hebr. 4. v. 12.* p *In bruto, n. 95.* q *Lib. 6. insti. c. 2.*

Arg. 4. ad idem.

10 Denique, quòd 2. ad Timot. 3. dicitur: *r Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, & ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo ad omne opus bonum instructus.* Sed vt ait Cicero: *s Tria sunt efficienda dicendo, vt doceatur is apud quem dicitur, vt delectetur, vt moueatur.* Igitur scriptura docens & alliciens hominem, vt spontaneus occurrat & promptus ad omne opus conueniens, sequitur quod exercet omnia munia artis perite dicendi, vtique eloquentiæ; & proinde quòd summæ eloquentiæ sit.

r *2. Ad Tim. 3. v. 16.* s *Lib. 3. de oratore.*

Vna est ratio eloquentiæ.

11 Nec valet dicere esse aliam & aliam eloquentiæ rationem, vt est alia & alia diuina atque humana oratio. Non inquam valet; quoniam vt habet idẽ Cicero: *t Vna est eloquentia quascumque in oras disputationis regionisve delata sit: nam siue de cæli natura loquatur, siue de terræ, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex inferiori loco, siue ex æquo, siue ex superiori, siue vt impellat homines, siue vt doceat, siue vt deterreat, siue vt concitet, siue vt reflectat, siue vt incendat, siue vt leniat, siue ad paucos siue*

t *Lib. 3. de oratore, nu. 13.*

cos siue ad multos, siue inter alienos, siue cum suis, siue secum; viuis est deducta oratio, non fontibus, & quocumque ingreditur eodem est instructa ornatuque comitata.

CAPVT TERTIVM.

Ostenditur authoritate, & ratione sacris literis seriam sanamque eloquentiam inesse.

Scripturarum dignitas nó in ornamétis verborũ, sed mysteriorum.

12 IN hac sententiarum pugna illud vt irrefragabile consti tuendum est, quòd sacris literis seria, sanaque agnata sit eloquentia.

Sed antequam huiusmodi couclusionem probemus, aliqua scitu digna præmittenda sunt. Primum est, quòd licet sacræ literæ verborum minima, aut nulla ornamenta tulissent, adhuc proprio dignitatis culmine non degenerassent; quoniam (vt Carolus Sigonius *a* notauit) *non in elegantia verborum, sed in mysteriorum sanctitate commenda e sunt.*

Seria sanaq; eloquentia maximè à Scripturis sacris expe ctáda, & petenda.

13 Secundum est, veram, seriamque nihilominus eloquentiam à nullis sic expetendam, atque expectandam eloquijs, sicut à diuinis. Cum authore Tullio: *b Eloquentia nemo vnquam floruit sine omni sapientia.* Quapropter ipse *c* iterum negat veram illam, & absolutam eloquentiam ab aliquo homine con sequutã fuisse, vtpotè quòd nemo hominũ hactenus sapiẽtia claruit. Tùm quia communi sententia definitur orator apud Quintilianum: *d Vir bonus dicendi peritus.* Quod probans ipse Quintilianus subdit: *Quia benè dicere non potest nisi bonus.* Vnde Cicero ait: *e Eloquentia cum prudentia & probitate iungitur.* Cùm igitur inter omnes scriptores, ac disciplinarum bonarum, scientiarumque professores, sacri maximè eniteant, tàm in sapientiæ fonte, è quo sua scripta hauriunt, quàm in probitate & prudentia, quibus illa deducunt, & diuinitus referunt, vt per se notum est; consequens sit ipsorum libros eloquentiæ veræ veras rationes induere, atque ex nullis alijs veram eloquentiæ speciem sic posse desumi.

Eloquentia vera veræ sapientiæ pars.

14 His ita præmissis propositam conclusionem sic probo. Primo. Eloquentia sana, ac seria est veræ sapientiæ pars, vt patet tùm ex dictis, tùm ex eo, quod sapientiæ est: & quidem non minima pars, aptè & conuenienter dicere. Cum igitur scriptores sacri omnium sapientissimi extiterint consequens est hanc sapientiæ partem illos non ignorasse, cum instituto suo admodum expediens fuerit; & proinde eloquentia vsos fuisse: quoniam hac vniuersaliter definitur: *Ars aptè dicendi.*

Descriptio eloquentis.

15 Deinde *eloquens est, qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperate dicere potest*; vt habet dissertis verbis Cicero. *f* Sed Scriptura sacra sic de tribus istis rerum generibus agit, vt vel oscitanter legentibus illam pa tebit. Ergo verè eloquens, vera eloquentia est. Vnde Marcellinus August. *g Sermonis diuini gratia humiliter tumet, facile, vt placeret, emeruit.*

Veræ eloquentiæ ratio.

16 Tertiò, eloquentiæ summa in eo sita est, vt dicenda, sic temporis, personarum, locorum, rerum, de quibus agitur, & auditorum rationibus aptet, ac temperet, vt cum fructu, prouentuque possit ab omnibus excipi: is enim est scopus & finis omnis benè institutæ orationis; alias idem esset eloqui, ac verba in ventum dare; & eloquentia idem quod vana, inanisque loquentia. Cùm igitur Sacra pagina plurimũ in hoc genere valeat, dicente Domino: *h Quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam fecit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo; non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.* Cùm igitur tam efficax sit, consequens est, in Scriptura sacra summam eloquentiam esse. Vtiq; docendi, delectandi, & flectendi. De quibus multa August. *i*

a In proœm. Rep. Heb.
b *Cic. lib. 2. de oratore, cap. 4.*
c *Idem lib. qui dicitur orator, n. 9.*
d *Lib. 1. institut. cap. 15.*
e *Lib. 3. de oratore, nu. 31.*
f *Vbi suprà.*
g *Epist. 4. inter epistolas Aug.*
h *Esai. 55. 10. & 11.*
i *Lib. 4. de doctrina Christiana, c. 4*

Sanè

Scriptura sacra mirè excitat animos.

17 Sanè tanta est scripturarum sacrarum ad animos concitandos potestas, vt Franciscus Mirandulanus profiteatur: k *Apud nos rudis potius quàm eloquens scripturarum oratio videbatur, sed vim persuadendi maximam obtinuit.* Et Ioānes Picus Patruus: l *Non mouent, nō persuadent sacræ literæ, sed cogunt, agitant, vim inferunt.* Habent ergo literæ sacræ summam eloquentiæ vim, & proinde verū eloquentiæ sermonem. Quam non solùm præmissi, verùm omnes fideles profitentur authores.

k Lib. 2. examinis vanitatis doctrinæ.
l Ad Hermolaū.

CAPVT QVARTVM.

Experimento monstratur seria sanaque eloquentia Scripturarum sacrarum.

Nullus Scriptorū sacrorū absq; dicendi flosculis est.

18 Experimento etiam possumus idem ostendere: nam inprimis si aliquis è Scriptoribus sacris exors à seria sanaque eloquentia esset, maximè vates ille, qui armamentarium se, rusticumque pastorem profitetur, Amos. At hunc eloquentia vera sat, superque nituisse, & mirum in modūm irradiasse, ostendunt nobis multa eiusdem prophetæ verba, præsertim illa quæ habent: a *Væ vobis qui opulenti estis in Sion optimates, capita populorum pompatice ingredientes domum Israel.* Et reliqua quę August. b tanquam eloquentiæ luminibus, præceptisque illustrata commendat, euehit, atque in medium producit. Si igitur agrestem pastorem Deus tam eloquentem instituit, quid vrbicos aliquos, & aulicos viros, diuini eloquij fidelissimos exaratores? Signum igitur est, quòd Deus amanuenses sacros, non sapiētes tantùm (vt August. c ostendi) sed eloquentes etiam, & eloquentia vsos effecerit.

In Scriptura ipsē dēt omnes figuræ Rhetorum.

a Amos 5. 1.
b Lib. 4. de doctrina Christiana, cap 6. to. 3.
c Vbi suprà.

19 Iterum id ostenditur figuris Rhetorum, quibus sacra pagina abundat, adeò vt ferè constiterit schemata literarum, quæ dicūtur humanæ, inde profluxisse. Huiusmodi autem figuras sigillatim expendit, & refert Sanctes Pagninus: d ex quibus ego aliquas decerpam, ne volumen hoc in infinitum abeat. Imprimis enim figura, quæ dicitur *Anaphora*, siue relatio, consistens in eo quod eadē stationis pars sæpè repetatur, habetur in illo Psal. e *Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sæculum misericordia eius, dicant nunc, qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius.*

Figura Anaphora.
Figura Anastrophe.
d Isagoge ad literas sacras, c. 26. & 28.
e Psalm. 117. 3.

Anastrophe, idest, conuersio, consistens in hoc quod sententia ordine inuerso producatur, habetur in illo Psal. f *Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo*: cùm tamen prius sit quod Deus misereatur nostri, quàm quod benedicat nobis.

Figura Antiptosis.
f Psalm. 23. 5.

Antiptosis, quæ est positio casus pro casu, habetur in illo Euangelij: g *Sermonem, quem audistis, non est meus.*

Figura Apostrophe.
g Ioan. 14. 23.

Apostrophe, quæ est conuersio loquentis ad audientem, in illo Psal. h *Lætabimur in salutare tuo.* Et in illo Psal. i *O Domine, quia ego seruus tuus.*

Figura Auxesis.
h Psalm. 19. 6.
i Psalm. 115. 5.

Auxesis, quæ est augmentum in oratione, in illo: k *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.*

Figura Catachresis.
K Psalm. 3. 4.

Catachresis, idest, abusio tribuens rei quod ipsa non habet, in illo: l *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.*

Figura Caracterismus.
l Psalm. 74. 6.

Caracterismus idest, informatio, siuè descriptio repræsentans absentia tamquam præsentia in illo Psal. m *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.*

Figura Climax.
m Psalm. 20. 4.

Climax idest, scala, qua gradatim quasi per scalam ascenditur, in illo Pauli: n *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem, spes autem non confunditur.*

Figura Diaphoresis.
n Rom. 5. 3.

Diaphoresis idest, differentia personarum, in illo Psal. o *Mutuabitur peccator, & non soluet, iusti autem miseretur & tribuet.*

Figura Diatypsis.
o Psalm. 36. 21.

Diatypsis idest, formatio, & expressio singulorum, in illo Psal. p *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.*

p Psalm. 30. 10.

Emphasis

q *Psalm. 24. 7.*

Emphasis, id est, expressio eius quod nõ dicitur, in illo Psal. q *Secundum misericordiã tuam memento mei, propter bonitatem tuam Domine*, hoc est, non peto vt propter merita mea recorderis mei.

Figura Emphasis.

r *Psalm. 33. 4.*
s *Psalm. 36. 35.*

Energia, id est, manifestatio tam perspicua rei, ac si ad oculum subijceretur, in illo Psal. r *Magnificate Dominum mecum*: & in illo Psal. s *Vidi impium superexaltatum & eleuatum.*

Figura Energia.

t *Iudic. 14. 14.*

AEnigma, idest, obscura allegoria, vel quæstio, in illo iudicũ: t *De comedente exiuit cibus.*

Figura AEnigma.

v *Psalm. 113. 5.*

Epanados, id est, reditus seu repetitio rerũ, quæ simul dictæ sũt in illo Psal. v *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* Quas quia longum esset (vt dixi) repetere, videndas remitto apud Sanctes Pagninum vbi supra. Sat enim est nobis scire omnia eloquentiæ ornamenta seria, & sana in sacra pagina adinueniri; & per consequens eloquentiam veram.

Figura Epanados.

CAPVT QVINTVM.

Ostenditur, Eloquentiam vanam non esse in sacris litteris.

a *Epist. 75.*

20 ALTERA controuersiæ huius conclusio sit, sacris litteris nullam inesse eloquentiam inanem. Vt pote quod illa verborum concinitas, lenocinia orationum, sermonum affectata dicacitas, & à fabre elaborata, & instructa phaleris concio, non tantùm est indigna literis sacris, verùm & sanis serijsquè orationibus, dicente Seneca: a *Quis enim accuratè loquitur, nisi qui vult putide loqui? Non delectent verba nostra, sed prosint; non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem.*

Eloquentia futilis & vana longè à sacris literis.

b *Idem Epist. 115.*

21 Item alibi ad Lucillum: b *Nimium anxium te esse circa verba, & compositiones nolo: habeo maiora, quæ cures, quære quid scribas, non quemadmodum. Cuiuscumque orationem videris sollicitam & politam, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatũ, magnus ille remissius loquitur & securius. Quæcunque dicit plus habent fiduciæ quàm curæ. Nosti quàm plures iuuenes barba, & coma nitidos de capsula totos, nihil ab illis sperаberis forte, nihil solidum. Oratio vultus animi est; si circumtonsa est & fucata, & manufacta, ostendit quoque illum nõ esse syncerum, & haberi aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinitas.*

Verborũ structura solicita dedecet serios viros.

c *In Bruto, n. 49.*
d *Idem lib. 1. de orat. num. 118.*

22 Item Cicero, c mediocre genus dicendi effert, vt optimum; & in eo asserit emicuisse Demosthenem, eximiosque Græcorum, & maxime Demetrium Phalerum, & omnia dicendi ornamenta ei conuenire, atque in eius orationis forma plurimum suauitatis inesse. Et alibi d narrat de Socrate, quod orationem quandam in eius defensionem factam pro causa mortis ab eloquentissimo oratore Lysias, laudauit quidem tamquam dissertam; damnauit autem, & respuit tamquam minus virilem, & indignam vt à se, aut suo nomine palàm proponeretur, inquiens: *Si mihi calceos Sycionios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles: & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic orationem istam, &c.*

Optimũ dicẽdi genus mediocre.

Alia fœminina eloquẽtia, alia masculina.

e *Lib. 5. institut. cap. 12. ad finem.*

23 Fabius etiam Quintilianus, e disertè, copiosequè distinguit inter fæminineam & masculinam eloquentiam; & isti tribuit lacertos, robur, barbamque, & alia quæ natura maribus dedit; illi verò fucum, voluptatẽ, libidinemq;, & effœminati sexus mendacia, eamque nuncupat libidinosam, & resupinam voluptatem, ne minimum quidem in se iudicij masculini, & incorrupti, nedum grauis & sancti viri ostendentem.

Quisnã decor orationẽ venusfict quis vero defórmet?

f *Idem proœm. in 6. & institut.*

24 Rursus idem alibi f acriter inuehitur in eos, qui inani circa voces studio senescunt, idque faciunt gratia decoris. Huius autem obiurgationis

tionis causam illam reddit, quod orationē venustet, decorquè sequitur, nō qui affectatur; velut corpora venustat agnatus (qui eā roborat) sanguis; corrumpit autē, & fœdissima reddit, elaboratus ille, ac muliebris fucus. Vnde infert translucidam, & versicolorem eloquutionem res ipsas effœminare, quæ verborum habitu vestiuntur,

Verba, quæ curā referūt, refellenda.

25 Aliam idem rationem connectit, inquiens. Illa, quæ curam fatentur, & ficta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt, propter id quod sensus obumbrant, & velut læto gramine sata strangulant: nam & quod rectè dici potest circuimus amore verborum; & quod satis dictum est repetimus, & quod vno verbo patet pluribus oneramus, & pleraq; significare melius putamus quàm dicere. Quid quòd iam nihil proprium placet, dùm parum creditur disertum quod & alius dixisset? A corruptissimo quoque Poetarum figuras, seu translationes mutuamur. Tùm demū ingeniosi, scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio. Atque satis apertè Cicero præceperat; in dicendo vitium vel maximum esse, à vulgari genere orationis, atque à consuetudine communis sermonis aborre. Hæc Quintil.

Eloquentia vera non debet luxuriari in verbis.

26 Ex his planè sequitur, verborum exquisitorum eloboratam constructionem non eloquentiæ sanæ, sed luxuriantis loquentiæ partem esse; eius propterea architectos, vt communes reipublicæ hostes explosos, tàm à gentibus, quàm etiam exibilatos à Christianis ipsis videmus. Ex quo illud nostri Bernardi g ad Eugenium Pontif. Maximum, *Verbosulum adolescentem, & studentem eloquentiæ, cùm sapientiæ sit inanis, nihil aliud quàm hostem iustitiæ reputes.* Cum igitur Scripturæ sacræ ludicra omnia respuant, & hostiliter horreant, consequens est, has eloquentiæ nenias non habere, non ferre, non pati, sed solidam eloquentiam sortiri, quæ in sententiarum grauitate, vtilitate, sublimitate, amabilitate verborum, similibusq; consistit, non autem in vocum curiositate, & concinitate, quæ vana futilis atque inanis est.

g *Lib. 4. de consid. ad Eugen.*

CAPVT SEXTVM.

Respōdetur 1. argumento 1. cap. & ostenditur, primò cur aliqui prius de literarum sacrarū nitore tam nequiter senserint, & posteà tam inclyte: secundò quo sensu Paulus fuerit imperitus sermone.

Cur si Scripturæ sacræ omnigenæ eloquentiæ sunt: aliquibus Rhetorū rudes aliquādo apparuerint.

27 IAM argumentorum tela retundenda sunt; sed in primis ratio enodanda, cur aliqui inique senserint de sacrarum literarum nitore, eloquentia, & forma (iuxta cap. 1. relata) si tamen reipsa sunt eloquentiæ plenæ? Rationem autem hanc nobis suggerit Irinæus, dicens: a *Scripturæ quidem perfectæ sunt; quippè à verbo Dei, & spiritu eius dictæ: nos autem secundum quod minores sumus à verbo Dei, & spiritu eius, secundū hoc & sciētia mysteriorū indigemus: & nō est mirū si in spiritualibus cœlestibus, & in his, quæ habent reuelari hæc patimur nos, quandoquidem etiam eorum, quæ ante pedes sunt, & à nobis videntur, multa fugiunt scientiam nostram.*

a *Lib. 2. aduersus hæreses, c. 47.*

Scriptores sacri secundū gratiam, quæ super artē est, scripserunt.

28 Inde factū est, vt illuminati diuinitus mira de scripturarū structura eloquia protulerint: v. g. Ambros. ita inquiens: b *Sacri Scriptores non secundum artē scripserunt, sed secūdum gratiā, quæ super omnē artem est: scripserūt enim, quæ Spiritus illis loqui dabat.* Item Gregorius Magnus (sanè vt à Spiritu sancto in speciem columbæ afflatus) *Vt tamen de rerum pondere taceam; scias quod omnes doctrinas ipso etiam locutionis suæ more scriptura transcendit, quia vno eodemque sermone dùm narrat gestum, rodit mysterium; & sic scit præterita dicere, vt eo ipso nouerit futura prædicare:*

b Epist. 63. *ad Iustinum.*

c *Lib. 20. Moral. cap. 1.*

caue: & non mutato dicendi ordine eisdem ipsis sermonibus nouit; & ante acta describere, & agenda nuntiare. Certè eloquentiæ genus ipsis etiam Rhetorum summis hactenus inauditum. Rursum D. Bonauentura: d *Qui scripturam habet potens est cum eloquijs, & etiam in venusto sermone. Vnde Bernardus: quia multum in scriptura studuit, id eloquutus est elegantissimè.*

d Sermone 19. in Examerou.

29 Imò August. e ipse, qui iunior & gentilis, scripturæ simplicitatẽ fastidierat, postea ad meliorem frugem receptus, altiorique lumine perlustratus in hæc verba se dedit: *Vbi sacros libros intelligo, non solùm nihil illis sapientius, verùm neque eloquentius videri potest, & audeo dicere omnes, qui rectè intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere, eos non aliter loqui debuisse.* Et post aliqua: *Vbi verò non eos intelligo, minus mihi apparet eorum eloquentia, sed tamen eam non dubito esse talem qualis est vbi intelligo.*

e To. 3. lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 6.

August. mutauit sententiam de simplicitate scripturarũ.

30 His maximè adstipulatur Budeus, ita inquiens: f *Ego quidem certè in ea sum opinione, vt existimem tropos oratorios multo sublimiores, efficacioresque in sacra lectione inueniri, quàm in priscorum Græcorum, Latinorumve monumentis, posseque oratoriam phrasim fieri ea lectione locupletiorem, sed id persuaderi his vix potest, qui humanarum scripturarum lepore & suauitate capti horridi statim, ac refractarij styli lectione deterrentur. Vtique quoniam diuini spiritus lumine, & fidei sidere illustrati non sunt.*

f Lib. 5. de à se.

Tropi Rhetorum illustriores in scriptura, quã in alijs disciplinis.

31 Aliam rursus causam prædicti fastidij, ac despicientiæ, velut indicat ipse August. inquiens: g *Qui in scripturis sanctis quodammodo nutriti, educatique sunt, magis alias loquutiones mirantur, easque minus Latinas putant, quàm illas quas in scriptura didicerunt, neque in Latinæ linguæ authoribus repeuiuntur.* Quasi diceret, eo aliquibus horrent scripturæ quod illarum studio sero, & non seriò addicuntur. Quibus consonat Gregorius noster h dicens de scriptura, *vsu fastidiũ tollit.* Itaque ignorantia scripturarũ & incuria erga illarũ notitiã fuit causa, vt contemnerentur tanquam incultæ, & vulgares, velut cum dixit Cicero, i *si quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium ieiuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet, quàm quomodo à nobis vterque inductus est, is erit ex his, qui illos non audierit, aut iudicare non possit.* Vnde qui suã operam in lectione Scripturarum sacrarum, atque indagatione illarum sedulo insumpserunt, grandia, non tantùm de sensibus, verùm de sermonibus etiam ipsarum eructarunt.

g Lib. 2. de doctrina Christiana, c. 4.
h Vbi suprà.
i Lib. de oratore.

Eximiũ iudiciũ eorũ qui in sacris sunt literis enutriti.

Tertiam subnectit rationem D. Isidor. dicens: K *Fastidiosis atque loquacibus Scripturæ sanctæ minus propter sermonem simplicem placent. Gentili enim comparata videtur illis indigna. Quòd si animo humili mysteria eius intendant, confestim aduertunt, quàm excelsa sunt, quæ in illis despiciunt.*

K Lib. 3. sent. c. 13.

32 Neque militant contra hæc, quæ in argumento primo obiecta sunt: quoniam illa tantùm procedũt de verbis elaboratis, & magna cum industria quæsitis sapientiæ humanæ, vtique de concinnis, phaleris, & vernaculatis dictionibus, quas vocat Paulus *sermonis sublimitatẽ*, & quibus ampullatur oratio, & picturatur, compta, atque nitida redditur; & quidẽ ad speciem potius, quã ad rationem: quod tamen eloquentiæ genus iam supravidimus à peritioribus Rhetorum repudiari.

Resp. 1. arg. 1. capit.

33 Præterquam quod cum in ipsis epistolis Pauli vere non eniteat facundia illa, leposque verborum, quem prædicti Rhetores; etiam solidissimi, amant, & suis voluminibus inserunt; sed potius vulgaris sæpè & plebeius sermo, qualem Cyrillus Alex. l profitetur esse in multis sacrarum literarum codicibus: non mirum est si Paulus imperitum se sermone iactauerit, vtpotè quod causam agebat cum his qui lenocinea verborum, fluxumque cupiebãt, & quæsitum ornatum amabant.

l Lib. 1. contra Iulianum.

Cur Paulus imperitum se sermone se dixerit? qui tamẽ peritissimus fuit?

34 Attamen per hoc sanæ, seriæque eloquentiæ virtus, aut vis non deprimitur; vtpotè quæ consistit in hoc quod aptè & conuenienter dicat per ordinem ad finem in tantûm; quod tamen popularibus verbis sacra pagina præstat, sæpissimè ob agnatum quem spirat ignem. Quare id professus Ioannes Mirandulanus ait: m *Leges rudia verba, & agrestia; sed viua, sed animata, flammata,*

m Ad Hermolaum.

Quænam seria sanaque eloquentia?

mata, aculeata, ad imum spiritum penetrantia, & hominem totum potestate mirabili transformantia. Etenim vt viliora nutrimenta potioribus condimentis indigent, quàm pretiosa, vt appetitum excitent, & alliciant; imò cibaria optima condimentis ad hæc non indigent, sed per se mouent gustum; sic sacræ literæ, absque ornamentorum specie trahunt animos, cum tamen humaniores literæ absque verborum lenocinijs eos non excitent.

Aliquando oratio sine eloquentia suadet.

35 Et quidem si Cicero *n* fatetur, quod aliquando, oratio sine eloquentia suadet, vt patet in pueris, atque rusticis, qui tamen actione indicē do eminent: propter quod Demosthenes primas, secundas, & tertias actioni detulit, vtpotè quod eloquentia verborum sine actionis virtute non mouet; benè tamen actio sine eloquentia verborũ impellat, & moueat: quid mirum quod diuina verba, & sermo diuinus cum viuus, & efficax sit, energiam vocis, & actionis efficacitatem habeat, & proinde quod sine eloquentia verborum moueat, ac impellat? Igitur vbi est oratio ad suadendum congrua, ibi est vera eloquentia, etiamsi elegantiam verborum, atque venustatem non habeat: talis autem est regidior, refractior, agrestiorque sacrarum literarum oratio.

n Vbi suprà de oratore, n. 31.

Paulus culti, & accurati sermonis non ignarus.

36 Sed adhuc nitet in Paulo præstantis eloquij lepos: dum enim scribit *o* diuisiones gratiarum, sic graphycè orationem depinxit, vt vel Erasmus tonauerit: *p Totus hic sermo Pauli distributionibus dictionum earundem iterationibus, idq; nunc in principio, nunc in fine, membris incisis, comparibus, similiter cadentibus, ac desinentibus, periodisque floridus est.* Ex quibus, mehercle, eliciturque styli simplicitatem sciens volensq; affectauit ignarus alias sublimioris eloquij.

o 1. Cor. 12.

p Sup. 1. Cor. c. 12.

CAPVT SEPTIMVM.

Respondetur secundo, tertio, & quarto argumentis 1. capitis, & ostenditur eloquentiam vituperandam non esse sed eximie commendandam, etiamsi aliqui abutantur illa, & aliqua aliquando per accidens afferat incommoda.

Non est reputandum malum quo bene vti licet.

37 AD Secundum argumentum respondet August. *a* aduersario suo Cresconeo sic: frustra illa propter hæreticos, & sophisticos inducta esse, contra eloquentiam: quoniam aliàs, neque pro patria esset miles armandus: quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt, neque boni, probatique medici medicinalibus ferramentis ad salutem: quia his ad perniciem indocti pessimique abutantur.

a To. 7. lib. 2. contra Cresconium.

Rursum inquit: *b Absit, vt ea quæ propter bonum, aut licitum facimus, aut habemus: si quid per hæc, præter nostram voluntatem, cuique mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin, nec ferramenta domestica, & aggrestia sunt habenda, ne quis eis vel se, vel alterum interimat: neque arbor, aut restis, ne quis se inde suspendat: nec fenestra facienda est, ne se quisquam per hanc præcipitet. Quid plura commemorem? cùm ea commemorando, finire non possem. Quid enim est in vsu hominum bono, ac licito, vnde non possit etiam pernities irrogari?* Eadem hactentior in cap. 8. de occidendis.

b Epist. 158.

Similia Quintilianus respondet obiectionibus suis, quoniã immediatè post eas ita inquit: Quãdoquidem modò, nec duces erunt vtiles, nec magistratus, nec medicina, imô neque ipsa sapientia: nam & dux Flaminius, & Grachi magistratus, & in medicis venena, & in his qui phylosophorum nomine malè vtuntur, grauissima nonnumquam flagitia deprehensa sunt.

Et addit: *Cibos aspernemur, attulerunt sæpè valetudinis causas; numquam tecta subeamus supra habitantes, aliquando procumbunt: non fabricetur militi gladius*

gladius, potest vti eodem ferro latro: quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla fit vita, & (ne in terris immorer) solem, lunamque præcipua syderum aliquando etiam nocere? Quare etiamsi in vtramque partem valeant arma facundiæ; non tamen est æquum id haberi malum quod bene vti licet.

38 Ad tertium argumentum respondetur; soliditatem illam & simplicitatem scripturæ, cum sublimitate rerum, & pondere sententiarum esse sanam & valde seriam eloquentiam diuinam: nam vt Augustinus inquit: c *Sicut est quædã eloquentia, quæ magis ætatẽ iuuenilem decet, est quæ senilẽ; nec iam dicẽda est eloquentia si personæ non congruat eloquentis: ita est quædam, quæ viros summa authoritate dignissimos, planeque diuinos decet, hac illi loquuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congruit; alias autem quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit.*

Rerum sublimitas cum simplicitate verborum sacra eloquentia.

c *Tr. 3. lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 6.*

39 Ex his plane sequitur non omnem eloquentiæ rationem, sed iuuenilem, puerilem, poeticam, comicam, pomposam, ventosam, & elaboratam dumtaxat à sacra Scriptura exulare: nam de sana illa, seriaque sic subijcit Augustinus: *Possem quidem (si vacaret) omnes virtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur isti (qui linguam suam nostrorum authorum linguæ, non magnitudine, sed tumore præponunt) ostendere in literis sacris.* Quibus maximè fauent, quæ ex Budæo capite præcedenti retulimus. Humanam igitur Lactantius Firmianus, in loco 3. argumenti eloquentiam respuere intendit, non diuinam, sed scurrilem & vanam: nõ seriam, & Deo dignam: siquidem hæc in scripturis, vel ad sensum patet.

Quænã eloquentia exulẽ literis sacris?

40 Ad quartum argumentum respondetur procedere tantùm de eloquentia, quæ externo verborum nitore, splendoreque captat, capitque homines, qualis est picturata illa, propria mendacij, quæ nisi fucata specie, atque emendita, placere non valet: non autem de vera, & solida, quæ robur, & lacertos sensuum & sententiarum habet, adhuc in vulgari sermone, ad alliciendos homines & trahendos; etiam contra illam loquentiæ sublimitatem. Etenim Lactantius ipse inquit: d *Scio maximos quoque oratores à causidicis mediocribus sæpè victos: quia tanta est potentia veritatis, vt seipsam quamuis in rebus exiguis sua claritate defendat.*

Quænã eloquentia lacertos & robur habeat, quę vero remissa, ac laxa sit?

d *Lib. 3. de falsa sap. cap. 1.*

41 Itaque cum sacræ paginæ stylus, & forma verborum potius aliquando deterreant, quam demulceant: consequens est illius elegantiam non in fastu, vel ornatu verborum, sed in veritatum fulcro, phrasibus, & integumentis, suam eloquentiam habere, eamque diuinam & summam: & proinde eloquentiam hanc crucis efficacitati, virtutivè detrahere nihil, sed prodesse multum.

41 Est ergo scriptura eloquens eloquentia proprijssimè dicta: quapropter aliquando ostendi e eruditam ac doctam eloquentiam multum ad sacras literas valere, & hoc est quod probant argumenta secundi capitis huius dubij. A scriptura igitur procul est circumtonsa oratio fucata & manuculta: non verò illa, quæ veræ eloquentiæ est: vtique (vt cum Seneca f loquar) *Curata lenta, & sine infamia molis.* Et (vt Homerus apud eundem Sen. g) *Concitata, & sine intermissione, in morem niuis superueniens.* Medium sanè continens inter duo illa per oppositum disita extrema Grachi, Crassi, & Curionis ex alieno sæculo petentium verba, ac se in illis plus iusto colentium: & aliorum se iusto plus negligentium: & qui non tantum alas, verùm nec crura curant, vt etiam ex Seneca h habemus.

Scripturæ eloquentia non tam in verborum quã in veritatum fulcro resplendet.

Quænã sana eloquentia?

e *Laurea Salmantina certamine 2. expositiuo, n. 85.*
f *Epist. 100.*
g *Epist. 40.*
h *Epist. 114.*

DVBIVM

DVDIVM DECIMVMQVARTVM.

Vtrùm Scripturæ sacræ aliquid emolumenti afferant scrutatoribus suis?

SVMMARIVM.

1 Scriptura sacra lignum vitæ.
2 A parte negatiua aliqui hæretici sunt, qui dicunt scripturam à malo genio esse.
3 Alterum argumentum pro parte negatiua quæstionis.
4 Hæreticorum asylus scriptura praue intellecta.
5 Confirmatur argumentum præcedens.
6 Tertio arguitur pro eadem parte negatiua.
7 Ex scriptura ostenditur pars affirmatiua quæstionis.
8 Scriptura sacra timorē Dei incutit.
9 Scriptura claritatem & alacritatē in anima generat.
10 Scriptura ad bona quæq; stimulat.
11 Scriptura ad fidem, spem, & caritatem excitat.
12 Scriptura docet facienda & cauenda.
13 Scripturæ à peccatis nos mundāt.
14 Scripturæ nos sacræ muniunt.
15 Scripturæ beatos reddunt scrutatores suos.
16 Scripturarum encomium, ex Hieronymo, Augustino, Chrysost.
17 Scripturæ leuamen in laboribus sunt.
18 Scripturæ pro tutamine sunt.
19 Scripturæ magno professoribus suis oblectamento sunt.
20 Scripturæ demulcent auditum.
21 Scripturarum religiosus tactus sanctificat.
22 Scriptura sacra gustui voluptatē affert, quia mensa opipara.
23 Scripturæ oculorum sensum delectant.
24 Scripturæ sacræ paradisus voluptatis.
25 Deus per scripturas ad nos loquitur.
26 Scripturæ tam animæ quàm corpori valetudinem conferunt.
27 Scripturæ eximia virtutum exempla subministrant.
28 In scripturis multa dehortamenta vitiorum.
29 Valde in vtrumlibet exempla mouent.
30 Scriptura sacra omni alia disciplina pretiosior.
31 In Scripturis sacris resplendent omnes scientiæ.
32 Disciplinæ languentes alibi, in scriptura valent ac vigent.
33 Principia Theologiæ scriptura.
34 Cur scriptura nuncupetur ager & campus?
35 Cur scripturæ nuncupentur Carmelus?
36 Cur scripturæ appellentur fluuius?
37 Cur scripturæ appellentur aqua?
38 Aqua vnde dicta?
39 Cur scriptura comparetur aquilæ volanti?
40 Cur scripturæ dicantur apothecæ?
41 Cur Scriptura sacra cognominetur calamus?
42 Scriptura est firmamentum diuidens aquas ab aquis.
43 Scriptura sacra timoris Dei magistra.
44 Scriptura sacra corripit tanquam domina.
45 Scriptura sacra inumbrata per mannà & arcam Noe.
46 Scriptura aquæ, lacti, vino, & melli comparatur apud Dionysium Areopagitam.
47 Scriptura Crux Christi, mareq; omnibus patens, apud Ignatium & Clementem.

cētissimo editam, prout ex Augustino, Epiphanio, Euthymio, & alijs refert, ac recenset nobis Sixtus Senensis. *a* Ab huiusmodi autem infensissimis hostibus quid boni & commodi iure expectari potest? Sanè nihil, sed potius incommoda multa, innumeraque detrimenta. Et hoc sit pro primò argumento.

a *Lib. 7. & 8. BB. sanctæ, hæresi 1. vtrobique.*

Alterum arg. pro parte negatiua quæstionis.

3 Pro altero argumento sit, quòd hæretici omnes pro figmentorum suorum atque ineptiarum præsidio, perpetuo Scripturam sacram appellant, & vndique, & vbique appellarunt, & ad eius vnicum asylum sese confugerunt, vt præter quotidiana experimenta testatum & expressum habemus apud Origenem, *b* Tertulianum, *c* Athanasium, *d* Chrysostomum, *e* Hilarium, *f* Irenæum, *g* Augustinum, *h* & alios, quos abundè refert Nicolaus Seratius *i* Iesuita vir egregiè doctus.

Hæreticorū asylum scripturapraue intellecta.

4 Et adeò veram est scripturas ab hæreticis pro asylo perpetuò vsurpatas, vt Arriani apud Augustinum *k* dixerint: *Voces quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur.* Et Semiarrani apud sanctum Epiphanium: *l Reijcimus vocem, homousion, velut alienam à diuina scriptura.* Alijque simillimas effuderint voces apud prædictum Serarium *m* qui etiam ex Luthero subijcit, adeò vniuersos hæreticos ad scripturarum præsidia sese confugisse, vt iure Scriptura sacra cognominari posit *liber hæreticorum.* Ex Caluino etiam refert vulgari prouerbio dici: *Scripturam esse nasum cereum,* quia conuerti potest in omnes formas. Quod igitur patrocinium commodumve orthodoxus ex isto armamentario desumet, à quo veritatis hostes contra veritatem summam summa arma depromunt?

Confirmatur argumentum præcedens.

5 Sanè si hæreticorum librorum lectio iure orthodoxis fidelibus interdicta est, tanquam pestilens, exitiosa, & nociua: videtur sacræ Scripturæ lectionem proficuam illis, salutaremve esse non posse, sed perniciosam maximè, vtporè potissimus fons à quo deducuntur semper, extrahunturque riuuli illi, admodum venenati, vtique hæreticorum libri.

b *35. in Matth.*
c *De præscrip. cap. 9.*
d *Disp. 1. & 2. contra Arri.*
e *Hom. 5. contra hæreses.*
f *Lib. 2. de Trinit.*
g *Lib. 5. contra hæreses.*
h *Tract. 18. in Ioan.*
i *In prolog. BB. cap. 10. q. 1.*
K *Lib. 1. contra Maximum.*
l *Hæres. 73.*
m *Vbi suprà.*

3. Arg. pro eadē parte nēgatiua.

6 Pro tertio & vltimo argumento sit, quòd scriptura interdum appellatur *ignis*, vt Hierem. 25. *n* interdum *flammeus gladius*; *o* vt notat Augustinus: interdum appellatur *Bassan*, *p* quod sonat regio hostis infensissimi apud Genebrardum nostrum: interdum, *Galgala*, *q* quod interpretatur volutabrum, seu reuolutio. Interdum etiam appellatur *iugum*. *r* Interdum denique (vt plura alia omittam) appellatur *maleus*, *s* quæ omnia aduersos admodum incursus denotant, vtporè instrumenta malorum. Igitur Scriptura sacra non videtur posse salutares euentus producere.

n *Hierem. 25. v. 29.*
o *Gen. 3. 25.*
p *Mich. 7. 14.*
q *Iosue 3. 9.*
r *Esai. 9. 4.*
s *Hierem. 25. 29.*

CAPVT SECVNDVM.

Ostenditur Scripturam sacram vberrimos iustitiæ fructus conferre scrutatoribus suis, & omnibus atque ad omnia conducere.

Ex scriptura ostenditur pars affirmatiua quæstionis.

7 Contraria nihilominus pars fidei dogma est, testatū plurimis & varijs assertum in locis eiusdem sacræ paginæ eximios pollicentis, & varios suis studiosis prouentus: præsertim in illis: *a Parabolæ Salomonis ad sciendam sapiētiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem. Videtur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus. Audiens sapiens sapientior exit, & intelligens gubernacula possidebit.* His enim planè asseritur omnibus, & ad omnia Scripturam sacram prodesse,

a *Prou. 1. 1.*

mandatorum tuorum cucurri. Vbi viarum nomine præcepta intelliguntur, quibus ad fidem, spem, caritatem, & alia obseruatione digna constringimur.

Inde Basilius: *f Maxima viarum ad veri inuestigationem ferentium, meditatio est scripturarum diuinitus inspiratarum: quandoquidem in his rerum agendarum præcepta reperiuntur.* Reperiuntur etiã & præmia, vt ad eorundẽ præceptorũ impletionẽ prouocemur: Exodi enim 19. dicitur: *g Si audieritis verba mea, eritis mihi in peculium de cunctis gentibus.* Et alibi: *h Qui custodit legem, custodit animam suam.* Et iterum: *i Custoditio legum, consummatio incorruptionis est.* Item grauissimis supplicijs & comminationibus deterrentur legum violatores, adeò vt scriptum sit: *K Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

f Epist. ad Greg. Nazianz.
g Exod. 19. v. 5
h Prou. 6. v. 23.
i Sap. 6. v. 19.
K Psal. 10. v. 5.

Scripturæ à peccatis nos mundãt.

13 Quia item non satis est viam ad bona præmunire & præmonstrare, nisi etiam à lapsibus & contra lapsus (in quos frequenter incurrimus, cùm *l septies in die cadat iustus*) mundemur, atque muniamur: ideò de scripturis subijcitur. Primò, quod à peccatis nos mundãt: iuxta id Christi Domini ad Ioan. *m Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.* Quapropter Hieronymus: *n Scriptura sacra tinea est, quæ comedit quidquid peccati latet in conscientia.* Et August. *o Labor honestus lectionis sacræ multum ad emendationem animæ profuit.* Et noster Venerab. Beda: *p Piscina grandi opere constructa non absurdè potest scriptura diuina intelligi, quæ Spiritus Sancti opere confecta, lauacrum nobis ad expianda peccata ministrat.*

l Prou. 14. 16.
m Ioan. 15. 3.
n To. 5. lib. 5. cõmen. in Matth. cap. 7.
o To. 10. ser. 112.
p Lib. 3. in Esdrã cap. 18.

Scripturæ sacræ nos muniunt.

14 Subijcitur secundo de ipsis scripturis, quod muniunt, & roborant: iuxta id: *q Omnis sermo Domini clypeus est sperantibus in se.* Et alibi: *r Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.* Vnde ipse Christus contra diabolum scriptura sese muniuit dicens: *s Scriptum est. Quia non in solo pane viuit homo. Scriptum est, t Non tentabis Dominum Deum tuum. Scriptum est, v Dominũ Deum tuum adorabis.* Inde illud D. Hieronymi: *x De sermone Domini dicitur, vt circundet sibi tanquam murum firmissimum; ne ad interiora eius possit hostis erumpere.*

q Prou. 30. v. 16.
r Ephes. 6. 11.
s Matth. 4. 4.
t Matth. 4. 7.
v Matth. 4. 10.
x Tom. 5. Commẽtarijs Naum.

Scripturæ beatos reddunt scrutatores suos.

15 Quia tandem scriptum est: *y Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Ideò etiam æterna salus & vita tribuitur scripturis: iuxta illud Psalm. *z Beati qui scrutantur testimonia eius.* Et iuxta illud: *a Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Et iterum: *b Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Ratio autem est, quia per scripturas comparatur cognitio Dei, & Christi: est autem vita æterna, vt cognoscamus Deum verum, & quem misit nobis Iesum Christum. *c*

y Marc. 10. 22.
z Psal. 118. v. 2.
a Eccles. 24. 31.
b Ioan. 5. 39.
c Ioan. 17. v. 3.

CAPVT TERTIVM.

Idem fructus iustitiæ ex SS. PP. ostenditur.

Scripturarum encomia ex Hieron. August. Chrys.

16 RElati & præmissi fructus cap. præcedenti omnes sunt fructus iustitiæ, quibus peruenitur ad Deum, & ad eius facialem visionem; de quibus sancti Patres quàm plurima notatu dignissima. Nam in primis Hieronymus ita ait: *a Quæ enim alia potest esse vita, sine scientia scripturarum sacrarum, per quam etiam ipse Christus agnoscitur, quod est vita credentium.* Et post aliqua: *Omni luce manifestius est, in scriptura æterna subsidia monstrari.* Deinde Clemẽs Alex. *b Sunt verè sacræ literæ, quæ sacros faciunt, ac deificant.*

Item D. August. *c Sacrarum lectio scripturarum diuinæ est præcognito beatitudinis: in his enim quasi in quodam speculo homo se ipsum considerare potest qualis sit, vel quò tendat; lectio assidua purificat omnia, timorem incutit gehennæ, ad gaudia superna cor instigat legentis.*

Chrys. præterea sic: *d Quidquid quæritur ad salutẽ totũ iã adimpletũ est in scripturis,*

a Tom. 3. epist. 150. ad Paulan.
b Oratione exhortatoria ad Gentes.
c Tom. 10. serm. 112. de tempore.
d Homil. 41. in Matth.

qui ignarus est, inueniet quid discat: qui contumax est peccator, inueniet ibi futuri iudicij flagella quæ timeat: qui laborat, inueniet gloriam & promissiones vitæ perpetuæ, quibus ad opus incitetur: qui pusillanimus est & infirmus, inueniet ibi temperatos iustitiæ cibos: qui etsi animam non impinguent, tamen macie non sinant mori: qui magnanimus est fidelis, inueniet ibi spiritales escas contritionis vitæ, quæ perducant eum propè ad Angelorum naturam: qui percussus est à diabolo, & vulneratus in peccatis, inueniet ibi medicinales cibos: qui eum per pœnitentiam reuocent ad salutem. Similia habent similes, de quibus postea in præsenti dubio.

CAPVT QVARTVM.

Ostenduntur alij particulares scripturæ fructus, vtique leuaminis & voluptatis.

17 ALios etiam ex sacris literis valde vtiles fructus colligimus: vtique efficacissimas in laboribus & erumnis consolationes: iuxta illud Psal. *a Tunc non confundar cùm prospexero in omnibus mandatis tuis.* Et rursum: *b Paulominus cõsummauerunt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua.* Et item: *c Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc fortè perijssent in humilitate mea.* Etiã: *d Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum supersperaui.* Item: *e Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est.* Et iterum: *f Principes persequuti sunt me gratis. Lætabor ego super eloquia tua.* Et iuxta illa Machab. *g Suscepit omnias epistolas in quibus significabatur de societate & amicitia, nos cum nullo horum indigeamus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.* Verba sunt Machabæorum tempore quo ab inimicis nimium erant oppressi, & penè consternati.

Scripturæ leuamẽ in laboribus sunt.

a Psal. 118. v. 6.
b Psal. 118. v. 81.
c Psal. 118. v. 92.
d Psalm. 118. v. 14.
e Psalm. 118. v. 143.
f Psalm. 118. v. 161.
g 1. Machab. 12. 9.

18 Inde est illud, quod in hunc modum refert Athanasius: *h Cùm in terram promissionis venisset Iesus Naue, conspecta hostium acie, cunctisque Regibus Amorræorum ad prælium coeuntibus: ipse pro armis ac gladijs Deuteronomium recitans in aures omnium, verbum legis in memoriam reuocans, hisque populum obarmans hostes superauit. Rex verò Iosias inuento eo libro, recitatoque ad aures nihil vlterius aduersariũ timebat.* Item & illud Hieronymi: *i Si quidquam est, quod in hac vita sapientem virum teneat, & inter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id esse, vel primum reor meditationem scripturarum.*

Scripturæ pro tutamine sunt.

h Epist. ad Marcellum.
i Super ad Ephes.

19 Nec mirum si solatia, solaminave in tribulationibus pariant sacræ literæ: nam etiam oblectamenta & gustus in omni statu, ac velut per omnes sensus singularissimè effundunt: dicente Chrysostomo: *K Attentissimus lectioni scripturarum adesto: infert enim scrutatio illius indicibilem voluptatem.* Et iure quidẽ, nam in primis pro sensu odoratus facit illud quod in Cant. refertur: *l Introduxit me in cellam vinariam,* nimirum ad suggenda vbera, *m Meliora vino fragrantia vnguentis optimis.* Vnde qui illis delibutus progreditur bonus odor Christi dicitur, *n* & coram omnibus fragat ac redolet sicut odor agri plenè, cui benedixit Dominus, *o* propter quod dixit Chrysost. *p Suaue quidem est pratum & hortus, vtroque tamen suauius multo spirat diuinæ Scripturæ lectio, illic siquidem flores inuenire est, sed qui tempore marcescunt; hic autem occurrunt sententiæ in natiuo vigore peremnantes; illic adspirat fabonius: hic afflat aura Spiritus Sancti: illic spinæ pro muro sæpiunt hortum: hic Dei prouidentia tutum reddit lectorem; illic Cycadæ stridore suo obstrepunt, hic Prophetæ suaui sibilo personant.*

Scripturæ magno professorib' suis obiectamẽto sunt.

k To. 1. hom. super illud Psalm. 44. adstitit. Regina, &c.
l Cant. 2. v. 4.
m Cant. 1. 2.
n 2. Cor. 2. 15.
o Gen. 27. 27.
p Vbi suprà.

20 Deinde pro sensu auditus faciunt decãtatissima illa sororis Moysi, *q* Deboræ, *r* Iusti Simeonis, *s* Mariæ Virginis, *t* atque ipsorum Angelorum, & aliorum Cantica, *t* cum illa Dauidis, *v* & cantorum cythara canentium Psalmos & Hymnos in domo Dei, pro quorum concentuum harmonia dici conuenienter potuit illud Psalmi: *x Auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exaltabunt ossa humiliata.* Et illud: *y Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Vnde Clem. Alexand. *z* Ea quæ per fabulã de Amphione Thebano,

Scripturę demulcent auditum.

q Exod. 15. 1.
r Iud. 5. 1.
s Luc. 2. 29.
t Eccles. 1. 46.
v Reg. 16. 23.
x Psalm. 50. 10.
y Psal. 116. 54.
z Oratione exhortat. ad Gentes.

thebano, & Arione Methymnæo arte canēdi præditis referuntur: vtiq; quod hic quidem pisces canendo inescauerit, ille verò ædificauerit Thebas: & ea similiter, quæ de Thracio Sophista etiam per fabulam recensetur, videlicet, solo cantu feras mansuefecisse, & ipsas arbores suis proprijs locis mutasse. *Hæc* igitur, & similia de scripturis sacris vera esse ostendit, vtpotè, quæ ex lapidibus filios Abrahæ confecerunt *a* & genimina viperarum docuerunt à ventura ira fugere *b* & immanissimas feras cantus dulcedine allectas in mansuetos homines transformarunt. Quibus per omnia consonat Aug. *c* extollens quod scriptura ex hominibus inflatis ac turgidis humillimos fecerit. Et rursum *d* refert Victorinum virum adeò in omni doctrinæ gloria florentem, vt Romæ statuam proinde foro in publico repositam haberet. Hunc igitur refert ex lectione scripturarum á paganismo ad Christum conuersum, tota ferè Romana nobilitate palàm reclamante, & inique ferente.

a *Matth*. 3. 9.
b *Luc*. 3. 7.
c *l*. 1. *li*. 2. *confes*. *cap*. 21.
d *Idem ibid*. 8. *c*. 2.

Scripturarum religiosus tact⁹ sanctificat.

21 Tertiò pro sensu tactus conducit illud: *e Qui tetigerit ea, sanctificabitur*. Vnde pro religionis & sanctificationis munere habetur libros attrectare, vel etiam tangere sacros, & vel capita imponi. Et quidem si mulier quæ *Matth*. 9. *f* & Lucæ 8. *g* tetigit fimbriam vestimenti Christi salua emersit ab infirmitatibus suis: quid piè ac religiosè euoluens scripturas à capite ad talos (quod dici solet) continentes & circumsæpientes ipsum Christum? Maximè quod sicut Iacob fortiter ac presse Deum ipsum tenuerit, lenis tamen fuit & tactu mollis, atque suauis, *h* ita scriptura sacra Deum Deique summa complectens, mollis item est sermo eius. *i* Vnde habet quod frangat iram, & quidem adeò frangit, vt in beneuolentiam conuertat eam: dicente Domino, K *Diligite inimicos vestros bene facite his qui oderunt vos*, Lene autē, & molle tactus suauissimæ species sunt, quæ voluptatem summā illi ingerunt. Adde illud Bernardi. *Blanda est sacræ scripturæ facies, facilè afficit, & allicit ad legendum, ita vt quod in ea latet, delectet etiam cum labore intelligare: nec fatigat inquirendi fortè difficultas, vbi eloquij suauitas mulcet*.

e *Exod*. 30. 29.
f *Matth*. 9. 20.
g *Luc* 8. 44.
h *Gen*. 27. 11.
i *Prou*. 15.
K *Match*. 5. 44.
l *Serm*. 1. *sup*. *cātic*.

Scriptura sacra gustu voluptatē affert, quia mēsa opipara.

22 Quartò pro sensu gustus facit illud Prouerb. *m Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam*, hoc est, scripturam sacrā, vt habent interplures Origenes, *n* & Hieronymus, *o* vtique propter spiritales escas quæ passim proponuntur in illa ad reficiendas animas & salubriter inebriandas: iuxtà Cant. *p Comedite amici & bibite, & inebriamini carissimi*. Comedite inquam cibos, in quibus viuit homo. *q Et* quia sunt *eloquia Dei pretiosa multum, & dulciora super mel & fauum*: & etiam *r frumentum electorum*. Bibite etiam vinum quod est *s Germinan Virgines*; & quod *t nouum bibendū est in Regno Patris Christi*.

Inde Hieronymus *v* super illud *adipe frumenti satiat te*, ita inquit: *Pinguissimus sermo Domini est, omnes in se habet delitias, quidquid volueris ex sermone diuino nascitur, sicut tradunt Iudæi, quod quando manā comedebant, secundum voluntatem vniuscuiusque sapiebat*: item Augusti. *x Sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs interior homo nutritur, & pascitur, sicut Psalmista ait. y Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*. Athanasius præterea, *z Est animæ cibus, desine vero ô homo fame internum hominem necare, diramque non panis & aquæ, sed audiendi verbum Domini famem attrahere*. Ambrosius similiter, *a Bibitur scriptura diuina, & deuoratur scriptura diuina, cum in venas mentis ac vires animi succus verbi descendit æterni. Et* Chrysost. *b Quod ad augendas vires corporis facit cibus ille sensibilis, id animæ lectio præstat, spirituale enim alimentum fortem reddit animam*. Et tandem Isidorus, *c Sanctarum scripturarum altitudo, quasi montes pascuæ sunt; ad quosdum quisquè iustorum ascendit, pascuæ indeficientis refectionem se inuenire congaudet*.

m *Prou*. 9. 1.
n *Ho*. 9. *in Exod*. & *li* 8. *sup*. *epis*. *ad Rom*.
o *Sup*. *Psal*. 43. & *sup*. *Esaiæ* 13.
p *Cant*. 5. 6.
q *Mach*. 9. 4.
r *Psalm*. 118. 11.
s *Zachar*. 9. 19.
t *Marc*. 14. 25.
v *Sup*. *Psal*. 147.
x *t*. 10. *serm*. 122. *de tempore*.
y *Psalm*. 118. 103
z *Aduersus eos qui dicunt nihil ex scripturis quærendum*.
a *Sup*. *Psalm*. 1.
b *Hom*. 19. *in Genes*.
c *Li*. 1. *sent*. *c*. 17

Scripturæ oculorum sensum delectant.

23 Tandem pro sensu oculorum, quis non attendit tot spectra, tot simulacra, tot prodigia, pariterque portenta admiratione digna, quæ passim scriptura, vt videnda, oculisque haurienda proponit? vt statum fælicissimum Adæ, pariterque casum miserrimum eius, constructionem audatiæ plenam, pariterque destructionem turris Babel miraculis vndique celebrem, ingressum filiorum Israel in Ægyptum valde mirabilem, ac mirabiliorem egressum,

d *De spectaculis*.

pleraque

d *De spectaculis.* pleraque alia numerum excedentia. Pro quibus Cyprianus d dixit, inueniet Christianus fidelis Christianæ fidei spectacula, videbit instituentem Deum mundum suum; & cum cæteris animalibus hominis illam admirabilem fabricam; maria Dei populo siccata; & de petra rursus populo maria porrecta; spectabit de cœlo descentes messes conspici, & flumina transitus siccos, refrenatis aquarum agminibus, exhibentia; videbit in quibusdam fidem cum igne luctantem; religione superatas feras, & in mansuetudinem conuersas; intuebitur & animas ab ipsa morte reuocatas; videbit etiam de sepulcris admirabiles ipsorum consummatorum iam vitas corporum reductas: & in his omnibus iam maius videbit spectaculum, diabolum illum qui totum de triumphauerat mundum, sub pedibus Christi iacentem. Quàm hoc decorum spectabile fratres! quàm hoc iocundum! quàm necessarium semper intueri spem suã & oculos aperire ad salutem suam.

e *Hom. 8. sup. Ezech.* f *In Leuiticum.* g *Concione 11. 12. & 24. in Matth.* h *Sup. Matth. 11. & 22.* i *Sup. Luc. 7. & lib. 5. de Sacram. cap. 4.*

Pro eisdem etiam faciunt quæ Greg. Mag. e Procopius, f & alij expendũt, videlicet sacram scripturam esse paradysum voluptatis, omni delitiarum plantario cõsitum. Et quæ Hilarius g Hier. h Ambros. i & alij obseruant; vtique regnum cœlorum esse sacram scripturam; quoniam intra illam, vt intra regni orbem & molem habent oculi innumera ad quæ se conuertant spectacula, & diuerticula videant, à quibus voluptatem hauriant. Et demum quæ Chrysost. K monuit dicens, sacrarum scripturarum lectionem esse reseratio nem regni cœlorum; quia regni cœlorum clauis est interpretatio scripturarum, vt clauigeri eius interpretes Sacerdotes, quibus datum est sacram scripturam docere, & interpretari. *Scripturæ sacræ paradisus voluptatis.*

K *Hom. 2. de verbis Apost. & homi. 44. in Matth.* l *t. 10. serm. 112.* m *Cant. 2. 10.* n *Psalm. 84. 9.*

25 Nec mirum sanè sacrarum scripturarum studiosos, tot perfrui, perfundique voluptatibus; siquidem per scripturas Deus, (qui omnis voluptatis est fons, & de cuius voluptatis torrente omnes potantur) ad corda illorum loquitur dicente August. l *Cum oras tu, cum Deo loqueris; cum verò scripturas legis, Deus loquitur tecum.* Vnde verus scripturarum perscrutator & lector, verè potest illud dicere: m *En dilectus meus loquitur mihi*: & illud Psal. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem*, idest omne bonum, tàm honestum, quàm vtile, & delectabile: & proinde quod voluptati sit. *Deus per scripturas ad nos loquitur.*

o *Prouer. 17. 22.* p *Psal. 1. 3.* q *Proue. 3. 1.* r *Prou. 4. 20.* s *Sap. 26.*

26 Inde, mehercle, prouenit, quod cũ o *Animus gaudens ætatẽ floridam faciet*: vt habetur Prou. 17. scriptura sacra tùm animo, tùm corpori congruentem valetudinem & dispositionem afferat dicente psalmista de illo, qui die, ac nocte meditatur eam: p *Fructum suum affert in tempore suo: & folium eius non defluet, & omnia quæcumque faciet prosperabuntur*. Et Salomone, q *Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ: longitudinem enim dierum, & annos vitæ; & pacem apponet tibi*. Et iterum: r *Fili mi, ausculta sermones meos, ne recedant ab oculis tuis, vita enim sunt intuentibus ea, & vniuersæ carni sanitas.* Et authore libri Sapientiæ, s *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum, & rex sapiens stabilimentum populi est.* Itaque scriptura versata versantibus consolationem imò, & voluptatem parit, & voluptatis effectus potissimos vtique bonam, tûm animæ, tùm corporis valetudinem. *Scripturæ tã animæ quã corpori valetudinem cõferent.*

CAPVT QVINTVM.

Alij etiam fructus exemplorum, & cohortationis ad bona, & similiter dehortamentorum à malis inferunt sacræ literæ.

EXhortationes item & exempla virtutum, dehortamentaquẽ vitiorum innumera spirant sacræ literæ. Fidei enim exemplum producunt Abrahamum, obedientiæ Isaacum, continentiæ Iosephum, tolerantiæ Iobũ, clemen- *Scripturæ eximia virtutum exẽpla sub ministrãt*

clementiæ Dauidem, mansuetudinis Moysem, zeli diuini honoris Heliam, & aliarum singularium virtutum alios singulares Dei amicos: iuxta quæ *Basilius* a scribens ad Gregorium Nazian. notauit dicens, quod in scripturis memoriæ hominum proditæ & præscriptæ sunt tamquam simulacra quædam animata ad normam diuinæ iustitiæ, his qui bonorum operum exemplaria immitari cupiunt: adeô vt scripturæ ipsæ, velut officina sint ad omnem infirmitatem curandam: quoniam temperantiæ cupidus discet actiones temperantiæ planas, si Iosephi verset historiam. Et idem de historia Iob respectu fortitudinis. & de historia Dauid respectu magnanimitatis.

a Epist. ad Greg. Naz.

In scripturis multa dehortamenta vitiorum.

28 In exempla dehortatoria etiam multa crebrò adducuntur: nam in exemplum, v. g. vitandi odia fraterna, & inuidiam, proponitur Cain: parentes non auersandi, Absalon: magistros non tradendi, Iudas Iscariotes: granditer & magnificè de se vnquam sentiendi, Petrus Apostolus, & aliorum aufugiendorum, alij. Quare dicit Chrysost. b *Omnium medicinarum thesaurus diuinæ scripturæ sunt, & siue stultitiam exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarum cupiditatem expellere, siue dolores contemnere, siue fortem animum induere, siue aduersa æquo animo tolerare velimus, quàm plurima hic remedia inuenire possumus.* Item Hieron. c *Lectio diuina vice speculi nobis est, fœda corrigendo, pulcra conseruando, & pulcriora faciendo. Scriptura enim speculum est fœda ostendes, & corrigi docens.* Gregorius similiter. d *Scriptura speculum humanæ mentis est, in quo fœda, & turpia nostra, atque etiam pulcra conspicimus.*

b Hom. 36. in Ioan.

c Epist. ad Demetriam Virginem.

d Lib. 2. moral. in fine.

Valde in vtrumlibet exempla mouent.

29 Exempla autem illa hoc est, exhortatoria & monitoria magni operepretij sunt ad virtutum prosequutionem, dicente Salomone e *Exemplo didici disciplinam.* Vnde Dominus dixit Apostolis f *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.*

e Prou. 14. 32.

f Matth. 5. 16.

Exempla etiam ista, hoc est dehortatoria & comminatoria, quibus à prosequutione mali deterremur, magnæ efficaciæ inueniuntur ad declinanda vitia, dicente Ecclesiastico g *Quàm bonum est correptum manifestare in exemplum: sic enim effugies peccatum.* Vnde versus:

g Eccl. 20. 4.

Multorum disce exemplo quæ facta sequaris,
Quæ fugias vita est nobis aliena magistra.

Et licet vbique exempla plusquam verba possint, ac prosint; scripturæ autẽ omnium efficacissima sunt, vtpotè verbũ Dei: de quo scriptum habemus, h esse eloquium vehementer ignitum. Quare scriptura sacra i appellatur *ignea lex*, & Dauid dicit: k *In meditatione mea exardescet ignis.* Vtpotè quod literarũ sacrarum contemplatione incalescit animus, imò flagrat in verbis & in rebus Dei.

h Psalm. 118.
i Deut. 33. 2.
k Psalm. 38. 4

CAPVT SEXTVM.

Ostenditur aliarum disciplinarum prouentus etiam sacras literas suppeditare.

30 Scriptura sacra omni alia disciplina preciosior.

HActenus ad tria tantum reuocauimus capita, quæ de vtilitate librorum sacrorum protulimus, vtique ad iustitiam vitæ, lætitiam cordis, & exempla mentis: sequitur vt aperiamus, An quæ disciplinis alijs aptari solent, eadem in sacra pagina inueniri valeant?

Ad hoc autem luculentissimis verbis nobis respondet Augustinus dicens: a *Quanto minor est auri, vestis, argentique copia, quam ille populus secum de Ægypto abstulit in comparatione diuitiarum quas postea Hierosolymis consequutus est, quæ maximè in Salomone Rege ostenduntur: tanta fit cuncta scientia, quæ*

a Lib. 2. de doct. Christ. cap. vlt.

quidem est vtilis collecta de libris Gentium, si diuinarum scripturarum scientia comparetur. Nam quidquid homo extra didicerit, si noxium est ibi damnatur, si vtile est ibi inuenitur. Huius rationem perhibuit nobis Clemens Romanus inquiens. b *Quid in lege Dei desideras, vt ad Gentilium scripta animum velis appellere? Si enim historias legere cupis, habes libros Regum, si sophistica quæ argutè ad sapientiam referuntur, & poëtica, habes Prophetas Iob, & Prouerbia, in quibus plus acuminis quam in omni poesi, & sapientia sophistarum reperies, quod hic qui solus sapiens illa effatus est: si cantelinas expetis habes psalmos: si venustas rerum origenes, habes Genesim: si leges, & præcepta habes legem Domini celebrem.*

b *Lib. 1. constit. Apost. cap. 6.*

31 His nos subijcere possumus calculum disciplinarum, quæ toto micant orbe; siquidem illarum præcipua sacris reperiuntur in libris. Nam in primis eloquentiæ schemata, & eiusquè optima in illis reperiri dubio præcedenti ostendimus. Secundo argumentatiuam scientiam, quàm logicam, seu dialecticam dicimus, etiam in ipsis splendere, tot argumentandi, rationesquè conficiendi subtillissima media, exemplaquè demonstrant. Tertiò physiologiam quàm nos philosophiam, vel physicam dicimus, priora Genesis capita, & Iobi dissertationes apertissimè produnt. Quartò curatricis medicinæ remedia vbique sparsa inueniuntur. Quintò moralis phylosophiæ præcepta, & salutaria prudenter viuendi monita agyographi libri, vtique Salomonis, & Syradici, id est Ecclesiastici continent, & quidem cumulatissimè. Sexto rudimenta iurisprudentiæ ad conuenienter gerendam, atque gubernandam rempublicam pentateuchus mirè ministrat. Septimô profanam tragediarum lamentabilium poesim, qua comici abundant, in Iobo, atque Hieremia habemus, hymnodicam, item & Syriacam (qualem in Homero, & Pindaro) in psalmis: bucolicam denique (qua Theocritus, Virgiliusque gaudent) in Salomonis Cantico Canticorum. Octauo historia varios pacis, ac belli faustos, & infaustos euentus roferens, in libris Regum & Paralipomenon, item libro Genesis, Exodi, Iosue, Iudicum, & Ruth, & similibus multum est. Nonò astrologiam in siderum, & orbium cœlistium conditione, ordine, motu, nnmero, & in proprietatibus non leuiter inumbratam habemus, vel potius velut indice proditam, in libro Genesis & alibi sæpe. Decimô Geographyam in terræ sanctæ, & aliarum prouinciarum descriptionibus inuenimus. Vndecimò linguarum genera in Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, & Latina, quibus Biblia sacra constant, habentur.

In scrituris sacris resplendét omnes scientiæ.

32 Omnia igitur quæ frugi sunt, aut esse possunt in disciplinis externis satis superque habentur in diuinis; adeô, vt licet illæ magno emolumento sint ad intelligentiam scripturæ, iuxta quæ aliquando lato ego calamo ostendi: c tamen in Gentilium schedis languida, atque emortua sunt, in sacra verô pagina vitæ plena, vtpotè ab authore vitæ. Inde Basilius. d Ego sanè postquã multum temporis vanitati impēdijssem, & omnem propè iuuentem inani studio attreuissem, quo tenebar: cum apprehendendis à Deo in facultatem sapientiæ disciplinis immorabar: tamen vt aliquando velut ex graui somno expergefactus ad Euangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnouiquo inutilitatem sapientiæ Principum huius seculi, deplorata plurimum miserabili mea vita, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata intro duceret.

Disciplinæ languentes alibi, in scriptura valent acvigét.

c *Laurea Salman. certamine 3. expo stiuo.*

d *Epist. 79. ad Eustachium Sebastianorum Episcopum.*

33 Tandem Theologiæ sacræ (vt non tantum gentilium, sed Christianorum etiam disciplinam lustremus) quis nescit principia esse scripturam sacram, & omnem reuelatam doctrinam? & proinde Theologiam ipsam in diuinis oraculis tamquam in suis fontibus, thesaurisve contineri. Quare Clemens Alexandrinus, e dixit de scripturis sacris, esse sapientiæ carceres: vtpotè quod veræ sapientiæ vniuersas rationes constringunt, & velut pugno premunt.

Principia Theologiæ scripturæ.

e *Orat. exort. ad gentes.*

(:·:)

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.
Plures alij ex sacris literis profectus ostenduntur.

34 NEC Tamen scripturæ prouentuum hic gradus sistitur: inueniri enim sunt omnes effectus illius, propter quos innumeris (licet mysticè) coæquantur causis. Nam in primis (vt notarunt nobis Origenes, & Hilarius, *a* Ambrosius, *b* Casiodorus, Gregorius *c* Magnus, *d* & alij apud Magnum, certè in allegoria literarum, Hieronymum Lauretum *e* nostrum) scriptura subindicatur nomine agri & campi, *f* & alibi sæpè, vtpotè vberrima continens pascua cunctis: & qui dem solidiora, & pinguia quàm amenissimi & floridissimi Poëtarum, Rhetorum, Oratorum, & Philosophorum horti, in quibus ea tantum leguntur, quæ cruda degustantur; in sacra verò pagina quædam leguntur vt cruda degluṫiantur, vtique literales sensus quædam verò vt cocta & grano salis condita, nimirum mystica, & spiritualia.

35 Inde etiam Carmeli nomine scriptura indicatur, *g* vt Hieronymus, *h* & Gregorius, *i* notarunt apud eundem Lauretum: *K* quoniam vt Carmelus abũdat frugibus & fructibus omnibus; & quia Carmelus interpretatur sciẽtia circumcisionis: scriptura enim vt resecat superflua, ita necessaria ministrat.

Inde similiter nuncupatur scriptura, vel significatur (iuxta Origenem, *l* & Hieronymum *m*) per ly Dibon Gad. quod interpretatur abundantia fœlicis, seu abundantia intellectus, de quo verbo Num. 33. *n*

36 Inde similiter eadem scriptura appellatur Gen. 1. fluuius egrediens de loco voluptatis ad irregandam omnem terram, & fœcundandam, atq; etiam significatur per terram germinantem, herbam virentem, & facientem semẽ iuxta genus suum, quoniam singula sacræ paginæ verba singulares, & maximè congruos sensus referunt, pro his ad quos diriguntur.

37 Deinde inumbratur eadem sacra pagina per aquam, *o* & alibi crebrò, vt ex Origene *p* Hieronymo, *q* Gregorio, *r* Bernardo, *s* Ruperto, *t* & alijs idem qui supra Lauretus, *v* obseruauit, ea ductus ratione, quod & aliquando aqua montes operuit, *x* vtique in diluuio aquarum multarum: sic scriptura sacra mundi sapientes inundat.

38 Adde quod iuxta sui nominis etymologiam aqua dicitur, tamquam à qua omnia: vtpotè quòd terra sinè aqua riget, & arescit, cùm illa verò in quos cunque fructus erumpit. Item de aqua scriptum est, *y* quod spiritus Domini super eam ferebatur. Quæ omnia mirè congruunt sacris literis, vt ex capitibus præcedentibus huius dubij patet.

39 Tertiò inumbratur *z* per aquilam illam volantem per medium cœlum, & per illam duas vtriusque testamenti alas habentem, *a* vt ex Georgio Veneto *b* prædictus Lauretus *c* notauit. Et quidem, vt aquila, transuolat, & omnia sublimia penetrat adeò vt solem ipsum attentis oculis intueatur; quasi omnes eius athomos prospiciens, distinguens, & numerans; sic sacra pagina omnia Dei sublimia penetrat, & eius reconditissima arcana omnium oculis subijcit, & illud in accessibile lumen intimius, & medullitus penetrat, vtpotè verbum Dei, quod est in sinu Patris, & venit à sinu Patris.

40 Quartò designatur 3. Reg. 14. *d* & 1. Paralip. 9. atque Esaiæ 22. eadem sacra pagina per armamentarium, vtpotè quod in ea recondita seruantur, vniuersa tela, propugnacula, & arma aduersus incursus diaboli: propter quod Gregorius Magnus *e* dixit scripturam sacram verè esse turrim illam Dauid ex qua mille clypei pendent cum omni armatura fortium. *f*

Quintò

Cur scriptura nũcupetur ager & cãpus.

Cur scripturæ nũcupẽtur Carmelus.

Cur scripturæ appellãtur fluuius.

Cur scripturæ appellẽtur aqua.

Aqua vnde dicta.

Cur scripturæ cõparẽtur aquilæ volanti?

Cur scripturæ dicãtur apothecæ

a Sup Matth. 13.
b Li. de Isaac. 18
c Coll. 8. cap. 3.
d Lib. 16. mor. c. 23.
e In sylua alleg. verbo ager.
f Leuit. 27. Deu. 11. Ios. 11. Matt. 13. Gen. 24. Psa. 64.
g Hier. 2. & 50.
h Sup. Hierem. 2
i Sup. Cant. 7.
K Vbi sup. verbo Carmellus.
l Ho. 27. in num.
m De mãsionibus
n Num. 33.
o Gen. 7. & 24.
p Ho. 17. in num.
q Sup. Esaiæ 32. & 34.
r 17. mor. cap. 11
s Serm. 22. in Cãtica.
t 3. Apocalyp.
v Vbi sup. verbo aqua.
x Gen. 7.
y Gen. 1.
z Apoc. 8.
a Apoc. 12.
b tom. 2. cap. 22. sup. cantic. 1.
c Vbi sup. verbo aquila.
d 3. reg. 14. 1. Paral. 9. & 11. & Esai. 22.
e Lib. 2. in Ezech.
f Cant. 4.

41 Quintò inumbrata videtur g per calamum: vt ex Gregorio, h Hieronymo, i August. k & alijs Lauretus, docet: quia scriptura exarantur in cordibus fidelium verba Dei, & scripturis prauè intellectis, velut calamo potatus fuit Christus in cruce à Iudæis, & modò ab hæreticis felle & aceto.

42 Sextò præfiguratur, m per firmamentum illud diuidens aquas ab aquis, hoc est, infusa ab acquisitis, spiritalia à carnalibus, & æterna à caducis; vt idem Lauretus n monuit ex Ambrosio Augustino. Quare merito Clemens Alex. o scripturam nuncupauit portum nullis agitatum fluctibus: vtpotè quod firmamentum est, ad omnia aduersariorum tela in accessum, nedum in concussum.

43 Septimò inumbrata legitur apud Originem, p Hieronymum, q & alios, per mulierem illam, de qua dicitur quod timet Deū, id est, quod facit timere Deum: vtpotè quod sacra scriptam timorem Dei ante omnia incutit; vt nos supra ostendimus. r Vnde dixit Athanas. quod sacra scriptura erat virtutis, & veræ fidei magistra: vtpotè quod eius initium est timor Domini.

44 Octauò significata creditur per Saram, vtpotè quod Sara tamquam domina increpabat, & corripiebat famulam suam Agar, quod maximè scripturæ congruit: vtpotè increpare, & corrigere vniuersas famulantes sibi doctrinas hominum, quæ sacræ ancillantur scripturæ. Nō enim disciplinæ externæ habent corrigere scripturam sacram, sed sacra scriptura debet corripere eas; & per omnia emendare, castigareque, & si opus fuerit affligere, vt Sara affligebat Agar, & filium eius, vt habet Clem. Alex. t

45 Nono per mana è cœlo delapsum, quod per se omnem saporem, & suauitatem referebat, vt indicatur Sap. v & obseruatur ab Origen. x Aug. y Epiphanio, z Cassiano, a & alijs.

Tandem (vt alia fercenta omittam) inumbrata fertur scriptura apud Chrysost. b in arca illa Noe; extra cuius sinum nemini potuit in diluuio salus contingere.

CAPVT OCTAVVM.

Elogia Patrum Græcorum circa sacrarum scripturarum vtilitates.

PRædicta solidabuntur, & cumulabuntur vberrime productis in medium aliquibus sanctorum Patrum elogijs, & quidem vt à Græcis exordiamur. Hæc Græci de re ista notarunt Dionysius Areopagita. c *Diuina & spiritualis eloquia, & rationi, & aquæ & lacti, & vino, & melli meritò assimilantur: quia & viuificandi, & fœcundandi, velut in aqua, & ad incrementum producendi, velut in lacte, & recreandi, vt in vino, & purgandi simul, atque conseruandi, velut in melle habent vim. Hæc enim sapientia diuina accedentibus ipsi præstat affluentiam, in dissicientiam, dapum inundantiam largiens, supermanans, atque superessundens.*

47 Ignatius Myr. d *Confugio ad Euangelium tamquam ad crucem Christi.* Et Clemens Alex. e *Quemadmodum mare omnibus patet, atque alius natat, alius negociatur, alius piscatur:* & rursum: *Quemadmodum terra communis est omnibus atque alius arat, alius ædificat, &c. Eodem modo dum sacra scriptura legitur, alius in fide, alius in moribus iuuatur, alij per literarum agnitionem à superstitione eximuntur, & pugil ad certamen se parat, & pugnam & palmam adipiscitur.*

48 Origenes, f *Ex plenitudine eius acceperunt Prophetæ, & ea quæ erant de plenitudine sumpta cecinerunt, & idcircò sacra volumina spiritus plenitudine spirant* nihil

g *Esai. 35. & Matth. 27.*
h *Lib. 13. moral. cap. 4.*
i *Sup. Esai. 35.*
K *Sup. Psalm. 6;*
l *verbo calamus.*
m *Gen. 1.*
n *Vbi sup. verbo firmamentum.*
o *Vbi sup.*
p *Hom. 11. Sup. Matth. & hom. 2 in Cantica.*
q *Epist. ab Gastiū*
r *Cap. 2. in prin.*
s *Epist. ad Marcellinum.*
t *Lib. 3. Strom.*
v *Sap. 16.*
x *Ho. 3. in num. & hom. 7. in Exo.*
y *Serm. 91.*
z *2. contra hæreses.*
a *Coll. 14, cap. 10*
b *Hom. 3. de Lazaro.*
c *Epist. ad Titum*
d *Epist. ad Phili.*
e *Apud Damas. lib. 2. paralitorū cap. 49.*
f *Hom. 2. in Hierem.*

Cur scriptura sacra cognominetur calamus.

Scriptura est firmamentum diuidens aquas ab aqdis.

Scriptura sacrá timoris Dei magistra.

Scriptura corripit tanquā Domina.

Scriptura sacra inumbrata per mána & arcā Noe.

Scriptura aquæ, lacti, vino & melli comparatur apud Dionis. Areopag.

Scriptura crux Christi mareque omnib' patés apud Ignat. & Clem.

De scripturarū plenitudine accipiunt omnes ex Origene.

Scriptura medicinarum officina, ex Bas.

nihilque est in illis quod à plenitudine diuinæ maiestatis non discedat.

49 Basilius, g *Scriptura omnis diuinitus inspirata hac vna ratione à Spiritu Sancto conscripta astruitur, vt ex ea aut secus, atque ex communi curandarum animarum officina, modellum quisque morbo salutarem, & accommodum valeat seligere. Medicina enim (iuxta* Ecclesiastem *) sedabit magna delicta.*

g Præfat. in omnes Psal.

Scriptura causa cognoscendi Deũ, ex Ephrē.

50 Sanctus Ephren. h *Scripturarum lectio mentem vagabundam contrahit ac colligit, donatque in Deum cognitionem.*

h Lib. de pæc. & consum. seculi

51 Chrysost. i *Infinita exorta sunt mala scripturarum ignoratione: hinc multæ hæresum lues pullularunt: hinc ritus in multis neglectus: hinc inutiles, & lucro carentes labores. Nam vt qui luminis huius vsura sunt priuati, nequaquam recta ingredi possunt, ita qui ad diuinarum scripturarum radios oculos non intendunt.*

i Proœmio in epis. ad Titum.

Scriptura hæresum expultrix, ex Chrysost.

52 Cyril. Alex. K *Salutares fontes appellamus sanctos Apostolos, &* Euangelistas: *hi enim salutari cœlitus hausta doctrina mundum hunc irrigant, Spirituque Sancto imbuti hunc orbem totum lætificant.*

K Lib. 1. de recta in Deum fide ad Reginas:

53 Isidorus Pelusiota, l *Sacrosancta volumina scalæ quædam sunt, quibus ad* D*eum ascenditur.*

l Epist. 369.

Scriptura salutaris fons, ex Cyril.

54 Ioannes Damasc. m *Nihil præclarius; nihil animarum saluti conducibilius est quàm diuinas scripturas perscrutari. Quemadmodum enim lignum plantatum secus decursus aquarum, ita est anima diuinæ scripturæ fluentis irrigata.*

m Lib. 4. de fide cap. 18.

55 Basilius Imp. Const. ad filium, n *O fili, quemadmodum teneræ plantæ fontibus irrigatæ virescunt, floresque & fructus ferunt; ita mens tua sacrarum literarum studijs irrigata, magis ac magis egregias virtutes producet.*

n In exhortatione ad filium c. 17

Scriptura scala Iacob, ex Pelus.

56 Tandem Theophyl. o (vt plures alios breuitatis causa preteream) *Scripturæ sacræ sunt lumen, quo lucente fur deprehenditur, & manifestatur:* & rursum, p *Sacræ scripturæ ostium sunt per quas allicimur ad* Deum: *illa lupos non permittunt intrare.* Plura de his habentur apud Coccium. q

o Sup. Luc. 16.
p Idem sup. Esa. 10.
q Tom. 1. thes. li. 6. de sacris scrip. art. 30

Scripturæ lignũ secus aquas plãtatum ex Damasc.

CAPVT NONVM.

Elogia Latinorum Patrum circa scripturarum vtilitatem.

Scriptura fons ingenia irrigans ex Bas. Imp.

57 Latini Patres sequentia circa rem hanc protulerunt oracula. Lactan. Firmian. a *Tanta diuinæ sapientiæ vis est, vt in hominis pectus infusa matrem delictorum stultiam vno simul impetu expellit.*

a Lib. 3. de falsa sap. cap. 16.

Hilarius, b *Benè habet vt ijs tantum, quæ scripta sunt contentus sit.*

b Lib. 3. de fide Trin.

Scriptura lucerna qua nocturnus deprehenditur fur, ex Teop.

58 Ambrosius, c *Mare est scriptura diuina habens in se sensus profundos: in quod mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo, & fluuij dulces, atque perspicui; sunt & fontes, quæ saliant in vitam æternam; sunt & sermones boni sicut fauum mellis, sunt & gratæ sententiæ, quæ animos audientium spirituali potu irrigent, & præceptorum moralium suauitate demulceant.*

c Epist. 44.

59 Hier. d *Multò melius est scripturas legere, quàm augendis, & cumulandis opibus inhiare.*

d Præfat. in epi. ad Ephes.

Scriptura matrem delictorum ignorantiam destruit ex Lact.
Scriptura est mare in quo intrant flumina ex Ambr.
Scriptura ingentes diuitiæ ex Hieron.

Controuersia de celebratione Paschatis.

mę sunt) dilucidè claret in eo quod aliquando controuersum fuit, & multis, mutuisq; disputationibus agitatū, an Pascha Resurrectionis celebrandum esset Dominica die cum Christianis, vel potius luna 14. cum Iudæis? quæ tamen controuersia grauissima per oracula scripturæ diuinæ dijudicari nō potuit, neq; potest, vt per se euidens est: igitur sunt aliquæ controuersiæ grauissimæ, quæ sola scriptura duce diffiniri non valent, ac proinde neq; finiri.

Quartodecimani dānati pro hæreticis.

59 Neq; valet si cū eisdē qui suprà aduersarijs primò dixeris, controuersiā istam de paschate non fuisse de aliquo religionis dogmate, sed de re natura sua indifferenti, & libera. Non inquā valet: quoniā ab Aug. Epiph. & alijs expressè numerantur in hæreticorū cathologo quartadecimani, hac sola ratione quod noluerūt Pascha celebrare Dominica die cum Christianis, sed 14. luna cū Iudæis: inde enim quartodecimani nūcupati sunt. Ergo dogma hoc fidei dogma est: alias illi refragantes hæresis crimen non incurrissent.

Occurritur pro quartodecimanis, sed occursus euertitur.

60 Nec valet si rursum cum eisdem respondeas, inique quartodecimanis fuisse hæresis suggillatos ob huiusmodi crimen: quoniā Irenæus Episcopus Doctor sanctissimus, & antiquissimus, grauiter inuexit in Victorem Potif. Summum, & acriter reprehendit, eo quod Orientales Ecclesias anathemate percusserat, quia Pascha hoc quartadecima luna celebrabant. Non inquam valet; quoniam Irenæi tempore nondum definita erat causa hæc, vt postea per eundem Victorem definita fuit, & proinde libera cuique sentiendi, & loquendi licentia interdicta, vt in multis alijs contigit sæpè rebus: multa enim ante diffinitionem Ecclesiæ liberè, & impunè asseruntur, atq; negātur, quæ tamen post definitionem transeunt in rationem fidei, vt patet de authoritate librorū Tobiæ, Machab, & similium, qui propterea non dicuntur protocanonici, id est, ab initio, & semper canonici habiti, sed deuterocanonici, id est, post rem melius inspectam in Canonicorum numerum relati.

Obseruatio Paschæ ad religionē pertinet

Plura ad fidē pertinentia non possunt per Scripturam dirimi.

61 Præterquam quod quidquid sit de dogmate illo Paschatis, pertineat ad fidem, necne: certum est quod saltem pertineat ad religionis cultum: cultus enim diuinus est Paschalis obseruatio, tali tempore, & die sub tali, & tali ratione. Cum igitur dogma hoc definiri per sacras Scripturas nō possit, vtpotè quod in illis non continetur, sequitur euidentissime, quod non omnes cōtrouersiæ pertinentes ad religionem, & cultū possint per scripturas dirimi.

Occurritur probationi proximę & occursus diluitur.

62 Sed quid moramur? producamus dogmata pertinentia ad fidem, quæ tamen per sacras literas diffiniri non possunt. Etenim quod Euangelium Matthæi v. g. canonicum & authenticum sit, fidei dogma est; & tamen contra negantes authoritatem illius, nullus est locus sacræ Scripturæ, qui eam contineat. Ergo sacra Scriptura non est generalis iudex controuersiarū omniū pertinentium ad fidem; & proinde, neque summus, neque ordinarius.

Vnde cōstet Euangelium Matthæi canonicū esse?

63 Nec valet si dixeris cum aduersarijs, aliud esse agere de dogmatibus fidei contentis, & comprehensis in ipsis diuinis scripturis, aliud verò de testificatione extrinseca, qua sacræ Scripturæ authoritas commendatur: quia omnium, & singularum controuersiarum, quæ attingunt articulos fidei iudex est sacra Scriptura, non verò testificationis externæ, eo quod hæc non est de fide, vtpotè externum tantùm, & historicum testimonium, vt est testimonium synagogæ erga authoritatem librorū veteris testamenti.

Vnde fit quodquatuor illa Ezechie. animalia quatuor Euangelistas præsignent?

64 Non inquam valet, quoniam negari non potest, citra proteruiam, & hæresim, quod Euangelium Matthæi canonicum sit, & quod verè sit Matthæi Apostoli, & Euangelistæ: siquidem qui illud negaret hæresis labē omni procùl dubio incurreret, & Ecclesia contra eum tanquam contra hæreticū procederet. Cum igitur id nō constet ex aliquo loco scripturæ, euidens est quod scriptura in controuersia, & certamine, de authoritate canonica huius Euangelij Matthæi, iudex non est, adhuc eo modo quo potest esse alicuius controuersiæ iudex.

65 Nec valet si cum eisdē dicas, canonicā authoritatē libri Matthæi aliorumq; triū Euangelistarū sufficienter demonstrari primo ex Ezech. a vbi

a Ezech. 1.

actionum irrefragabilem nemo ambigit, aut in dubium hactenus vertit, si tamen sensu sanus est. Vnde ab illarum præscripto, & sensu neutiquam recedendum, est magis quàm à voluntate diuina, & decretis diuinis.

Et hoc quidem omnino est, quod trium capitum argumenta concludunt, vtique inuestigandam, perscrutandam, & amplexandam esse scripturam, & omninò sequendam, tàm in credendis, quàm in operandis: ita vt nihil decernatur admittatur, aut definiatur, quod ab illa vel latum vnguem discordet, aut quouis modo deuiet: à præfixa enim regula minimè recedendum, aut deuiandum est.

Scriptura nō est vnica fidei norma.

70 Negari item per aliud extremum non potest citra proteruiā, & procacitatem scripturam per se sumptam, hoc est verbum Dei scriptum non esse vnicam controuersiarum ditimendarum normam: vtpotè quod non omnia ad religionem spectantia possunt per illam decidi, ac definiri, vt iam satis patet ex dictis capite præcedenti circa paschatis celebrationem, & circa authoritatem librorum sacrorum, quæ ex nullo scripturæ textu potest definiri nedum demonstrari, & conuinci, vt ipsi aduersarij fatentur. Cùm igitur eorum authoritas sit his non obstantibus de fide, & dogma fidei: consequens est, non omnes controuersias expectantes ad negotia fidei habere decisionis normam in ipsis literis sacris, & proinde literas sacras non esse vnicam regulam ad cuius normam dirimendæ sint huiusmodi controuersiæ, licèt sit potentissima, frequentissima, & maxima.

Occurritur prædictis, sed frustra.

71 Neq; valet commentum quoddam nouū pariter & ineptum, quod ad declinandam huius argumenti vim aduersarij finxerunt, eadem ses. 9. colloquij Ratisbonen. distinguentes fidem in saluificam, & historicam, dicentesque fidem de authoritate scripturarum non esse saluificam, sed tantùm historicam: quia hunc vel illum librum esse canonicum non ex scriptura sed aliunde, vtiq; ex testimonio extraneo Ecclesiæ constat: cuius tamen dogmata fidei saluificæ non sunt, sed tantùm historicæ.

Non inquam valet: nam in primis quidquid sit de distinctionis figmento (de quo mox) committitur euidentissima petitio principij: siquidem argumento quo nos conuincimus, & velut indice prodimus extra scripturam esse aliam dicidendi controuersias fidei normam, responsum, quod ipsi præbent, consistit in hoc quod dogmata aliundè petita quàm ab ipsa scriptura non possunt esse de fide. Ecce qualiter argumenti nostri responsio est ipsorum aduersariorum ipsissima conclusio, & qualiter ratio per aduersarios adhibita negationi consequentiæ nostræ est tantùm conclusio, & sententia ipsorum. Huiusmodi autem petitio principij stolida prorsus est.

Non est hæresis dissentire alijs à verbo Dei?

72 Rursum (vt iam distinctionis figmentum discutiamus) quando proponitur fideli authoritas alicuius libri canonici, rogo an proponatur ei tanquam quid diuinitus reuelatum vel non. Si sic: ergo proponitur illi tanquā verbum Dei, fidei dogma pariter, & obiectum, cui fide diuina, & saluifica assentiendum est: hæc enim omnia importat quodlibet reuelatū à Deo. Obiectum enim fidei saluificæ, hoc est fidei diuinæ infusæ nihil aliud est quàm reuelatum à Deo, hoc est, à prima veritate reuelante. Si non: ergo citra omnem hæresis reatum, & perfidiæ labem erit integrum cuique fideli dissentiri à dogmate authoritatis huiusmodi libri: siquidem nullus tenetur credere sub reatu hæresis, & perfidiæ, id quod non proponitur illi, vt diuinitus reuelatum credendum fide infusa, & diuina. Ex quo continuò ineluibiliter sequitur, quod etiam non teneatur sub reatu hæresis præbere assensum dogmatibus intra eundem librum contentis, vtpotè quod liber, cuius authoritas nō est de fide diuina, implicat quod eius partes sint de fide diuina. Ex eo enim quod respuimus tanquā non canonicam authoritatem libri Nicodemi, aut Nazaræorum, consequenter respuimus tanquam non canonicam, & apocrypham quamlibet scripturam illorum.

73 Cū igitur citra hæresis labē, & notā, nullus fideliū possit inficiari author

Iudicia exercenda sunt ad normam verbi Dei.

77 Ad primum igitur argumentum 1. cap. deductum ex testimonio Esaiæ, *a* respondetur primo, ex illo ad summum concludi iudicia exercenda esse ad normam verbi Dei, non veró ab ipso verbo, vt à iudice propriè dicto, iuridicam, & prout opus est sententiam inter partes euidenter proferente. Exemplum est nobis in politicis, in quibus causæ decernendæ sunt ad normam legum, quæ sunt voluntas, atque verbum Principis: non tamen propterea ipsæ leges iudices causarum propriè dicti sunt. Sanè Prophetæ verba sibi ipsis commentaria sunt: Habent enim: *Cum dixerint ad vos, quærite à phytonibus, & à diuinis, qui strident in incantationibus suis: Numquid non populus à Domino suo requiret visionem pro viuis & mortuis*, id est, cum rogauerint vos, vt plane mendaces & fallaces consularis augeres, & aruspices ad futurorum præscientiam & notitiam: respondete illis esse Deū in Israel, à quo populus sciscitetur responsa, tam illa, quæ ad viuos, quā quæ ad mortuos spectant. Vt autem explanarent quidnam per ly Deum sciscitandum, & interrogandū subintelligerent, subiungit dicēdo: *Ad legem magis, & ad testimoniū: quod si nō dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.* Vbi apprime nota ly *Quod si non dixerint iuxta verbum hoc.* Hoc est iuxta verbum legis, & testimonij. Alius igitur est qui dicit, & sententiā profert in sacris, à verbo legis cui se in iudicando conformare tenetur. Vnde Psalm. 118. scriptum est: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Tunc non confundar, cùm prospexero in omnibus mandatis tuis*, vtpote regulà dicendorum, & agendorum secundum Deum. Non secus, ac iura ciuilia sunt norma, & regula dicendorum, & agendorum ciuiliter, politicève.

a Esai. 8. 19.
Psal. 118. v. 105.
Psal. 118. v. 8.

Respondetur secundo elogium illud non nominare scripturam, sed legem, testimonium, & verbum Dei, in quibus etiam comprehenditur communi, & vniuersali prædicato omnis reuelata doctrina, siue scripta, siue nō scripta.

Respondetur tertio; ibi tantùm domum Iacob moneri, ne more præstigiatorum, & incantatorum responsa cum mortuis, aut etiam cum dæmonibus ipsis collata reddāt; sed cum ipsa sacra doctrina: quid autem hoc ad quæstioné, vtrū scriptura sit omniū controuersiarum verus, & proprius iudex?

Accusare pro criminis conuincere.

78 Ad secundum argumentum ex Ioan. *b* respondetur ly accusare, idē omnino ibi esse quod ad interitum, & damnationem conuincere: quoniam ex ipsis Mosaycis libris Iudæi de transgressione legis Mosaycæ conuincendi sunt. Velut cum Apoc. dicitur: *c Libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex ex his, quæ scripta sunt in libris*, id est, conuicti per libros de scelere ad normā ipsorum librorum iudicati sunt, non autem est idem quod iudicare: quoniā eo loci ait Christus de se: *Nolite putare quod ego accusaturus sum vos apud Patrem.* Cùm tamen Christus ipse iudicaturus sit omnes, Non ergo ly accusare sumitur hic pro eo, quod est iudicare, maximè quod accusatio hæc facienda dicitur apud Patrem: constat autem quod apud Patrem non est iudicare, sed accusare, hoc est, crimen inferre. Non ergo testimonium hoc cōducibile est ad scopum aduersariorum.

b Apoc. 12. v. 20
c Ioan. 5. v. 45.

Doctrina Christi latius patet quā Scriptura sacra.

79 Ad tertium argumentum ex Ioan. *d* respondetur, nullius esse pōderis: quia ex eo tantùm colligitur bonos, atque optimos viros expeditissimos esse ad colligendum ex verbis Christi, doctrinam eius reuelatā esse, & dignam ipso Deo, non verō doctrinam ipsam esse verum, atque proprium iudicem, sed ad summum esse iudicij regulam. Sed est notanda dictio, *doctrina mea*, quæ ex æquo comprehendit, tàm quæ posteà literis consignata est, quàm memoria tenus retenta, & per manus tracta.

d Ioan. 7. 17.

Quomodo sermo Dei iudicat.

80 Ad 4. argum. ex Ioan. *e* respondetur; tū quod elogiū illud procedit tantū de nouissimo die: ait enim: *Sermo quē loquutus sum iudicabit Indicabit in nouissimo die.* Tū quod iudiciū hoc est quidē à verbo Dei, nō tamē in ratione iudicij, sed normæ, & regulæ ad iudiciū; vt patet ex ipso textu paulo altius repetito: Cuius hæc sunt verba: *Si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego nō*

e Ioan. 12. 48.

 indico

iudico illum sermo quem loquutus sum, ille iudicabit) id est, ego ad libitum meum non iudico illum, sed ad normam verbi quôd loquutus sum: Christus enim cùm sit omniũ iudex, hoc solo sensu potuit asserere, quod non esset iudicaturus aliquem.

Cur Thessalonicẽses quotidie scrutabantur scripturas?

f *Actor.17.11.*
g *Vers.2.*

81 Ad quintum argumentum ex act. *f* respondetur, quod vt habetur ibidem *g* Paulus tunc per Sabbatha de scripturis disserebat, atque ex illis ostendebat mysteria Christi: quare necessariò scripturæ consulendæ erant, vtrùm illa quæ annunciabat Paulus ita se haberent. Hoc autem quid habet commune cum vera ratione iudicis controuersiarum? imò aut cum vera ratione normæ vniuersalis? sed ad summum normæ mysteriorum illorum, ac dogmatum, quæ pro tunc ex scripturis ipsis concionabatur Paulus.

Ratio reuelatæ, non autẽ ratio scriptæ facit vt doctrina sit certa regula religionis.

82 Ad sextum argumentum concessa maiori, iuxta prædicta cap. 9. præcedenti, negatur minor: quia scriptura non facit irrefragabilem reuelatam doctrinam, neque normam, & regulam, sed potius reuelata doctrina vtrumque hoc præstat scripturæ: quare ad rationem normæ impertinens est quod sit scripta, sed tantùm quod sit doctrina diuinitus tradita.

83 Ad vltimum argumentum respondetur primo, nihil præiudicare positioni nostræ de eo, quod sacra pagina non sit propriè iudex. Respondetur, secundò, quod etiam nihil derogat positioni nostræ, de eo quod non sit norma adæquata, & vltima controuersiarum: quoniam (quidquid sit de minori propositione, quæ instituto præsenti parum videtur conducere) maior propositio falsa omnino est, & proinde neganda: quoniam alias quodlibet præceptum diuinum esset vnica norma, & regula: quia omnes qui quouis prætextu recedunt ab illo, pœnis obnoxij sunt: & plura possunt ex diuinis literis exempla recenseri, eorum, qui ob vnius alicuius præcepti transgressionem puniti sunt, vt Adamus, Caimus, Moyses, Dauid, &c.

Quodlibet verbum Dei est aliqua norma doctrinæ, sed non omnis.

84 Nec valet quod argumenti authores obijciunt, vtique aliud esse agere de aliquo singulari præcepto, aut de quolibet & in particulari, cui potes fieri additio aliorum omnium, eo quod est circa singularem materiam: aliud autem de dogmatibus totius religionis & fidei, quæ neque addi, neq; minui possunt citra grauissimam reatus notam: propter eloquia inducta in argumento quinto secundi capitis. Non inquam valet: quoniam in prædictis eloquijs tantùm cauentur additiones corruptiuæ & aduersatiuæ, non autem perfectiuæ, aut indifferentes; quare illarum authores puniti, & reprehensi referuntur, non verò istarum. Sed de his plura tractatu sequenti.

Additiones corruptiuæ ad literas sacras prohibẽtur: non verò perfectiuæ.

CAPVT VNDECIMVM.

Soluuntur argumenta 3. cap. ex iure Pontificio extorta.

Ministri Christi dicuntur Christus

a *Luc.10.16.*

85 AD Primum argumentum 3. cap. respondetur in voce Christi comprehẽdi legitimum, atque idoneum omnem Christi ministrum: quia scriptum est: *a Qui vos audit, me audit, &c.* Vnde negatur minor argumenti.

Ex scripturis omnibus, diuinæ tantũ sunt irrefragabiles?

86 Ad secundum respondetur negando minorem: quia tantùm probat quod ex omnibus in vniuersum scripturis, illæ tantùm habent pondus irrefragabilis veritatis, quæ sacræ sunt. Ex hoc autem non elicitur, aut eas esse verum iudicem, aut vnicam normam iudicis; quia quælibet reuelata doctrina, siue scripta, siue non scripta est eiusdem authoritatis.

Substantia Sacerdoti: eloquia Dei.

87 Ad tertium respondetur negando antecedens, quia potius argumentũ illud nostrã cõfirmat sententiã: substantia enim Sacerdoti nostri dicuntur eloquia diuinitus tradita. Ex quo sequitur traditiones sacras ad sub-

stantiam

ſtantiam noſtri Sacerdotij pertinere: ex hoc autem quod ignorantia ſcripturarum ſit ignoratio Chriſti, non infertur ſcripturas ſolas annunciare Chriſtum, ſed ſcripturas eſſe, quæ potiſsimum illum annunciant, & ex quibus depromitur potiſsima Chriſti cognitio.

88 Sanè cum malum ex quocunque oriatur defectu, ſatis eſt ignoratio ſcripturarum ad ignorandum Chriſtum: ſicut ſatis eſt errare circa vnum articulum fidei ad incurrendam labem hæreſis: & vnius præcepti maiorum violatio grauis ſufficit ad excedendũ à gratia & amicitia Dei. Et quidẽ ſi *qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & veritas in eo non eſt* (vt teſtatum habemus à Ioãne *a*) etiam ſi alias habeat omnem fidem & omnem ſciẽtiam, linguiſq; loquatur hominum & Angelorum: multo melius qui ſcripturas ignorauerit ſacras dicetur quòd ignorat Chriſtum, vtpotè ignorans oracula, quæ illum maximè manifeſtant: vt datur videri in illis Pſalmorum verbis: *b Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Exaltare ſuper cœlos Deos, & ſuper omnẽ terrã gloria tua*: & alijs multis: ob quæ ad Saducæos Chriſtus. *c Erratis neſcientes ſcripturas.* Quare vt ſeipſum Apoſtolis manifeſtaret, poſtquam ſurrexit à mortuis, ſcripturarum teſtimonia induxit, & lucem illis attulit, *d Incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis.* Percurrit enim totum teſtamentum vetus, quia totum de Chriſto erat, & Chriſtum denuntiabat. Vnde ſubiungit Chriſtus: *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.*

a Ioan. 2. 4.
b Pſalm. 2. v. 8.
Pſalm. 107. 6.
c Matth. 22. 29.
d Lu. 24. 27. & 45

Ad quartum argumentum reſp. verè conuincere quod ſcriptura ſit fideliſsima ſtatera religionis Chriſtianæ, non verò quod ſit vnica, ſiquidem alijs poteſt ratio fidelis trutinæ conuenire; quoniam alijs de facto conuenit ratio reuelatæ doctrinæ. Quare negatur antecedens argumenti.

Scriptura ſacra religionis ſtatera.

89 Ad vltimum argumentum, ex ſe ipſo patet: quoniam voluntatem diuinam tàm alligat verbo prædicato, quàm ſcripto, & ponit voluntatem Dei adhuc citra verbum ſcriptum, & proinde non reputat ſcripturam ſolam vnicam normam religionis.

Latius patet volũtas Dei, quã ſcriptura Dei.

CAPVT DVODECIMVM.

Explicantur elogia Patrum cap. 4. concinnata ad probandum ſcripturam eſſe verum iudicem controuerſiarum de religione.

Quid intelligant Patres nomine ſcripturæ quando adſtruunt ſcripturã eſſe credẽdorũ normam.

90 ELogia ſanctorum Patrum 4. cap. inducta abundè, (licet in communi) explanata ſunt 9. cap. vbi oſtenſum eſt ſcripturam eſſe veram fidei normam, à cuius ſententia vſquam deuiandum non eſt, nihilquè contra admittendum, non tamen eſſe vnicam. Quod adhuc euidentius patebit cum ſequenti volumine tã ex ſcripturis ſacris, quàm etiã ex Patribus expreſiſsimis verbis videamus normam aliam induci. Ex quo ſequitur, quod cum ſancti reſpuunt à ratione normæ, & regulæ omne aliud præter ſcripturam, quod ſcripturæ nomine intelligunt quidquid in Eccleſia habet ſcripturæ vim, vtique omnia, & ſingula Dei verba, ſiue ſcripto tradita, ſiue non ſcripta. Item quod ſcriptura nomine intelligunt quidquid à ſcriptura commendatum eſt, cuiuſmodi ſunt traditiones Apoſtolicæ.

Quid cũ docent Patres ſcripturam eſſe vnicam normam credendorum.

91 Si verò aliquando aſsignare videntur ſancti Patres verbum Dei ſcriptũ eſſe vnicam normam, intelligendi ſunt non quidem de norma ſimpliciter,

ſed

Admissa Apostolorū doctrina admittū tur pariter traditiones diuinæ.

esset, (vtpotè quod scriptura perpetuam de huiusmodi gente historiam contexuit) ideò excusauit se Ambrosius, quod scripturis tacentibus ipse non poterat dissoluere nodum. Ex hoc verò non sequitur omnia esse ex scripturis petenda.

101 Ad decimum ex Hieronymo resp. quod in priori testimonio expresse agit contra libros apocryphos, docens eorum tantum librorum posse dictis authoritatem præberi, qui sacri sunt, per hoc autem non excluduntur eloqia diuina literis non exarata. In secundo testimonio ex hoc ipso, quod admittit Apostolorum doctrinam, consequenter admittit Apostolicas traditiones.

S.Petrus quæ docebat scripturis ornabat.

Sunt enim traditiones istæ non minus Apostolicæ, quàm ipsæ scripturæ sacræ, dicente sacrosancto Concil. Trident. *Quòd promissum ante per Prophetas fuerat in scripturis sanctis, Dominus noster Iesus Christus Dei filius proprio ore primum promulgauit, deinde per Apostolos tamquam fontem omnis & salutaris veritatis & morum disciplinæ omni creaturæ prædicari iussit.* Quod sanè hæretici non negabunt. Et cum ex alio capite Patres, qui ante mille annos fidem publicam meruerunt, citra hæsitationem asserant, doctrinam, quam à Christo & à Spiritu sancto Apostoli Domini perceperunt, non omnem scripto, sed magnam exterius partem euulgarunt, vt in volumine de traditionibus abunde datur videri: consequens est, quòd traditiones sint, nō minus quam scriptura canonica Apostolorum doctrina. Quare Trident. vbi supr. pari pietatis affectu iubet traditiones, ac scripturam sacram venerari. Conc.Tri.ses.4

Non recedendū à præscripto literarum sacrarum.

Rationū figmenta abijcienda.

102 Ad vndecimū ex Clem. Alex. resp. ex primo testimonio tantū confici, quod Petrus quidquid docebat scripturæ elogijs ornabat. Ex secundo verò, quod veritas traditionis non scriptæ partim examinanda est per scripturam sacram tamquam per regulam, à qua deuiandum non est.

103 Ad duodecimum ex Chrysost. resp. omnia illa intelligenda esse indefinitè, non verò vniuersaliter: si autem vniuersaliter non positiuè & simpliciter, sed tantùm negatiuè & secundum quid, hoc est in ratione non recedentis à præscripto literarum sacrarum.

Historiographi non debent scribere, nisi quæ rectè callent.

104 Ad decimumtertium ex Epiphanio resp. in vtroque testimonio taxare ratiocinationum figmenta, quæ cum scripturis nullam cohærentiam habent, neque consequutionem. Verbum autem Dei non scriptum maximè consonat scripto, vtpotè verum vero.

105 Ad decimumquartum ex Sulpicio resp. loquutum fuisse tamquam grauem historiographum, qui de his, quæ sibi remota sunt, & à se procul posita, non potest veridicam, aut fide dignam tenere narrationem, nisi ex bona aliquarum scripturarum fide.

Scriptura in omnibus de quibus ipsa agit sequenda: sed non agit de omnibus.

106 Ad decimumquintum ex Cyril. resp. in primo testimonio tantùm probari scripturam esse regulam, cuius directioni omnino standum est: non verò esse omnium adæquatam, & vnicam regulam. In secundo verò scripturæ defectum per nullam aliam scripturam posse suppleri: vbi nihil de verbo Dei non scripto asseritur, aut negatur.

107 Ad decimumsextum ex August. resp. commendare quidem scripturas sacras, vtpotè verbum Dei; at non repellere traditiones, quæ etiam sunt verbum Dei, licèt non scriptum. Vnde eo modo quo illæ iudicant vtique tanquam norma, ita & istæ.

Scripturæ benerādæ quia sunt verbumDei

108 Ad decimumseptimum ex Theodoreto resp. primum testimonium, ac tertium per secundum explicari, in quo asseritur Apostolicis demonstrationibus omnino acquiescendum esse. Constat autem nomine Apostolicarum demonstrationum intelligendam venire doctrinam Apostolicam, siue scriptam, siue ore tenus prolatam. Quare scripturæ nomine doctrina reuelata intelligitur.

109 Ad decimumoctauum ex Constantino Magno resp. solum inde colligi

gi scripturam esse potissimam controuersiarum dirimendarum normam, nō tamen vnicam.

110 Ad decimumnonum ex Damasc. resp. potius fauere positioni nostræ, siquidem plura sunt verbo quam scripto ab Apostolis tradita. Multa enim quæ viuæ vocis oraculo Apostoli docuerunt, sine scripturæ testimonio audientes promulgarunt, & per manus vsque ad nos peruenerunt.

Apostolica demonstratio idem quod doctrina epistolorum.

111 Ad vigesimū ex Theoph. resp. scripturarum nomine omnē illam subintellexisse doctrinam, quæ scripturis consonat; etiamsi sit sanctorum ac philosophorum, nedum diuinitus reuelata, licet non scripta, quia omnis illa doctrina quæ consentit sacræ, via ad sacram est, & proinde veritatis ianua, vtpotè muniens aditum ad eam & lucem, & illucidationem illi conferens. Si enim *quod manifestatur lumen est*. Ephes. 5. 13. id est, habetur pro lumine, quia semel manifestatum & patefactum collustrat reipsa intellectum lucemq; illi adfert. cur etiā doctrina explanans rite, ac recte scripturas, nō iure dicetur scriptura? Certe si rationis dictamen lumenve, quod Deus in cordibus hominum infudit, atque instillauit, scripturæ nomen obtinuit, iuxta illud Hierem. 31. vers. 36. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde illorum scribam eam*. Item si Paulus, quos verbo docuit, epistolam suam imò Epistolam Christi dixit, inquiens 2. Cor. 3. 2. *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus manifestati quod epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Si igitur hæc dicuntur scriptura, cur traditiones etiam ab ore in os transmissæ, & viuæ vocis spiritu manifestatæ, dici conuenienter non potuerunt scriptura? imò & illi ad quos traditionum sermo factus est, dici etiam conuenienter potuerunt scriptura, vtpotè exarati calamo spiritus Dei, vtique lingua illa, quæ velut calamo scribæ, scribit velociter, dicente Dauid. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Vtpotè quod verba prolata cordi indebiliter imprimuntur, & ideò cor sic exaratum scripturæ nomen non incongruè, neque impropriè meretur.

Ephes. c. v. 11.

2. Cor. 32.

Psal. 44. v. 3.

Scriptura est potior credendorum norma.

Plura sunt verbo quam scripto ab Apostolicis tradita.

Aliquandoly scriptura sumitur pro quæ licunq; scriptura quæ sacræ est consona

112 Ad vltimum resp. vere ac iure authoritatem scripturæ prælatam omnimo esse authoritati Ecclesiæ tamquam verbum Dei omni alio verbo creato etiam irrefragabili, quia longè maius est Deum per se ipsum loqui, quam adesse Ecclesiæ infallibiliter loquenti, eiusque loquelam dirigere, ne aberret.

Authoritas scripturæ præfertur authoritati Ecclesiæ.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Resp. argum. 4. capitis, & ostenditur nullam scripturam legalem, nullamque iuris regulam esse proprie controuersiarum iudicem.

113 AD argumenta item ex rationum discursu confecta iam opus est respondere. Et in primis ad primum resp. falsum esse quod ipsa verba textus sint proprie & in rigore controuersiarum iudex, sed ad summum norma per quam veluti eas iudex determinet: quare ad dirimendam in omni disciplina agitatam quæstionem præfici à cōcertantibus solet saltem aliquis arbiter iudex, qui partium causa inspecta eam iuxta disciplinæ regulas diffiniat & componat. Quoniam licet verba textus, quæ normæ rationem habet, immobilia sint, & inuariabilia; sensus tamen eorum legitimus inter collitigantes anceps est: & proinde indignus,

Verba legum nō sunt iudex litium, sed norma per quā sunt dirimenda.

vt per alterius constituti iudicis authoritatem, & sententiam liquido producatur, vt sic controuersia terminetur.

Iudex est legis minister

114 Ad secundum resp. iudicem esse quidem ministrum legis, quatenus eius mentem aperit, exequitur, & complet: at non propterea lex habet rationem iudicis; sed tantum habet esse voluntas Principis, quæ à ratione iudicis distat longè: non secus ac regulæ artis longissimè distant ab artifice.

Deus per scripturas non est Iudex iudicans.

115 Ad tertium resp. Deum per scripturas non iudicare controuersias, sed subministrare dogmata per quæ controuersiæ dijudicentur: sicut Princeps per legum sanctiones non iudicat, aut decernit lites, sed iura condit per quæ iudices causas determinent. Quare sicut legislator, vt sic, non est iudex neque iudicans, licèt alias sit iudex in suo regno supremus: sic Deus scripturas condens non est iudex, causas & controuersias dirimens, licèt aliàs sit omnium summus, supremusque iudex.

Scriptura aliquas sententias profert, at nō vt iudex

116 Ad quartum resp. scripturam sacram aliquando proferre sententiam, at non vt iudex, sed vt ius, sicut quandò iura ciuilia constituunt maledicos exterminandos esse; proferunt quidem sententiam; at tamen non vt iudex, sed vt ius, hoc est, vt norma iudicij & iudicis, quam per omnia iudex sequi tenetur.

Ad vltimum respondendum est per duo Volumina de traditionibus Apostolicis, seu diuinis, & de Romano Pontifice.

VO:

INDEX RERVM QVAE IN hoc tractatu de sacra Scriptura continentur, D. signat dibium, C. caput, N. numerum, F. folium.

A

B.

¶¶¶ Babylo-

De

F

G

Gen-

Mysti-

Perspi-

Saul

Scri-

Scriptu-

T.

T.lit-

FINIS.

INDEX LOCORVM, SACRAE SCRIPTVRAE EX VOLVMINE de Scriptura.

Ex Tobiæ.

Ex Iob.

Ex Psalmis.

Ex Prouerbijs.

Ex Canticis.

Ex Sapientia.

Ex Ecclesiastico.

Ex Esaia.

12. Quis

Ad

FINIS.